== I. "De litera A." ==

'''A [1]''', "princeps etiam apud Latinos litera, quam vt ait" Martia. Capella [...]

== II. De Praepositione A "et" AB. ==

'''A [2]''', AB, et ABS, "eadem Praepositio, cuius originem a Graeco" ἀπὸ "non inepte arcessi," ὑπὸ nos "admonere potest, quae manifeste" sub "est." [...]

== AB ==

'''AB.''', Abdicauit. A. B. Alia Bona. AB AC. Ab Actis. A. B. M. Amico, "vel" Amicae, "vel" Animae Bene Merenti. AB R. P. Ab Ripa Proxima. A. B. V. A Bono Viro. AB V. C Ab Vrbe Condita. "Vrs."

'''AB''', Praepositio ablatiua. "Vid." A.

ABACTOR, ABIGO, ABACTVS, v. ABIGO.

'''ABACVS''', i, m. [ἄβαξ, ἀβάκιον] "generatim notat tabulam politam mediocris magnitudinis, cui deinde in diuersa supellectili locus est." [...]

'''ABACVLVS''', i, m. Dimin. Plin. 36, 26 s. 67 "de fragmentis vitri," Tingit ars, veluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos vocant, aliquos etiam pluribus modis versicolores.

'''ABADIR''', Deus est. Dicitur et hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur deuorasse pro Ioue, quem Graeci βαίτυλον vocant. "Haec" Priscia. L. 5 p. 647 Putsch. "Conf." BAETYLVS.

'''ABAESTVO''', are. Tertull. "s." Cypria. de Iud. Dom. c. 1. Quid faciat laetis vt vitis abaestuet vuis.

'''ABAGARVS''', "vid." ABGARVS.

'''ABAGIO''', "vid." ADAGIO.

ABAGMENTVM, "vid." ABIGO.

'''ABALIENO''', are, [ἀπαλλοτριόω] "alienum facere, quod cum proprie ad possessiones pertineat, tum ad animum eiusque partes refertur." [...]

'''ABALIENATVS''', a, um. [ἀπαλλοτριωθεὶς] Festus, Abalienatus. dicitur, quem quis a se remouerit. Cic. contra Rull. 72 c. 27 Vectigalibus abalienatis. [...]

'''ABALIENATIO''', onis, [ἀπαλλοτρίωσις] "actus abalienandi." Cic. Top. 28 c. 5 Abalienatio est eius, rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quas ea iure ciuili fieri possunt.

'''ABALITES''', sinus, [ἀβαλίτης κόλπος] "Exiguus sinus in tractu Troglodytarum." Plin. 6, 29 s. 34.

'''ABALVS''', [Ἄβαλος] "Insula Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt Electrum ex arboribus fluere." Plin, 37, 2 s. 11 [...]

'''ABAMBVLANTES''', Abscedentes, Festus. "Male quidam" abambulat, Ouid. met. 2, 852 "pro" obambulat.

'''ABAMITA''', ae. [ἀποτηθίς] Soror abaui. Institutionum 3, 6 de gradibus cognat. Gai. D. 38 t. 10 l. 3 et Paul. ib. l. 10 et 14.

'''ABANTE'''. ABANTE OCVLIS, Inscript. "ap. Scip. Gentil. Parerg." 1, 14. "Add. Grut. Inscr. p." 717 n. 11.

'''ABANTEVS [1]''', "Vid. mox in" ABAS.

'''ABANTIADES [1]''', "Vid. mox in" ABAS.

'''ABANTIAS [1]''', "Vid. mox in" ABAS.

'''ABAORTAE''', a Plin. 6, 20 s. 23 "numerantur inter Indiae populos."

'''ABAPTISTVM''', vel ABAPTISTA, terebella "huc relata quondam fuit ex" Celso 8, 3. [...]

'''ABARCEO''', es, ui. [ἀπείργω] Prohibeo. Festus. "Alii scribunt" Aberceo vt Coerceo.

'''ABARIMON''', [Ἀβαρίμων]. Scythiae regio, in magna Imai montis conualle, in qua syluestres homines degunt, auersis post crura plantis, eximiae velocitatis, passim cum feris vagantes. [...]

'''ABARIS''', is. [Ἄβαρις]. "Magus ille Hyperboreus, de quo monstra fingebant Pythagorei, in primis Sagittae ab Apolline acceptae beneficio orbem terrarum peragrasse." [...]

'''ABAS [1]''', antis. [Ἄβας] "Lyncei ex Hypermnestra filius, rex duodecimus Argiuorum, pater Proeti, Lasii, et Acrisii et auus Persei; a quo postea Argiuorum reges" Abantiadae "dicti: et" Argi "ipsi," Abantei. [...]

'''ABAS [2]''', "Troianus nobilis, et Aeneae comes." Virg. Aen. 1, 125.

'''ABANTEVS [2]''', Argiuus, "modo dictum in" Abas.

'''ABANTIAS [2]''', adis, f. "patronym. a nomine" Abas, "filia, vel neptis Abantis. Vnde apud poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ex Acrisio nepte: vel pro Atalanta, nepte eiusdem ex Iasio." [...]

'''ABANTIADES [2]''', dae. "Patronym. aliud" Quid. Met. 4, 606 [...]

'''ABATON''', i. "Graece" [ἄβατον, "inaccessum." [...]

'''ABAVVNCVLVS''', [ἀποθεῖος] Abauiae frater. Instit. Iur. L. 3 t. 6. Caius in Digest. l. 38 t. 10. l. 3 et 10 §. 17. conf. Isidor. 9, 7.

'''ABAVVS''', i. [ἀπόπαππος] Qui abest ab auo: et est auus aui. [...]

'''ABAVIA''', ae. [ἀπόμαμμα] "Est auia aui vel Auiae." Instit. Iur. l. 3 t. 6. conf. Dig. l. 38 t. 10 l. 3 et 10.

'''ABAX''', "v." ABACVS. " n." 6.

'''ABAZEA''', orum. Instituta sacra a Dionyso Caprii filio, rege Asiae, "legebantur olim" Cic. de Nat. Deor. 3, 58 c. 23 [...]

'''ABBAS''', atis. [κοινοβιάρχης] "Syriace patrem significat." [...]

'''ABBATISSA''', f. [ἀρχιμανδρίτις] Hieron. de modo vivendi, cum a semitis iustitiae deuiat, ipsamet etiam Abbatissa cognoscat, "et saepius in" Regula Monachorum Opp. Hieron. T. IX. [...]

'''ABBREVIO''', are. Veget. in prol. lib. 3 [...]

'''ABBREVIATVS''', a, um. "Vulgat." Ies. 10, 22. Dan. 9, 24.

'''ABBREVIATIO''', onis. "Vulgat." Ies. 10, 23. "Conf. c." 28, 22.

'''ABBREVIATVRA''', ae. "Scripturae compendium. Vox recentior."

'''ABCAECATIO''', onis. f. [Ἀποτύφλωσις, abcaecatio, eluscatio. Gloss. Gr. Lat.

'''ABDERA''', ae. "Thraciae vrbs" Plin. 4, 11 s. 18. "Id." 25, 8 s. 53 [...]

'''ABDERITA''', ae. et

'''ABDERITES''', ae. m. [Ἀβδηρείτης] "Abderae natus." [...]

'''ABDERITANVS''', Adi. Mart. 10, 25 Abderitanae pectora plebis habes, "i. insanus es, et stupidus."

'''ABDERITICVS''', a, um. "stultus, insanus." Cic. ad Att. 7, 7 Id est, Abderiticum, "vel vt meliores," [Ἀβδηριτικόν.

'''ABDERVS''', [Ἄβδηρος] Hyginus fab. 30. Hercules Diomedem regem Thraciae, et equos quatuor eius, qui carne humana vescebantur, cum Abdero famulo interfecit.

'''ABDICO [1]''', are (ἀποκηρύττω) "Publice et sollemnibus verbis a me remoueo." [...]

'''ABDICANS''', tis. "Vid." Quinct. 7, 4, 27 "quem statim laudamus in" Abdicatio.

'''ABDICATVS''', a, um. "Primae illius significationis exempla affatim suppeditant declamationes modo laudatae." [...]

'''ABDICATIO''', onis (ἀποκήρυξις) "abdicandi actus." [...]

'''ABDICATOR''', vnde

'''ABDICATRIX''', Icis. Salu. l. 2 adu. Auar. p. 64 Abdicatrix misericordiae inhumanitas.

'''ABDICATIVVS''', a, um. "i. Negatiuus." Apul. de dogm. Plato. p. 30 Elm. [...]

'''ABDICATIVE''', "Adu." Abdicatiue concludere, "i. negatiue." Mart. Capell. 4. p. 128.

'''ABDICATORIVM''', "i." Locus habilis ad abscondendum Cathol.

'''ABDICO [2]''', ere. "Reiicere, reprobare, et auspicio negare" [ἀπειπεῖν] "oppositum est" Addicere. [...]

'''ABDITAMENTVM''', i. n. pro detractione diminutione "laudant ex" Apul. l. 9 p. 219 "Sed libri pariter ac sententia" additamentum "postulant, vbi vid."

'''ABDO''', ere [χωρίζω, κρύπτω, ἀποκρύπτω] "prima et propria notione est" remouere, auferre, "contrarium verbo" addere. [...]

'''ABDOR''', pass. ex abdo. Condor, occultor. Plin. 9, 8 Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo. "De Delphinis."

'''ABDITVS''', a, um. Partic. "remotus, occultus, praeter iam laudata indicamus" Cic. Off. 2, 13 Nec ferrum, aes, aurum, argentum effoderetur, penitus abditum. [...]

'''ABDITVM''', i. n. [κρυπτὸν] "Substantiue locus obscurus, res obscura, s. occulta." [...]

'''ABDITE''', Adu. [κρυφίως] Occulte Cic. Verr. 2, 73 Omnia ita condita fuisse, atque ita abdite latuisse videantur.

'''ABDITIVVS''', adi. Plaut. Poen. Prol. v. 65 [...]

'''ABDOLOMINVS''', "sive Abdalonimus" Iustin. 11, 10. [...]

'''ABDOMEN''', inis. n. [λαπάρα, ὑπήτριον, ἐπιγάστριον.] "Sic describit" Cels. 4, 1. extr. [...]

'''ABDVCO''', xi, ctum [ἀπάγω] Cic. pro Quinct. 84 c. 27 [...]

'''ABDVCTIO''', onis. ''Vulgat.'' Sirac. 38, 20 in abductione permanet tristitia ''hoc est, in solitudine, secreto.''

'''ABDVCTVS''', [Δἀπαχθεὶς] partic. Abductus in Secretum Liu. 30, 14. 22, 22. [...]

== ABE ==

'''ABECEDARIVS''', a, um. Augustin. Enarr. in Psal. 118 conc. 32 et Retract. 1, 20 "sic vocat" Psalmos, "quorum quilibet versus ab alia litera, seruato vulgari ordine literarum incipit." [...]

'''ABEDO''', edis, "vel" abes, abedi, abesse. [...]

'''ABESVS''', a, um. Macies neque sicca lacertos Succo tenuabit abeso Prud. Cath. 10, 103.

'''ABELLA''', ae. [ἀβέλλα] "Oppidum Campaniae Italicae, supra Neapolim." [...]

'''ABELLINA''', ae [λεπτοκάρυον] Plin. 15, 22 s. 24 in auellanis, nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine appellabant.

'''ABELLINATES''', [ἀβελλιναῖοι] Plin. 3, 11 s. 16 Abellinates cognomine Protropi, "et more" Abellinates cognominati Marsi.

'''ABELLINVM''', [ἀβέλλινον] siue AVELLINVM, Campaniae oppidum Plin. 3, 5 s. 9.

'''ABEMO''', is. "verbum obsoletum." Festus Abemito significat demito, vel auferto. Emere enim antiqui dicebant pro accipere. Gloss. Abemit, ab eo accepit, [ἔλαβεν. "Scribitur etiam" Abimo. [...]

'''ABEO''', is, Ivi, "et per syncopen" abii, abitum, Ire [ἀπέρχομαι, εἴχομαι] "Discedere." [...]

'''ABIENS''', euntis. "partic." [ἀπερχόμενος] "Discedens." [...]

'''ABITIO''', onis. [ἀπέλευσις] "Ipse abeundi actus," s. "discessus." Ter. Heaut. 1, 2, 16 Propter eam haec turba atque abitio euenit. Abitionem antiqui dicebant mortem Festus h. v.

'''ABITVS''', us. m. Idem. Ter. Heaut. 3, 1, 4 Cum videam miserum hunc tam excruciarier eius Abitu. Abitus importunissimae pestis, Cic. Verr. 3, 125 c. 54. [...]

'''ABITO''', ere. Frequent. Plaut. Rud. 3, 4, 72 Hunc quoque asserua, ne quo abitat. "Vid." BETO.

'''ABEONA''', et ADEONA, August. de C. D. 4, 21. Quid necesse erat commendare nascentes? Deae Adeonae adeuntes, Abeonae abeuntes. "Add. ibid. 7, 3."

'''ABEQVITO''', are. [ἀφιππάζω] "Equo abire, vel aufugere." Liu. 24, 31 Vt praetores pauidi inter tumultum abequitarent Syracusas: "Sed Gron." adequit.

'''ABERCEO''', ui, itum, [ἀπείργω] ere. Arcere, prohibere, a Festo "laudant, et addunt" Plaut. Atque eam abercet domo.

'''ABERRO''', as, are. [ἀφαμαρτάνω, ἀποτυγχάνω, ἐξαμαρτάνω] "Est proprie a via recta per errorem digredi, deflectere, discedere; quod et simpliciter" errare "dicitur." [...]

'''ABERRATIO''', [ἀπότευξις] "Digressio a recta via. Metaph." [...]

'''ABERRVNCO''', "vid." AVERRVNCO.

'''ABFORE''', [ἀπέσεσθαι] "infinitivus ex" fore "compositus, pro" Abfuturum esse, "vsus" rarioris. [...]

ABFVTVRVS, "vid." ABSVM.

'''ABGARVS''', "Arabica vox," magnum "et" potentem "notans, occurrit vt proprium Regum quorundam orientis, apud" Capitoli. Anto. Pio c. 9. Spartia. Seuero. c. 18. [...]

'''ABGREGO''', [ἀφορίζω] are. "Ab grege ducere." Fest. Gloss. [ἀπαγελάζειν, διαχωρίζειν.

'''ABHIEMO''', are. cum sereno caelo fulgetrae erunt, abhiemabit Plin. 18 vlt. "i. hiems desaeuiet."

'''ABHINC''', Adu. "temporis praeteriti, iungiturque saepius accusatiuo, rarius ablatiuo." [...]

'''ABHORREO''', ui, ere. [ἀποφρίττω, μυσάττομαι] horrere ab aliquo, "i. propter eum, vid." A "vel" Ab " n. 32. sive ab eo prorsus alienum esse." [...]

'''ABHORRENS''', ''Partic. praeter multa, quae iam sub verbo retulimus exempla, laudare satis fuerit'' Liu. 22, 13 [...]

'''ABHORRESCO''', ''Adducitur'' Lactant. de ira Dei 23, 12 Quem Daemones abhorrescunt. ''Sed ibi Interpres aliquis recentior ita reddit,'' ἐκφρίττουσιν ''ex oraculo Graeco.''

== ABI ==

'''ABIECTIO [1]''', onis. etc. ''v. sub'' Abiicio.

'''ABIES''', etis. f. [ἐλάτη] ''nomen arboris, de qua'' Plin. 16, 10 s. 19 [...]

'''ABIEGNVS''', a, um, [ἐλάτινος] ''vt'' Vitruu. 2, 9 p. 35 Rates (an crates) abiegnae, ''i. quae sunt ex abiete.'' [...]

'''ABIEGINEVS''', ''idem quod abiegnus. Nam legimus'' abiegineas trabiculas ''et'' abiegineis sectilibus ''in lege aedificantium, quae marmori insculpta Neapoli visitur, vt refert Hesselius in Not. ad Enn.'' p. 199.

'''ABIETINVS''', ''Id. vt,'' Vas abietinum. Apul. de Herb. c. 29. ''Sed Humelbergius auctoritate MSS. et ratione ductus reposuit'' argenteum.

'''ABIETARIVS''', a, um. Festus, abietaria negotiatio, quam materiam nunc [''materiationem''] dicimus, videlicet ab abietibus coemendis. ''Pro'' Fabro lignario ''Vulgat.'' Ex. 35, 35.

'''ABIGENA''', bos, ''laudabatur ex'' Varr. de L. Lat. 6, 3. ''Sed nunc legitur'' Ambiegna, ''vbi vid.''

'''ABIGA''', ae. f. Plin. 24, 6 s. 20 Chamaepitys, Latine abiga vocatur, propter abortus, ab aliis tus terrae etc. [...]

'''ABIGO''', [ἀπελαύνω] actum, ere. [...]

'''ABIGENDVS''', Partic. [ἀπελασθησόμενος] Ouid. Fast. 3, 344 O vir colloquio non abigende meo. "Et iam dedimus" Cic. Verr. 1, 28.

'''ABACTVS [1]''', Partic. [ἀπεληλαμένος] ut, Abacti greges Cic. Verr. 2 c. 7. "qui aut furto, aut per vim abducti sunt." [...]

'''ABACTVS [2]''', us. [ἀπέλασις] "Ipse abigendi actus, et violenta expulsio." [...]

'''ABACTOR''', oris. m. [ἀπελάτης] pecuariorum animalium fur, Apul. met. 7 p. 199 [...]

'''ABAGMENTVM''', i. Adiutoriis abagmentis aliquid prohibere Priscian. Med. 2, 34. "i. medicamentis repellentibus. Ex notione verbi 4 et 5. vid. Reines. Var. 3, 12."

'''ABIGEATOR''', vel ABIGATOR, idem [Ἀπελάτης,] Abigeus, Abigator, Abactor Vet. Gloss. "secundum Edit. Labb." [...]

'''ABIGEATVS''', us. [ἀπελασία] "Ipse abigendi actus, siue crimen." Macer l. 2, [π. de Abigeis, Abigeatus, crimen publici iudicii non est: quia furtum magis est. "Add." l. 5 [π. de re milit. §. 2.

'''ABIGEVS''', ei. "Idem qui" abactor. [...]

'''ABII''', [Ἄβιοι] "Populus Scythiae." [...]

'''ABIICIO''', eci, ectum, ere. [ἀποῤῥίπτω, ἀποβάλλω] "Est proprie aliquid" ab "se" iacere, "vt" proiicere, reiicere: et saepe ad "contemtum" aut indignationem pertinet. [...]

'''ABIECTVS [1]''', Partic. [ἀποβεβλημένος] "Iacens, summissus, contemtus, quod tam ad res quam ad personas pertinet." [...]

'''ABIECTVS [2]''', ior, issimus. [ἀπόβλητος, ἀπόῤῥιπτος] "Adiective, humilis, vilis." [...]

'''ABIECTIO [2]''', "Verbale" [ἀποβολὴ] Abiectio, adiectio, literarum mutatio ad Herenn. 1, 6. Quinct. 9, 3, 18 Additio et abiectio. Cic. in Pison. c. 36 Quid debilitatio, atque abiectio animi tui.

'''ABIECTE''', "Adu." [ἀποβεβλημένως] Cic. Tusc. 2, 55 c. 23 Sed hoc quidem in dolore maxime est prouidendum, nequid abiecte, nequid timide, nequid ignaue, nequid seruiliter, muliebriterue faciamus. [...]

'''ABILA [1]''', [Ἄβιλα] oppidum in regione Decapolitana Plin. 5, 18.

'''ABILA [2]''', "mons vid." ABYLA.

ABITIO, ABEO, ABITVS, "vid." ABEO.

'''ABIVDICO''', are. [ἀποδικάζω] "Iudicio auferre: ea forma dictum, qua abiurare: contrarium est" adiudicare: "v. g." Iudicabit Alexandriam regis esse; a Pop. Rom. abiudicabit Cic. contra Rull. 2, 43. [...]

'''ABIVDICATVS''', Liu. 4, 1 Laeti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati descisse.

'''ABIVGO''', are, [ἀποζευγνύω] "proprie est a iugo remouere, deinde generatim alienare, separare."

'''ABIVNGO''', xi, ctum, ere [ἀποχωρίζω] "idem." Virg. Georg. 3, 518 - - - it tristis arator Moerentem abiungens fraterna caede

iuuencum.

'''ABIVNCTVS''', a, um. Abiunctos lauare equos Prop. 2, 14, 12. (al. 2, 18, 10) Ab omni turpitudinis labe disparata atque abiuncta diuinitas Arnob. 3, p. 105. [...]

'''ABIVRGO''', are. "Per iurgium auferre, abiudicare." Arma Achillis abiurgata sunt Aiaci ab Agamemnone Hygin. fab. 107. "vid. Barth. Aduers." 8, 6.

'''ABIVRO''', [ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμαι] are. "rem creditam negare periurio, ait" Seru. ad Aen. 8, 263. [...]

'''ABIVRATVS''', [ἀπωμνυμένος] periurio negatus, Virg. Aen. 8, 263 Abstractaeque boues, abiurataeque rapinae. [...]

'''ABIVRATIO''', onis [ἐξωμοσία] rei creditae abnegatio cum periurio, vt Isiodorus 5, 26 definit.

'''ABLACTO''', are. [ἀπογαλακτίζω] "A lacte remoueo: pro quo" Varro, R. R. 2, 1, 20 a matre disiungo. [...]

'''ABLACTATVS''', a, um. Vulgat. Genes. 21, 8. Ies. 28, 9. "Metaphor." Sacratioris philosophiae vberibus lactatus ablactatusque Sarisber. Proleg.

'''ABLACTATIO''', onis. Vulgat. Genes. 21, 8.

'''ABLAQVEO''', are, [γυρόω, περισκάπτω, ῥιζοτομῶ] "proprie ad vites et arbores pertinet, cum circum illas, quasi" lacus "quidam foditur, vnde etiam nomen est; (vid." Oblaqu.) "et radices superiores reciduntur." [...]

'''ABLAQVEATVS''', a, um. Plin. 17, 27 s. 47 Ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent.

'''ABLAQVEATIO''', onis. [γύρωσις, ῥιζοτομία] "Ipse actus ablaqueandi." [...]

'''ABLATIVVS [1]''', a, um, "Adiect." [...]

'''ABLATVS [1]'''.

'''ABLATIO [1]'''.

'''ABLATOR [1]''', "vid." AVFERO.

'''ABLEGO [1]''', ere. "Separare. Hinc deriuabatur olim"

'''ABLECTAE''', aedes. [ἀπόλεκτος οἰκία] "i. nitidae et elegantes, quae emtores facile inuitent." [...]

'''ABLEGO [2]''', are. [ἀποπέμπω, ἀποστέλλω] Est proprie alio mittere. [...]

'''ABLEGATVS''', a, um. "Modo vidimus." Dimisso atque ablegato consilio Cic. Verr. 2, 73 c. 30 [...]

'''ABLEGATIO''', onis. [ἀποπομπὴ] Ipse actus ablegandi. [...]

'''ABLEGMINA''', partes extorum, quae diis immolabant Festus. "Idem quod" Prosiciae. "Sic nempe legendum ostendit Scaliger pro" Albegmina, "probante etiam Vossio in Etymol. h. v."

'''ABLEPSIA''', ae. [ἀβλεψία] Animi caecitas, inconsiderantia. [...]

'''ABLEVO''', are. "Leuius reddere" Ambros. "vid. Gronou. Obss. Eccles. c. 1."

'''ABLIGVRIO''', iui, itum, ire.

'''ABLIGVRITIO''', onis. Heliogabalus imperium dedecorauit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione Capitol. Macrin. c. 15. [...]

'''ABLIGVRITOR''', oris. Vnusquisque se euiscerat luxuriosus, heluo internecat, abliguritor perimit Ambros. Ep. 42 ad Sabin.

'''ABLINGO''', ere. Oculos Marc. Empir.

'''ABLOCO''', are. [ἀπομισθόω] "Idem quod locare, verbum rarissimum." Suet. Vitel. 7 vt domum in reliquam partem anni ablocaret. "conf." OBLOCO.

'''ABLVDO''', si, sum, ere. [ἀπᾴδω, ἀπεικάζομαι] Cui opponitur Alludere. Hor. Ser. 2, 3, 320 --- Haec a te non multum abludit imago, "i. hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus."

'''ABLVO''', ui, utum, ere. [ἀπονίπτω, ἀποκλύζω] "Lauando abstergere, vt" Corpus Curt. 3, 5, 2. 4, 1, 22 [...]

'''ABLVENS''', tis. Abluens aqua corpus Curt. 3, 5, 5.

'''ABLVTVS''', Partic. [ἀπονιφθεῖς] Varr. de R. R. 3, 9, 12 eaque abluta condunt in furfures, vel acus, "de ouis," Squalor ablutus Curt. 4, 1, 23.

'''ABLVTIO''', onis, [ἀπόνιψις] "abluendi actus." [...]

'''ABLVTOR''', oris. Ablutor carnis Cyprian. adu. Marc. 3, 7 Errorum ablutor Orient. Commonit. l. 2.

'''ABLVVIO''', onis. Mundatio sordium Cathol.

'''ABLVVIVM''', pro diluuio [ἀπόνιμμα] Laberius nimis licenter dixit, teste Gellio 16, 7.

'''ABMATERTERA''', [ἀποθεία] Soror abauiae. Instit. de gradib. eog. et in D. tit. eod. l. Iurisconsult. Gai. l. 3 ff. de grad. et affin. "conf." l. 10 "eod."

'''ABMITTO''', si, ssum, ere. [ἀποπέμπω] "Idem quod mittere: verbum rarissimum modo verbum sit. Laudant" Plaut. Truc. 2, 7, 33 "ubi tamen post Camerarium pro" abmiserit, "legitur" ad me miserit.

'''ABNATO''', are. [ἀπονήχομαι] Alicunde natando recedere. Statius Achilleidos 1, 383 Abnatat, et blandis affatur littora verbis.

'''ABNECO''', ui, et aui, atum, are. [ἀποκτείνω] "Prouocatur ad" Plaut. Truc. 1, 2, 99 "ubi recte post Camerarium legitur" puerumque ut enecaret.

'''ABNEGO''', are. [ἀπαρνέομαι, ἐξαρνέομαι] Negare "quod a nobis petitur," Colum. 10, 51 Ingeniumque loci, vel Iupiter abnegat imbrem. [...]

'''ABNEGANS''', antis. Vulgat. 2 Timoth. 3, 5. Tit. 2, 12.

'''ABNEGATIO''', onis. Abnegatio refutatoris increduli Arnob. 1 p. 18.

'''ABNEGATOR''', oris. Quis talem abnegatorem spernat Tertull. de Fuga in persec. c. 12.

'''ABNEGATIVVS''', a, um. Duae abnegatiuae vnam affirmationem faciunt Diomed. l. 2. Prisc. l. 17 p. 1058 extr. "Nusquam" omnium locorum est abnegatiuum, et "nunquam" omnium temporum.

'''ABNEPOS''', otis, m. [ἀπέκγονος] Filius pronepotis vel proneptis: et refertur ad abauum. Suet. in Tib. Caes. c. 3, 6. Senec. Lud. p. 854.

'''ABNEPTIS''', is. [ἀφυιώνη] Pronepotis vel proneptis filia. Sueton. in Neron. c. 35, 3. Gaius l. 3 ff. de Grad. et Affinit.

'''ABNITOR''', ti. Ipsi nobis argumenta conquirimus, quibus esse videatur falsum id, quod esse nolumus, atque abnitimur verum Arnob. 2 p. 99 "al." abnutamus.

'''ABNOBA''', mons Germaniae, in quo oritur Danubius. [...]

'''ABNOCTO''', aui, are. [ἀπονυκτερεύω] "Per noctem abesse." [...]

'''ABNODO''', are. Colum. 4, 24, 10 Hunc ergo (focaneum palmitem) tanquam aemulum diligenter iidem amputant, et abnodant, priusquam corroboretur, "i. leuant vulnus."

'''ABNODATVS''', Colum. 4, 22, 4 Pampinus non abnodatus, neque abrasus.

'''ABNORMIS''', "normam et modum excedens," [ἄμετρος] Hor. 2, 2, 3 Ofellus Rusticus Abnormis sapiens, etc. "id est, qui sapiens quidem est, sed non ad istorum philosophorum normam," [αὐτοδίδακτος. [...]

'''ABNORMITAS''', Gloss. graec. lat. [ἀρυθμία.

'''ABNVMERO''', are. Gell. 15, 3 "interpretatur" totum numero.

'''ABNVO''', i, tum, ere. [...]

'''ABNVENS''', entis. Abnuens terrenis remediis inquisitionis Apul. p. 175. Elementa naturae communionem abnuentia Macrob. Somn. Sc. 1, 6.

'''ABNVENDVS''', a, um. [ἀνανευτέος] Senec. in Thyest. 471. PLISTH. Nec abnuendum si dat imperium Deus. THY. Nec appetendum.

'''ABNVEO''', es. [ἀπονεύω] pro abnuo. [...]

'''ABNVITVR''', Impers. [ἀπονεύεται] Liu. 3, 72, 7.

'''ABNVITIO''', onis. Non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro additamento ponitur Fest.

'''ABNVTIO''', onis. Paul. ICtus: "v. Gothofr. not. ad" Fest. p. 1742.

'''ABNVTO''', as, are. [ἀπονευστάζω] "Frequenter signum negans oculis facere." [...]

'''ABNVTIVVS''', a, um: "vel Subst." [...]

'''ABNVRVS''', us, "f." [ἐκγόνου νυὸς] Gloss. Lat. Gr.

== ABO ==

'''ABO''', are. "blande compellare, et velut Abam vel Abbam," i. "Parentem, vel, vt alii volunt, vt fratrem honorare." [...]

'''ABOCVLVS''', i. "Dim." Abocellus, "vnde Gallorum" Aveugle, putat "Birrius restituendum" Petronio 75 "vbi in laudibus pueri literati," Librum ab Oculo legit. "Ipse vult" Aboculo.

'''ABOLEO''', eui et ui, itum, ere, [ἐξαλείφω, ἀφανίζω] "Omnino rem tollere, delere, obliterare, ita vt ne odor quidem rei ejus relinquatur." [...]

'''ABOLESCO''', ere. [ἀφανίζομαι] Aboleri, destrui. Colum. 3, 2, 4 [...]

'''ABOLITVS''', [ἠφανισμένος] "Partic." Plin. Epist. 7, 19, 6 [...]

'''ABOLENDVS''', a, um. Abolenda memoria Sueto. Cal. 60. "et" Dom. 23.

'''ABOLITIO''', onis. [ἀφανισμὸς] Verbale: ut Abolitio legis. [...]

'''ABOLITOR''', oris. Post eum casum (cataclysmi) omnium rerum abolitorem Tertull. de Habitu mul. c. 3. Somnus abolitor omnium Auson. Grat. Act. c. 2.

'''ABOLEFACIO''', ere. Ciuitatem tabernae habitu abolefacere Tertull. [...]

'''ABOLEFACTVS''', a, um. Scriptura abolefacta violentia cataclysmi Tertull. de Habitu mul. c. 3.

'''ABOLLA''', ae. [χλαμὺς] "teste" Nonio, 14, 9 [...]

'''ABOMASVM''', [ἤνυστρον] "Gaza interpretatus esse dicitur ab" Hermolao in cap. 9 lib. 28 Plinii.

'''ABOMINOR''', ari. [βδελύττομαι] "Rem aliquam, veluti malum omen, vel verbo, vel facto detestari, exsecrarique, et a nobis amoliri." [...]

'''ABOMINANTER''', Si quis filiam fratris sororisue faciendam crediderit abominanter vxorem Theodos. Cod. 2, 12.

'''ABOMINANDVS''', [βδελυκτὸς] "Detestatione dignus." [...]

'''ABOMINATIO''', "Detestatio, execratio," [βδέλυγμα ἀποτροπιασμὸς] Gloss. vet.] Vulgat. Quid equorum tam pertinax abominatio Lact. 1, 17 extr. Incensum abominatio est mihi Tertull. adu. Iud. c. 5.

'''ABOMINAMENTVM''', i. Proiecit homo abominamenta sua aurea et argentea Tertull. adu. Iud. c. 13. Duo vel maxima malorum abominamenta, fames et pestilentia P. Oros. 2, 5. "Add. ib. extr."

'''ABOMINATVS''', [βδελυκτὸς] "Partic. Actiue." Abominatus mentionem facinoris Liu. 40, 4. [...]

'''ABOMINABILIS''', e. [βδελυτικὸς] Gloss. Cyrill. Impudicitia abominabilis Quinctil. Trib. Mar. Decl. c. 4, Burm. p. 78. ''Add.'' Hieron. in Ierem. 22, 30.

'''ABOMINOSVS''', a, um. Propter pares dies Februarius quasi abominosus diis inferis deputatur Solin. c. 3. ''Sed al.'' ominosus. Sonum vocis abominosae audire Diomed. L. 3.

'''ABORIGINES''', inum [ἀβορίγινες, γενάρχαι, πρωτογόνοι] ''vocantur antiquissimi incolae agri Ro.'' Sall. Catil. 6 [...]

'''ABORIOR''', eris, vel iris, ortus, iri. [ἀποκυΐσκομαι] ''Significat foetum abortiuum fieri, vel intempestiue nasci.'' [...]

'''ABORISCOR''', isci. Idem. ''Ita Pareus legit'' Lucret. 5, 732. [...]

'''ABORTIO [1]''', onis. [ἄμβλωσις, ἔκτρωσμος] Actus aboriendi. Plaut. Truc. 1, 2, 99 [...]

'''ABORTIO [2]''', ire, ''abortum facere.'' [...]

'''ABORTIVM''', ''i.'' [ἔκτρωμα] Idem quod Abortio. [...]

'''ABORTO''', are. [ἀμβλόω, ἐξαμβλόω, ἀμβλίσκω] Abortum facere. [...]

'''ABORSVS [1]''', us, m. [ἀποκύημα] Non. 5, 106 [...]

'''ABORSVS [2]''', a, um. Aborsus vel abactus venter ''est embryo pharmacis violenter exturbatus. vid.'' Paul. lib. 4. sentent. t. 9 §. 6.

'''ABORTVS [1]''', a, um, ''pro'' Exortus. [...]

'''ABORTVS [2]''', us. [ἔκτρωμα, ἔκτρωσις] ''partus praecipitatus et immaturus.'' [...]

'''ABORTVM''', n. Vlp. in l. cum quidam 30. [...]

'''ABORTIVVS''', a, um. [ἐκτρωματιαῖος] "imperfectus et informis, qui scilicet abortu natus est." [...]

'''ABORTICIVM''', "et"

'''ABORTICIOSVM''', [ἐκτρωματικὸν, ἐκτρωματιαῖον] Vet. Gloss. [...]

'''ABPATRVVS''', ui. [ἀποθεῖος] Frater abaui Ex lib. 3. Instit. de grad. cog. et l. Iuriscons. D. eod. tit.

== ABR ==

'''ABRACADABRA''', "vox superstitiosa, quam" Serenus Sammonicus c. 52 v. 941 sqq. [...]

'''ABRADO''', si, sum, ere, [ἀποξυνέω, ἀπωξύω] "Radendo tollere, siue detrahere, quod et" deradere "dicitur." [...]

'''ABRASVS''', a, um. Partic. [ἀπεξυσμένος] Lucan. 6, 155 [...]

'''ABRAHAM''', ABRAHAMVS, ABRAM, "Patriarcha fidei celebratissimae,"Abram parenti dictus, Abraham Deo Prudent. Psych. v. 4. [...]

'''ABRAXAS''', siue ABRASAX, "Vnus ex deis, qui ab haereticis inducti sunt, barbaris et inconditis nominibus: de quibus ab" Irenaeo "et" Epiphanio "facta est mentio." [...]

'''ABRELINQVO''', "i. desero. vnde"

'''ABRELICTVS''', a, um. Deo abrelicto Tertull. adu. Iud. c. 1. diuinitate abrelicta ib. eod.

'''ABRENVNTIO''', are. "in formula baptismi," abrenuntio diabolo, pompis, spectaculis, et operibus eius Saluian. 6 p. 208. [...]

'''ABREPTVS [1]''', "vid." ABRIPIO.

'''ABRIPIO''', ui, eptum, ere. [ἀφαρπάζω, ἀναρπάζω] "quasi raptu et violenter alicunde auferre, velvi eripere." [...]

'''ABREPTVS [2]''', a, um. "Praeter plura quae modo dedimus," Liu. 26, 39 Aliae "naues" in terram remis abreptae.

'''ABRODIAETVS''', "Delicate et molliter viuens," [ἀβροδίαιτος,] "Quod nomen sibi arrogauit Parrhasius pictor nobilissimus, indicaturus, credo, qua cura artem tractaret, apud" Plin. 35, 10 f. 36. [...]

'''ABRODO''', si, sum, ere [ἀποβρώσκω] "rodendo auferre," Plin. 10, 62 s. 82 Viperae mas caput inserit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

'''ABRODENS''', entis. Crudum vnguem abrodens Pers. 5, 162.

'''ABROSVS''', a, um. Abrosae corporis partes Plin. 37, 6.

'''ABROGO''', are [ἀποκυρόω, ἀκυρόω, ἀναιρέω] "consensu populi abolere, tollere, irritum facere." [...]

'''ABROGANS''', tis. Humilis Gloss. Isidori. "q. d. qui sibi adeo non" arrogat "quidquam, vt potius" abroget.

'''ABROGATVS''', a, um. Imperium abrogatum Cic. pro Dom. c. 31.

'''ABROGATIO''', [ἀποκύρωσις] Actus abrogandi: vt Abrogatio legis, aut magistratus, Cic. Att. 3, 23 Neque enim est vlla lex, quae non se sepiat difficultate abrogationis. "Laudatur etiam" Quinctil. lib. 1, 9. [...]

'''ABROGATOR''', oris. Diuini operis abrogatores Arnob. 1 pag. 30.

'''ABROICVS''', Plautus Abroico "laudatur" Non. 3, 43. "leg." Agroico, [ἀγροίκῳ, "quod nomen fabulae, i. rustico s. agresti."

'''ABROTONVM''', n. [ἀβρότονον] "Herbae nomen, de qua" Plin. 21, 10 s. 34 [...]

'''ABROTONITES''', is, "vel" ae [ἀβροτονίτης] "masc. quia adiungitur ad" [οἶνος. [...]

'''ABRVMPO''', upi, uptum, ere [ἀποῤῥήγνυμι] "Rumpendo separare, vel finire," vt Plin. 2, 92 [...]

'''ABRVPTVS''', Partic. et Nomen. [κατεῤῥωγὼς, ἀποῤῥὼξ] "In quantum nomen est, primaria significatione, vnde aliae intelliguntur, ad loca refertur, quae abrupta dicuntur, i. diuulsa, atque ob id inuia, quae descensum non habent, sed tantum praecipitium, et alio nomine" praerupta "dicuntur, vt fere sunt rupes et scopuli," Graece [ἀπόκρημνα, κρημνώδη. [...]

'''ABRVPTVM''', n. [ἀπόῤῥηκτον] Ferri in abruptum Virg. Aen. 12, 687. [...]

'''ABRVPTA''', ae. "Subst." Abruptae Vesuuii montis verticem magna profudisse incendia ferunt "Sic laudatur" Oros. lib. 7. [...]

'''ABRVPTIO''', Verbale [ἀπόῤῥηξις] "Actus abrumpendi." [...]

'''ABRVPTE''', Adu. [ἀπεῤῥηγμένως] Quinctil. 3, 8, 6 [...]

'''ABRVMVS''', a, um. "vt" agni abrumi, "i. ablactati, opp." subrumi.

'''ABS''', [ἀπὸ, παρὰ] "vid." A et AB n. 6 [...]

'''ABSCEDO''', ssi, ssum, ere. [ἀφίστημι] idem quod recedere, ''vel'' discedere, ''cui contrarium est'' accedere. [...]

'''ABSCEDENS''', ''Partic.'' [ἀφιστὰς] Vnde abscedentia et prominentia in picturis Vitru. in praef. lib. 7. [...]

'''ABSCESSVS''', ûs m. Verbale. [ἀπόστασις] Recessus. [...]

'''ABSCESSIO''', onis. f. [ἀποβολή] Idem. Cic. de vniuersitate c. 12. Cumque ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio necesse erat, [...]

'''ABSCIDO''', idi, ''ex'' abs ''et'' caedo, ''idem significat quod'' abscindo [περικόπτω, ἀποκόπτω] Ouid. Met. 12, 362 [...]

'''ABSCISVS''', a, um. Vt Funes abscisi Caes. Bell. Gall. 3, 14. [...]

'''ABSCISE''', Adu. ''idem quod breuiter.'' Val. Max. 3, 7, ext. 6 Si verba numeres, breuiter et abscise: si sensum aestimes, copiose et valenter.

'''ABSCISIO''', onis. ''vid.'' Abscissio.

'''ABSCINDO''', idi, issum, ere. [ἀποκόπτω, ἀποτέμνω,] Hesperum Siculo latus abscidit aruaque et vrbes Virg. Aen. 3, 418. [...]

'''ABSCINDENS''', entis. Virg. Georg. 2, 23 Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum.

'''ABSCISSVRVS''', Quinct. 12, 1, 20 ''de Cicerone,'' Fortasse inuenturus, quod adhuc abscissurum putem fuisse.

'''ABSCISSVS''', a, um. Partic. [ἀποκοπεὶς] ''vi quadam separatus.'' [...]

'''ABSCISSE''', Adu. vel ABSCISE, "fixe, praecise," [ἀποκεκομμένως] Callistratus in l. Semper, de iure immunita. [...]

'''ABSCISSIO''', onis. [ἀπόκοψις] Auct. ad Herenn. 4, 67 c. 54 [...]

'''ABSCONDO''', i, sum et itum [ἀποκρύπτω.] "Remotum a conspectu condere vel occultare." [...]

'''ABSCONDITVS''', Partic. [ἀπόκρυφος] Cic. 4, 1 [...]

'''ABSCONSVS''', aliud Partic. Iul. Firm. 3, 8 [...]

'''ABSCONSE''', Adu. Latenter. Vet. Interpr. Irenaei 4, 40 Cogitabat absconse dimittere eam.

'''ABSCONSOR''', Firmic. 3, 8, 5 Mercurius absconsores auri et diuitiarum faciet. "Et" c. 11 Pecuniarum absconsores faciet.

'''ABSCONDITOR''', Firmic. 5, 15 [...]

'''ABSCONSIO''', [ἀπόκρυψις.] "Laudatur" Plin. 8, 16 s. 19 Velut deputans absconsione turpitudinem. "Verum libriomnes," Acerrimo cursu fertur velut abscondente turpitudinem loco.

'''ABSCONDITE''', Adu. [κρυφίως] "Occulte." [...]

'''ABSEGMEN''', inis. Penitam offam Naeuius appellat absegmen carnis cum coda Fest. in P.

'''ABSENS [1]''', ABSVM.

'''ABSENTO [1]''', In ABSVM.

'''ABSILIO''', ire. [ἀποπηδάω] "Ex" ab "et" salio, saltu alicunde recedo. [...]

'''ABSIMILIS''', [ἀνόμοιος] "Multum dissimilis." [...]

'''ABSINTHIVM''', i, n. "male scribitur" Absynthium: "est enim" Gr. [ἀψίνθιον, "herba nobilissima." [...]

'''ABSINTHIATVS''', a, um, "absinthio conditus, vt" Sen. Suasor. 7 pr. [...]

'''ABSINTHITES''', ae, m. [ἀψινθίτης] "intellecto" [ὀ῀ινος, "vnde etiam Latinis masculino genere effertur"] "vinum absinthio conditum, quod docet facere" Col. 12, 35. [...]

'''ABSIS''', idis. "vid." APSIS.

'''ABSISTO''', stiti, ere. [ἀποστΑτΕ΄ω] "A loco vel a re aliqua discedere." [...]

'''ABSISTENS''', [ἀποστατῶν] Liu. 24, 20 Tamen spe labefactandae fidei haud absistens, Salapiam tendit.

'''ABSOCER''', eri. m. Socero, prosocero, et item alio prosocero, et duobus absoceris COSS. Capitol. in Gordian. c. 2.

'''ABSOLESCO''', "ex solito insolitum fieri." Tertull. Exhort. Cast. cap. 6 Absolescit Crescite illud et multiplicamini. conf. Not. Iun.

'''ABSOLVO''', ui, utum, ere. [ἀπολύω, ἀπαλλάττω] "Liberare, de omni quod ex nexu aut conclusione aliqua liberatur, aut editur." [...]

'''ABSOLVTVS''', [ἀπολελυμένος, ἄφετος, ἀπόλυτος, τετελεσμένος] Partic. "proprie" Apul. Met. 6 p. 184, 30 [...]

'''ABSOLVTE''', Adu. [τελέως] Perfecte. [...]

'''ABSOLVTIO''', Perfectio. [τελείωσις, ἀπόλυσις] Cic. de Fin. 5, 38 c. 14 [...]

'''ABSOLVTORIVS''', a, um. "quod ad absolutionem pertinet" [ἀπολυτικὸς] Sententia absolutoria Ascon. in Orat. pro Milone "extr." [...]

'''ABSOLVTORIVM''', n. [ἀλεξιφάρμακον] "Remedium absoluens, siue liberans." Plin. 28, 6 Clauum ferreum defigere in quo loco primum caput desixerit corruens morbo comitiali: absolutorium eius mali dicitur.

'''ABSONVS''', a, um. [ἀπάδων, ἀπηχὴς] "Dissonum, discors, discrepans: quasi a sono alienum, vel sono absurdum;" Cic. de Orat. 1, 115 c. 25 [...]

'''ABSONE''', Adu. Apul. Apol. p. 276, 36 Elm. Absone et indocte versus pronuntiare.

'''ABSONO''', are. Discordare. Cathol. Absonans, i. Absonus

Justin. Instit. 2, t. 25. Absonans a iuris ratione codicillorum vsus.

'''ABSONANTIA''', f. Discordantia. Cathol.

'''ABSORBEO''', ut et psi, ptum, ere. [ῥοιβδέω, καταπίνω, ἀμφιχάνω] "Quasi sorbendo absumere." [...]

'''ABSORBENS''', tis. Vulgat. Ies. 14, 29.

'''ABSORPTVS''', Vulg. Interpr. Num. 11, 2. 1 Cor. 15, 54.

'''ABSORPTIO''', f. "Vox haec forte restituenda est," Sueton. Neron. c. 27. "vbi vulgati," Absortio rosaria. "Intelligi nempe possit coena, vbi rosae, vel parati ex rosis liquores abundant."

'''ABSORTIO''', onis, f. "vid." Absorptio.

'''ABSPOSITVS''', a, um. Abspositum perdiu reseruari potest Plin. Valerian. 3, 21. "Conf. Barth. Adu." 4, 21.

'''ABSPELLO''', "vid." Aspello.

'''ABSPVLSVS''', a, um. Fronto de Serm. Lat. 1331.

'''ABSQVE''', "Praep. ablatiua" [ἄνευ, χωρὶς, δίχα] "idem notat quod Sine. Nam teste" Priscian. l. 14 [...]

'''ABSTANTIA [1]''', "vid." Absto.

'''ABSTEMIVS''', a, um, "dicitur" ab Abstinentia temeti, "teste" Fabio 1, 7, 9 [...]

'''ABSTERGO''', is, et ABSTERGEO, es, si, sum. [ἀπομόργνυμι, ἀπομάττω, ἀποτρίβω, ἀποσμήχω] "Tergendo auferre," purgare. [...]

'''ABSTERGENS''', entis. Cic. in Topic. 86. Oratio aegritudinem abstergens.

'''ABSTERGENDVS''', a, um. Plin. 21, 10 s. 47 Penicilli (spongiarum genus) abstergendae lippitudini vtilissimi.

'''ABSTERSVS''', a, um. [ἀποσμηχθεὶς] Valerius, Abstersis lacrymis. [...]

'''ABSTERREO''', ui, itum, ere. [φόβῳ, ἀποτρέπω] "Terrore iniecto auertere, arcere, prohibere." [...]

'''ABSTERRITVS''', Partic. Liu. 5, 41 Inde rursus ipsa solitudine absterriti.

'''ABSTINEO''', ui, entum, ere. [ἀπέχομαι, ἀφίσταμαι] "Est ab aliqua re omnino vel ad tempus se cohibere: Quasi se" tenere abs "re illa: vt" Abstinet furto, "qui non furatur:" Abstinet vino, Venere, voluptate, "qui iis rebus non vtitur:" Abstinuit coena, "qui non coenauit, etc." [...]

'''ABSTENTVS''', [ἀπεσχημένος] Partic. "Separatus et excommunicatus." [...]

'''ABSTINENS''', entis. [ἐγκρατὴς, ἀποσχόμενος] Hor. Od. 4, 9, 37 - - - abstinens Ducentis ad se cuncta pecuniae. Homo miritice abstinens Cic. Att. 5, 21. [...]

'''ABSTINENDVS''', [ἀφεκτέος] Columel. 6, 7, 2 Prohibendus erit bos potione per triduum, primoque die cibo abstinendus. Idem 8, 5, 23 Quibus (cibis) abstinendae sunt aues.

'''ABSTINAX''', acis. "Probum verbum, certe formatum, vt" Tenax, pertinax, etc. Petron. cap. 42 Quid si non abstinax fuisset? Quinque dies aquam in os suum non coniecit. "Add." Symmach. 1, 47.

'''ABSTINENTIA''', ae. [ἀποχὴ, ἀπόσχεσις] "Virtus cui opponitur" Rapacitas: "et sic differt a" Continentia, "teste Valla: Est enim haec, cum a voluptatibus nos continemus:" Abstinentia "autem, cum" abstinemus "ab alienis, nulli vim inferentes, nihil cuipiam eripientes." [...]

'''ABSTINENTER''', Adu. [ἐγκρατῶς] Pseudo - Cic. in Sall. 19 c. 7 Posteaquam Praetor est factus, modeste se gessit, et abstinenter. "Compar." Augustin. de Morib. Manich. 2, 13 Abstinentius vitam ducere.

'''ABSTO''', iti. [ἀφίσταμαι] "Disto, longe sto." [...]

'''ABSTANTIA [2]''', ae. Sol quum longius absit abstantia quadam Vitr. 9, 4 p. 187.

'''ABSTORQVEO''', es. [ἀποστρέφω] Torquendo aufero. Accius apud Nonium 3, 66. Abstorque proram, ac supra tortas copulas. "Al. legunt," Abtorque.

'''ABSTRAHO''', xi, ctum, ere. [ἀποσύρω, ἀποσπάω] "Ex" Abs "et" Traho, "proprie" A "loco" trahere, "i. Violenter abducere." [...]

'''ABSTRACTVS''', Partic. [ἀποσπασθεὶς] "Praeter dicta" Caes. B. G. 3, 2 Suos ab se liberos abstractos obsidum nomine, dolebant. [...]

'''ABSTRACTIO''', onis. Dictys Cretensis 1, 4 Abstractio coniugis animum permouerat [...]

'''ABSTRINGO''', inxi, ictum, ere, [ἀποσφίγγω] "volunt esse Soluere, Contrarium sui simplicis" Stringo. [...]

'''ABSTRVDO''', si, sum, ere. [ἀποκρύπτω] "Abscondere, occultare, abdere." [...]

'''ABSTRVSVS''', a, um. [ἀπόκρυπτος] Cic. de Lege Agr. 2, 49 c. 18 [...]

'''ABSTRVSE''', "Adu. Idem. Hinc Compar." Ammianus 28, 1 Inter reos recepti vocatique edictis semet abstrusius amandarunt.

'''ABSTRVSIO''', onis, f. "vt" Seminis abstrusio Arnob. l. 5 p. 183.

'''ABSTRVO''', ere. Ipse docebat, lucernam non sub modio abstrui debere Tertull. de Praescr. adu. Haer. c. 26. "Add." Id. adu. Marc. 4, 27.

'''ABSVETVDO''', dinis, f. pro desuetudine est ap. Apul. Apol. p. 318 Elmenh.

'''ABSVM''', abes, fui, esse [ἄπειμι] "contrarium verbi" Adsum, "varie in constructione aliorum verborum ponitur." [...]

'''ABSENS [2]''', entis. [ἀπὼν] Partic. "qui non adest, vbi adesse solet, aut desideratur." [...]

'''ABFVTVRVS''', Cic. ad Q. fratr. 11, 11 Simul et illud Asia cogitet, nullam a se neque belli externi, neque domesticarum discordiarum calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur. [...]

'''ABSENTIA''', ae. [ἀπουσία] "sicut Praesentia," Vereor, ne absentia mea leuior sit apud te Anton. ap. Cic. Att. 14, 13. [...]

'''ABSENTO [2]''', are. [ἀποπέμπω] "Ablegare esse aiunt, laudantque" Claud. de Rapt. Proserp. 3, 214 [...]

'''ABSENTANS''', "Participio," tamen vsus Sidon. Epist. 9, 13 extr. "pro" Absens; "itemque" Cyprian. "et alii, quos ad" Sidonium "notauit Sauaro, qui" absentare se "et" absentari "dixere." [...]

'''ABSENTIVVS''', a, um. "Diutius absens" Petron. c. 23 "Sed ex persona Trimalchionis" Ne absentiuus morae vobis essem, omnem voluptatem mihi negaui.

'''ABSVMO''', ere. [καταναλίσκω, ἀποφθείρω] "Omnino consumere vel abolere." [...]

'''ABSVMTIO''', onis. Verbale. Vlp. in l. Hoc Senatusconsultum. D. de vsufr. ear. rer. quae vs. cons. Vel caeterae res, quae in absumtione sunt, "quae nempe" fugibiles "vocari solent."

'''ABSVMEDO''', inis, f. "Consumtio," Plaut. Capt. 4, 3, 3 Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! Quanta sumini absumedo!

'''ABSVRDVS''', Adi. [ἄτοπος, ἄλογος] "proprie significat auditu alienum, sive alienum ab auribus; sed vsitatius ad animum transfertur, absonum, quod omnium mentes aspernantur ac respuunt" Cic. pro Rosc. Com. 19 c. 7 [...]

'''ABSVRDE''', Adu. [ἀτόπως] "vt," Absurde et aspere respondere Cic. Att. 5, 1. [...]

'''ABSVRDITAS''', atis. [ἀτοπία] Hanc vtramque absurditatem sententia sana respuit Claud. Mamert. de Anim. 3, 11.

'''ABSYNTHIVM''', "vid." ABSINTHIVM.

'''ABSYRTIDES''', [Ἀψυρτίδες] "Insulae in Adriatico mari, Illyrico adiacentes," Plin. 3, 26 s. 30 Absyrtides Graiis dictae, a fratre Medeae ibi interfecto Absyrto. "Cognatae appellationis et situs."

'''ABSYRTIVM''', [Ἀψύρτιον] "Insula maris Adriatici," Plin. 3, 21 s. 25. "Vid." Absyrtus n. 2.

'''ABSYRTVS''', [Ἄψυρτος] "filius Aeetae regis Colchorum, alio nomen Aegialeus, quem soror eius Medea, sequens Iasonem, lacerauit: vt sie retardaret colligendis ad sepulturam membris patrem volentem eam retrahere a fuga." [...]

'''ABTORQVEO''', ere. Accius apud Non. 3, 66 Abtorque proram. "Sic Mercer. Al." Abstorque.

'''ABTRECTATIO''', onis. f. "Laudatur" Apul. de Deo Socr. "Sedrecte Elmenh. p. 44, 13 legit," adtrectatio. [...]

== ABV ==

'''ABVERTO''', ti, sum, ere [ἀποστρέφω] "pro" Auertere "interdum invenias in libris, vt" Plaut. Rud. 1, 2, 76 [...]

'''ABVNDO''', as, are [περισσεύω, εὐπορέω] "Verbum proprium, tractum ex amnibus, qui quoties imbribus augentur, maioribus et crebris vndis egrediuntur littora." [...]

'''ABVNDANS''', [περισσεύων, εὔπορος, ἄφθονος] "Partic. vt" Scribo. Comp. 24 Cum tenuis abundansque fluit lacrima. [...]

'''ABVNDANTIA''', ae. [περιουσία, εὐπορία,] "Magna rei alicuius copia: vt" Cic. Acad. 1,... Abundantia quadam ingenii praestabat. [...]

'''ABVNDATIO''', onis. [ἐπίῤῥοια] Plin. 3, 16 f. 20 Omnia ex Philistinae fossae abundatione nascentia.

'''ABVNDATVRA''', ae. "Idem." Per ciuitates abundaturam, sicut et egituram per solitudinem struxerat Tertull. adu. Marc. 4, 24.

'''ABVNDANTER''', "Adu." [εὐπόρως] "Copiose, affatim, affluenter." Plin. 24, 9 [...]

'''ABVNDE''', [ἀφθόνως] "aliud Adu." Plin. in Praef. 6 [...]

'''ABVNDVS''', Adi. Gell. 1, 2 Lauacris nitidis et abundis, et collucentibus. [...]

'''ABVOLO''', [ἀφίπταμαι] "Volando discedo." [...]

'''ABVSIO [1]''', "Vid." ABVTOR.

'''ABVSQVE''', [ἕως ἀπὸ] "iunctim quidam scribunt, cum sit transpositio poetica particularum" Vsque ab. [...]

'''ABVTOR''', Abuti, [ἀποχράομαι, καταχράομαι, παραχράομαι] "Est Valde vti, etiam in bonam partem." Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 [...]

'''ABVTENDVS''', a, um. Sueton. in Galb. 14 His diuerso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit et tradidit, vt vix sibi ipsi constaret.

'''ABVSIO [2]''', "Tropus est durior, qui" κατάχρησις "dicitur, de quo" Cic.

in Orat. ad Brut. 94

'''ABVSOR''', oris. m. "Prodigus." Saluian. 8. p. 296 Perditorum hoc adolescentum speciale convicium est, vt abusores scilicet et incuriosi ac negligentes rerum suarum esse dicantur.

'''ABVSVS [1]''', ûs m. [ἀπόχρησις] Consumtio "et Interitus per vsum" Vlp. l. 5 §. 1 D. de vsufr. earum rerum quae vsu consum. [...]

'''ABVSVS [2]''', a, um. "Passiua significatione. Vid." ABVTOR n. 3.

'''ABVSIVVS''', a, um. Nomen ipsum abusiua appellatione mutilatum Auct. Paneg. in Constant. Aug. 8, 4, 3 "de" Maxentio Maximiani "supposito."

'''ABVSIVE''', Adu. [καταχρηστικῶς] Quinctil. lib. 9, 2, 35 p. 777. "Burm." Nunc non abusiue dispensatio est. Idem 8, 6, 35 Abusiue aliqua re vti. Abusiue incusso ariete ammian. 24, 4.

== ABY ==

'''ABYDVS''', [Ἄβυδος] "Vrbs Asiae a Milesiis condita ad Hellespontum, patria Leandri, cui" Sestos "in Europa opponitur." [...]

'''ABYDENVS''', Adj. [Ἀβυδηνὸς] Stat. Sylu. 1, 2, 87 Vidi et Abydeni iuuenis certantia remis Brachia "i. Leandri." [...]

'''ABYLA''', penult. corr. Dionysius Afer de Situ Orb. [Στηλάων ἀλύβη κεῖται μία τῆς δ' ὑπένερσθε. Auien. v. 111 Maura Abyla et dorso consurgit Iberica Calpe. [...]

'''ABYSSVS''', si. f. [ἄβυσσος] "Aqua patens in immensam profunditatem, q. d. quae fundum non habet." [...]

'''ABZOAE''', "Populi, ad sinum Scythicum" Plin. 6, 13 s. 15.

== AC ==

'''AC.''', Actio. ACC. Accepta. [...]

'''AC [1]''', "Coniunctio copulatiua" [καὶ] "pro" Et, "siue" Atque. [...]

'''AC [2]''', "in compositione magno librorum lapidumque consensu est pro" AD, "vt" Accedo, Accensus "etc. Quod inuenitur interdum" Adcipio "aut simile, id videtur affectationi semidoctorum librariorum deberi." [...]

== ACA ==

'''ACACIA''', [ἀκακία] "Genus spinae itemque fructus illius, et succi inde expressi." [...]

'''ACADEMIA''', ae. ("Penultima communi" Ἀκαδημία "et" Ἀκαδημεία "vid. infra" n. 5.) "locus prope Athenas celebratissimus, ac" Academo "vel" Ecademo "potius Heroe" ("Forte latet hic" Cadmus) "dictus, vid. Menag. ad" Diog. Laert. 3, 7. [...]

'''ACADEMICVS''', a, um. [ἀκαδημαϊκὸς] "Philosophorum nomen." Cic. Ac. 1, 17 c. 4 [...]

'''ACAENITVS''', i. m. "interpretantur" virgatorem, qui baculum gerit, ἄκαιναν "enim esse inter alia" virgam pastoriciam. [...]

'''ACALYPHE''', Gr. [ἀκαλύφη, vrtica, "herba et" [ζωόφυτον, "Latine scribi dicitur apud" Macrum 2, 2. "Graece legitur" Gell. 4, 11.

'''ACALANTHIS''', idis. f. ἀκανθὶς] "Auis est, de qua sic" Probus, Acalanthis ea est, quae Graece ἀκανθὶς dicta est: Latine Carduelis, a Carduo. [...]

'''ACAMANTIS''', [Ἀκαμαντὶς] "Inter Cypri Insulae antiqua nomina, forte ab" Acamante "promontorio, sito ad occasum. Vid." Plin. 5, 31 s. 35.

'''ACAMAS''', antis. "Vulcani ministrorum vnus apud" Val. Argon. 1, 583, ἀκάμας "q. d." indefessus, παρὰ τοῦ μὴ κάμνειν.

'''ACANON''', [ἄκανον] quidam Eryngio adscribunt, spinosam, breuemque ac latam herbam spinisque latioribus Plin. 22, 9 s. 10.

'''ACANTHICE MASTICHE''', [ἀκανθικὴ μαστίχη] Plin. 21, 16 [...]

'''ACANTHILLIS''', idis. Asparagus agrestis Apul. de Herb. c. 84.

'''ACANTHION''', siue ASCANTHIVM, ii. [ἀκάνθιον] Plin. 24, 12 s. 66 [...]

'''ACANTHIS''', idis. f. [ἀκανθὶς] "Auis minima." [...]

'''ACANTHVS''', i. m. [ἄκανθος] Plin. 22, 22 s. 34 [...]

'''ACANTHIVS''', "Sal nomen habet," Plin. 31, 7 s. 41.

'''ACANTHINVS''', a, um. [ἀκανθινὸς] Plin. 25, 7 Spectatur foliis acanthinis, "i. Spineis." Caules acanthini Columel. 9, 4 "apibus gratl." Vestis acanthina Isidor. 17, "i. ad modum acanthi ornata."

'''ACANTHYLLIS''', "auis, quam" Plinio 10, 33 s. 50 "restituit Harduinus, cum legeretur antea" Argatilis. "Est enim" Aristoteli, [ἀκανθυλλίς.

'''ACAPNA''', [ἄκαπνα] ligna "de quibus" lemma Martial. 3, 15, "ea videntur esse, quae" Vlp. "dicuntur" ligna cocta, ne fumum faciant: "vid." de Leg. 3. l. 53 ligna "et" l. 167 de V. S [...]

'''ACARNANIA''', [Ἀκαρνάνια] "Regio et pars Epiri, quam Achelous amnis ab Aetolia separat, mersa medio sinu Ambracio. Vid." Plin. 4, 1.

'''ACARNAN''', anis. [Ἀκάρναν] Ouid. Met. 8, 569 "de Acheloa" Amnis Acarnanum laetissimus. [...]

'''ACARNE''', [Ἀκάρνη] "Oppidum Magnesiae, regionis Thessaliae," Plin. 4, 9. 2 "Est etiam" Acarne, "Piscis marini genus," teste eodem Plin. 32, 1. "Eadem vocatur etiam" Acharne.

'''ACARON''', [ἀκαρὸν] Myrtus syluestris. Plin. 15, 7.

'''ACATALECTICVS''', [ἀκατάληκτος] Versus Grammaticis dicitur, cui nihil deest, nihil abundat. Huic opponitur Catalecticus, cui vna deest syllaba. "Vid." Priscian. Partit. Vers. p. 1216. Diomed. 3 p. 501.

'''ACATALEPSIA''', ae. [ἀκαταληψία] "q. d." Incomprehensibilitas "vocatur ab Academicis philosophis illa mentis nostrae imbecillitas, qua" comprehendi "quidquam ab ea posse negant. Vid. v. g." Cic. Att. 3, 19.

'''ACATALEPTON''', [ἀκατάληπτον] Quod comprehendi non potest. Sic interpretatur Cic. Acad. 4, 18 c. 6. Haeretici aeonem constituerunt acatalepton Tertull. adu. Valent. c. 35.

'''ACATIVM''', ii. [ἀκάτιον] "Nauigii genus actuarii." Plin. 9, 30 Concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata.

'''ACAVSTVS''', i. m. "lapis pretiojus." Carbunculi, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam acausti appellati Plin. 37, 7.

'''ACATVS''', i. f. "idem quod Acatium," Tertull. adu. Marc. 5, 1. "Vbi conf. le Prieur."

== ACC ==

'''ACCA LAVRENTIA''', "vel" Larentia [Ἄκκα λαρεντία] "Faustula pastoris vxor, quae Romulum et Remum lactauit atque aluit." Seru. in Virg. Aen. 1, 277. Larentia "simpliciter vocatur" Liu. 1, 4. "Hinc"

'''ACCALIA''', um, n. pl. Feriae publicae Laurentinae, is dies, quem quidam in scribendo Laurentalia appellant; ab Acca Laurentia nominatus, cui Sacerdotes nostri publice parentant sexto die, qui atra ("marg. Scal." Acea) dicitur, et dicunt hunc diem Tarentini Accas Tarentinas. [...]

'''ACCANTO''', are. [προσᾴδω] "Iuxta cantare" Stat. Sylu. 4, 4, 55 -- et magni tumulis accanto magistri.

'''ACCANTVS''', ûs Accentus quasi accantus dictus est Mart. Capella 3 p. 60.

'''ACCEDO''', is, ssi, ssum, ere [ἀφικνέομαι, προσέρχομαι, μέτειμι, πρόσειμι] "ex" Ad "et" Cedo "compositum," est "proprie ad aliquid propius venire." [...]

'''ACCEDITVR''', Impers. Cic. pro Caecin. 22, c. 8 Ad eas cum accederetur, iste cum omnibus copiis praesto fuit. "Hinc est"

'''ACCESSVS [1]''', a, um [πρόσιτος] "quo accedi potest. Laudatur" Ouid. Fast. 5, 582 "de Parthis" Gens fuit et terris et equis et tuta sagittis, Et non accessis inuia fluminibus. "Sed" Heins. "et" Burm. Et circumfusis, [...]

'''ACCESSVS [2]''', ûs [ἄφιξις, πρόσοδος] "Accedendi actus, cui contrarium est," Abscessus, discessus, vel recessus. [...]

'''ACCESSIO''', onis. f. [πρόσοδος, σύντευξις] "accedendi actus." [...]

'''ACCESSOR''', oris. [προσίτης] "qui accedit. Laudatur" Valer. 5, 7, 1 Nec accessor gloriosae illius pompae, sed auctor spectatus est. Sed Accensor "coniicit Pighius:" Accessio "ex libris optimis Torren."

'''ACCESSIBILIS''', et e. Glossae Cyrilli εὐπρόσιτος "vertunt." Tertull. aduers. Praxean c. 15. Per accessibilem lucem.

'''ACCESSIBILITAS''', atis, f. Eiusdem Tertulliani est dicto loco: vt contraria [Immortalitatis] ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem.

'''ACCESSIVVS''', a, um. Gloss. Gr. Lat. [πρόσθετος.

'''ACCESSITO''', are, "frequentatiu." Gell. 18, 12 ex Catonis Origg. Eodem conuenae complures ex agro accessitauere.

'''ACCESSORIVM''', ii, "apud vulgus ICtorum, idem est quod" Accessio, "vbi vid."

'''ACCELEBRO''', are. Vestrum crebrius accelebrare consilium non piguerit Mart. Capella 9 p. 304.

'''ACCELERO''', as. [ἐπισπεύδω] "ex" Ad "et" Celero, "actiue et neutraliter legitur." [...]

'''ACCELERATIO''', onis. [ἐγκόνησις, ἔπειξις] "Festinatio, properatio." Auct. ad Herenn. 3 c. 13 Continuatio, est orationis enuntiandae acceleratio clamosa.

'''ACCENDO''', di, sum, ere, [ἅπτω, διαπυρόω, διακαίω] "ignem subiicio, cuius Verbum simplex" Cando "in vsu non est; est tamen cognatum" Candeo. [...]

'''ACCENDOR''', eris. "pass." [διαπυρόομαι] "Praeter ea, quae dedimus modo" n. 2. [...]

'''ACCENSVS [1]''', a, um, Partic. vt Accensa altaria [διακεκαυμένος] Sil. 1,... [...]

'''ACCENSVS [2]''', ûs [ἔκκαυσις] Lucernarum accensu Plin. 37, 7 "prout Hard. legere nos iubet. Conf." Symmach. 3, 48.

'''ACCENSIO''', onis. Vet. Gloss.

'''ACCENSIVNCVLA''', ae. [ἐπιληψία, ἡ νόσος] Vet. Gloss.

'''ACCENSOR''', oris. [βούλαρχος, εἰσαγωγεὺς] Val. Max. 5, 7, 1 "ex sententia Pighii, vbi tamen alii leg." Accessor: "Optime Torren." Accessio.

'''ACCENSIBILIS''', e. Vulgat. Hebr. 12, 18. [κεκαυμένον]

'''ACCENDIVM''', i. "Idem quod" Incendium. Solin. c. 5. ("al." 11.)

'''ACCENDONES''', Tertull. de Pall. c. vlt. "ex emendatione Salmasii, quum antea legeretur," Cerdones. "Ita vero lanistas appellat" Tertull. "qui gladiateres instigant."

'''ACCENSEO''', sui, sum, sere. [...]

'''ACCENSVS [3]''', a, um. [προσεπιγεγραμμένος] "Sed vix aliter quam substantiue occurrit." [...]

'''ACCENTO''', are. [τονίζω] Gloss. Gr. Lat.

'''ACCENTVS [1]''', "vid." ACCINO.

'''ACCEPSO [1]''', "vid." ACCIPIO.

ACCEPTILATIO, ACCEPTIO, ACCEPTO, ACCEPTOR, ACCEPTVS, "vid." ACCIPIO.

'''ACCERSIO''', iui, itum, ire. [μεταπέμπω] "Idem quod" Accersere, "Laudant" Plaut. Pseud. 1, 3, 92 Accersi hostias. [...]

'''ADVOCATIO''', onis. f. [συνηγορία, παρακέλευσις] "Aduocati officium, aut Patrocinium quod nobis affertur ab eo." [...]

'''ADVOCATOR''', oris. Deus diuitum aspernator, mendicorum aduocator Tertull. adu. Marcion. 4, 15. "i. vocat ad se mendicos."

'''ADVOCITARE''', Saepe aduocare. Festus.

'''ADVOLO''', are. [προσπέτεσθαι] Ad aliquid volare. [...]

'''ADVOLANS''', Gladiator nobilis apud Martial. 5, 25.

'''ADVOLITANS''', antis, ut, Noctua aduolitans praenuntia Prudent. in Symmach. 2, 573.

'''ADVOLATVS''', ûs. [ἐπίπτησις] Cic. Tusc. 2, 24 c. 10 Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus, "ex" Vet. Poeta.

'''ADVOLVO''', vi, utum, ere. [προσκυλέω] "Voluendo admouere." [...]

'''ADVORSEM''', al. ADVOSEM, Aduersarium, hostem. Festus. "Laudat hic Scaliger." Vet. Gloss. Aduores [ἐναντίοι, ἐπιβουλεύων.

'''ADVORSVM''', "pro" Aduersum, "et"

'''ADVORTO''', "pro" Aduerto: "Veteres scripsisse, testimonio sunt" Plauti "ac" Terentii "libri quique optimi, tum impressi, tum MSS."

'''ADVRGEO''', si, ere. [ἐπείγω] "Subinde, aut versus locum aliquem vrgere." Celsus 7, 12 Is qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus est. "De dentibus." Hor. Od. 1, 37, 17 [...]

'''ADVRO''', ssi, stum, ere. [ἐπικαίω] Vrendo "laedere, auferre etc." Cic. Tusc. 5, 77 c. 27 [...]

'''ADVRENS''', entis. Cels. 6, 8 Curare oportet medicamentis adurentibus.

'''ADVSTVS''', a, um. Ter. Ad. 3, 3, 72 Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum. [...]

'''ADVSTIO [1]''', onis. f. [ἐπίκαυσις] Plin. 14, 20 "de resinae et picis vitiis." [...]

'''ADVSQVE''', [μέχρι, ἄχρι] pro Vsque ad. Virg. Aen. 11, 262 Atrides Protei Menelaus adusque columnas Exulat. [...]

'''ADVSTIO [2]''', "vid." ADVRO.

== ADY ==

'''ADYLISVS''', [Ἀδύλισος] Mons est ad Thebas Boeotias, Plin. 4, 7.

'''ADYNAMON''', [ἀδύναμος] Plin. 14, 16 Ficticiorum ("vinorum") primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon, "i. Inualidum, cuius nempe vires aqua admixta, et coquendo fractae." [...]

'''ADYTVM''', ἄδυτον] "Interpretatur" Caes. Bell. Ciuil. 3, 105 Pergamique in occultis ac remotis templi, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quae Graeci [ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt. [...]

== ADZ ==

'''ADZELO''', are, "et"

'''ADZELOR''', ari. Tanto magis adzelabor eos super peccata sua Vulgat. 4 Esdr. 16, 49.

== AEA ==

'''AE [1]''', "in notis" Aedilis "est, vel" Aere.

'''AE [2]''', A. A. F. F. significant Aere, argento, auro, flando, feriundo. "Reliquas notas vide sub" AED.

'''AE [3]''', "Syllabam antiqui Graeca consuetudine per" AI "scribebant, vt" Musai, aulai, pictai: Festus. Quinctil. 1, 7, 18 Ai syllabam, cuius secundam nunc E ponimus, varie per A et I efferebant. [...]

'''AEA''', [Αἴα] "Nomen puellae venatricis, quae Phasidis fluuii amplexus fugiens deorum miseratione in sui nominis insulam versa est. De Insula, et vrbe fortassis" Valer. Flacc. 5, 51 [...]

'''AEACVS''', i. [Αἴακος] "Iouis ex Aegina" (Seruius in Aeneid. 6, 566 ex Europa) "filius, in Oenopia insula regnauit, quam de matris nomine Aeginam appellauit." [...]

'''AEACIDES''', ae. [Αἰακίδης] Aeaci filius vel nepos. Virg. Aen. 1, 103 Saeuus vbi Aeacidae telo iacet Hector, "h. e. Achillis, quem genuit Peleus Aeaci filius." [...]

'''AEACIDEIVS''', Adi. [Αἰακίδειος, Αἰακιδήιος] Ouid. Met. 7, 472 Oenopiam Minos petit Aeacideia regna, "h. e. Aeacidarum."

'''AEACIDINVS''', aliud Adi. Plaut. Asin. 2, 3, 25 Siquidem hercle Aeacidinis minis animisque expletus incedit. [...]

'''AEAEE''', es, siue AEAEA, ae. [Αἰαίη] "Insulae nomen:" Mela 2, 7 Circa Siciliam in Siculo freto est Aeaee, quam Calypso habitasse dicitur. [...]

'''AEAEVS''', a, um. Adiect. "quod Circae, item Calypso, vel Magicis" adeo "rebus a Circe tractatis additur." [...]

'''AEANTIVM''', Αἰαντεῖον, Αἴας "nempe est" Aiax] "Oppidum in Sigeo Troadis promontorio" a Rhodiis conditum in altero cornu: Aiace ibi sepulto XXX stadiorum interuallo a Sigeo, et ipso statione classis suae Plin. 5, 30. [...]

'''AEAS''', antis. [Αἴας] "Epiri fluuius, ex Macedonia profluens in Ionium mare." [...]

== AEB ==

'''AEBVRA''', ae. f. "Hispaniae oppidum iuxta Tagum." Liu. 40, 30 et 33.

== AED ==

'''AED.''', Aedes. [...]

'''AEDEMON''', onis. [Αἰδήμων] Ptolemaei libertus, qui patronum a C. Caesare interfectum vltus est. "vid." Plin. 5, 1.

'''AEDEPOL''', [νὴ τὸν πολυδεύκη] "Nam vt ait" Gell. 11, 6 Ius iurandum per Pollucem est, et viro et feminae commune. [...]

'''AEDES''', "vel" AEDIS, is. f. [οἶκος. Aedes, [αὐλαὶ, ναοὶ, Vet. Gloss. [αἶτος, i. e. [ἐνδιαίτημα, "vox Pindarica ap." Eustath. ad [Ιλ. p. 288, 44 [ἕδος, ἀνακτόριον] "Quidquid sit de origine, quam ab" aditu "arcessit" Varro de L. L. 4, 33 [...]

'''AEDICVLA''', Dimin. [ναισκάριον] Aedicula, sacellum Vet. Gloss. "Cellula in aedibus." [...]

'''AEDICILIVM''', ii. n. vt Domicilium. Plinio 13, 16 pr. "vbi legitur," In deliciis Circes cedrum inter odores vri, "Salmasius it restitutum in" Solin. p. 667, b, F. "Neglexit Harduinus."

'''AEDICVLVS''', "Deus, Domibus peculiariter praeerat. Nescio vnde acceptum tradit" Thomas. de donar. c. 8.

'''AEDIFICO''', aui, are. [δομεῖν, οἰκοδομεῖν] Quum sit proprie aedem facere, ponitur tamon pro omni genere constructionis Fest. [...]

'''AEDIFICANS''', antis. Nepos 2, 6, 2 Aedificantes prohibere.

'''AEDIFICATVRVS''', Cic. Verr. 4, 23 Id quod erat aedificaturus.

'''AEDIFICANDVS''', "Vid. modo" Aedificare Remp.

'''AEDIFICATVS''', a, um. vt, Carcer aedificatus Cic. pro Sylla 70 c. 25. Villa bona beneque aedificata Idem Off. 3 c. 13.

'''AEDIFICATIO''', onis. f. [οἰκοδόμησις] Cic. Att. 12,.. Aedificatio me non mouet. [...]

'''AEDIFICATIVNCVLA''', [οἰκοδωμίδιον] Parua aedificatio. Cic. Q. fratr. 3, 1, 2.

'''AEDIFICATOR''', oris. m. [οἰκοδόμος, τέκτων] "Qui aedificat, aut aedificauit." [...]

'''AEDIFEX''', icis. m. "Idem" qui Aedificator Tertull. de Idolol. cap. 12.

'''AEDIFICIALIS''', et e. Dictys Cret. 5, 12 Priamus ad aram Iouis ante aedificiale confugit, "i. Aedificium, Regiam."

'''AEDIFICATORIVS''', a, um. Idem, vt, Verbum aedificatorium mortis Tertull. de Carne Christi cap. 17. Idem de Anima cap. 47 Somnia prophetica, reuelatoria, Aedificatoria, vocatoria.

'''AEDIFICIVM''', ii. n. [οἰκοδόμημα, κτίσμα] Varr. de L. L. 4, 32 pr. [...]

'''AEDILIS''', is. m. [ἀγορανόμος, ἀστυνόμος] Aedilis, Qui aedes sacras et priuatas procurat Varr. de L. L. 4, 14 [...]

'''AEDILATVS''', dicebatur Aedilis dignitas; sicut Pontificatus, Magistratus. Festus. Vet. Gl. ἀστυνομία Aedilatus.

'''AEDILITAS''', [ἀγορανομία] "Aedilium magistratus." [...]

'''AEDILICIVS''', Adi. [ἀγορανομικὸς] Cic. Off. 2, 57 c. 16 [...]

'''AEDITIMVS''', [νεωκόρος, ζάκορος] Qui sacris aedibus praeest. [...]

'''AEDITVVS''', [ἱερόδουλος, νεωκόρος] "Idem" qui Aeditimus. [...]

'''AEDITVA''', ae. DORIDI ASINII GALLI AEDITVAE A DIANA, Inscript. ap. Fabrett. p. 722. Eius templi aeditua et antistes pudicitia est Tertull. de cult. Fem. 1.

'''AEDITVALIS''', e. Aeditualem legem scribere Tertull. de Pudic. c. 16.

'''AEDITVOR''', et AEDITIMOR, ari. [νεωκορεύω, ἱεροδουλεύω] "Aedem tueor." [...]

'''AEDITVENTES''', [ἱεροδουλεύοντες] "pro" Aedituis "dixit" Lucret. 6, 1271 [...]

'''AEDON''', onis. f. [ἀηδὼν] "Auis, quae et" Luscinia "et" Philomela "dicitur." [...]

'''AEDONIVS''', Adi. "Quod" Aedonis "est" Lucan. Paneg. ad Pison. v. 257 Sic et Aedonia superantur voce cicadae.

AEDON, AEDONVS, AEDONIS, "vid." EDON etc. "quomodo scribendum est."

'''AEDVI''', "vbi habitauerint intelligimus ex" Caes. B. G. 1, 10 [...]

== AEE ==

'''AEETA''', ae, "vel" AEETES, ae. [Αἰήτης] Non erat Aeetes ad quem despecta rediret Ouid. Epist. Hel. ad Par. 17, 231 [...]

'''AEETAEVS''', Adi. [Αἰήταιος] Catul. in Nupt. Pel. et Thet. 3 Phasidos ad fluctus, et fines Aeetaeos.

'''AEETIAS''', Aeetiadis. [Αἰητίας] "Medea Aeetae filia." Ouid. Met. 7, 9 Concipit interea validos Aeetias ignes.

'''AEETIS''', idis. [Αἰήτις] "eadem." Valer. Flacc. 6, 479? et pavor artus Protinus, atque ingens Aeetida perculit horror.

'''AEETIVS''', Adi. [Αἰήτιος] "ad Aeeten pertinens:" Valer. Flacc. 6, 542 [...]

== AEG ==

'''AEGA''', ae. "Nymphae nomen, quae ex Oleno Vulcani filio nata, Iouis nutrix fuisse fertur." [...]

'''AEGATES''', m. pl. "Insulae Maris Siculi e regione Lilybaei promontorii, ad quas praelio bellum Punicum primum fuit compositum" Sil. 1, 60 "de Hannib." [...]

'''AEGAE''', arum. "it." Aege, Aegaea, Aegia; "alias" Edessa "vel" Aedessa. [...]

'''AEGAEAE''', [Αἰγαῖαι] "Insulae Ioniae adiacentes, quae commemorantur" a Plin. 1, 31.

'''AEGAEON''', onis. [Αἰγαιὼν] "Gigas, Caeli et Terrae filius." [...]

'''AEGAEVM''', Mare, [Αἰγαῖον πέλαγος] "est Graeciam inter Asiamque amplum et multas habens insulas: vulgo hodie dicitur Archipelagus." [...]

'''AEGER''', aegra, aegrum. δύσθυμος, ἐπίλυπος, ἄῤῥωστος, νόσιμος] Festus, Aegrum ex Graeco [αἰάζω appellatur: a quibusdam putatur a voce doloris appellari, quae est [αἲ αἴ. [...]

'''AEGRESCO''', ere. [δυσθυμοῦμαι] "Aegriorem fieri, et proprie refertur ad animum." [...]

'''AEGRE''', Adu. [δυσκόλως] Virg. Georg. 3, 534 [...]

'''AEGREO''', ere. "Aegrum esse." Lucret. 3, 837 Morbis cum corporis aegret. "Sic enim legendum, non" aegrit, "ex deriuato" aegresco, "non" aegrisco, "contra Turnebum Aduers." 30, 10 "ostendit Vossius Etym." p. 10.

'''AEGRIMONIA''', ae. [δυσθυμία] "Sic ab" Aeger "factum, vt ab" Acer, Acrimonia; "idem significat quod" Aegritudo. [...]

'''AEGRITVDO''', inis. f. [κατήφεια] "Est" Animi aegri "affectio." [...]

'''AEGROR''', oris. "pro Aegritudine s. morbo" Lucret. 6, 1130 Venit pecubus balantibus aegror. Adde 1257.

'''AEGROTVS''', a, um. Denom. ab Aeger [αῤῥωστος, νόσιμος] Servius ad Virg. Ecl. 1, 13 "et alias." [...]

'''AEGROTO''', are. [νοσέω, ἀῤῥωστέω, ἀσθενέω, νοσηλεύομαι] Aegrum "vel" Aegrotum "esse." [...]

'''AEGROTATIO''', onis. f. [νόσημα, ἀῤῥώστημα] Ciceroni Tusc. 4, 28 est morbus cum imbecillitate. "vid." AEGRITVDO. [...]

'''AEGERIA''', "vid." EGERIA.

'''AEGESTA''', [Αἰγέστα] "it." EGESTA, Ciceroni Plinioque "est" SEGESTA, vbi "vid."

'''AEGEVS''', "dissyl." ei "vel" eos. [Αἰγεὺς] "Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit coniuges, quarum prima dicta est Aethra, filia Pithei regis, ex qua Theseum suscepit." [...]

'''AEGIDES''', [Αἰγείδης] dicitur Theseus filius Aegei. [...]

'''AEGIALE [1]''', es. f. [Αἰγιάλη] Diomedis Aetoliae regis vxor, quam post Troiae expugnationem in patriam reuersus, cum cognouisset cum Cyllabaro vel Comete Stheneli filio concubuisse, verecundia ductus domum noluit reuerti, vt scribit Seruius in Aen. 8, 9 "et" 11, 269. [...]

'''AEGIALE [2]''', "Antiquitus nuncupabatur Sicyon ab Aegialeo, qui autochthon seu indigena comparuit ibidem primus, sicuti memorant Sicyonii, et est a Pausania repetitum."

'''AEGIALEVS''', ei. m. Adrasti filius ex Demoanassa Argiuus: hic solus periit ex septem "(Epigonis)" qui exierant, "(ad patrum, qui ad Thebas perierant, mortes vlciscendas)" quia pater exsuperauerat, pro patre vicariam vitam dedit. [...]

'''AEGIALIA''', Insula est adiacens Aetoliae regioni, Plin. 4, 12.

'''AEGIALOS''', [Αἰγιαλὸς] "Latine dicitur Litus." [...]

'''AEGIALVS''', "Medeae frater," Iustin. 42, 3, 1 "Hunc alii Absyrtum vocant: qui cum Medeam persequeretur, ab ea dicitur interfectus." Aegialeus "vocatur ab aliis, et in Iustino Bongars. et Burm." Agialius.

'''AEGICHON''', Gramen Apul. de Herb. cap. 77.

'''AEGIDA''', Istriae oppidum. Plin. lib. 3. cap. 19.

'''AEGILA''', Insula quindecim millibus passuum distans a Cythera Plin. 4, 12.

'''AEGILODES''', Sinus Laconiae, Plin. 4, 5.

'''AEGILIVM''', Insulae nomen Plinio 3, 6 contra Cosanum litus sita.

'''AEGILOPS''', opis. [αἰγίλωψ] "Arboris glandiferae species." [...]

'''AEGILOPICVS''', Cathol. "qui Aegilope laborat."

'''AEGILOS''', Insula quae Latinis Capraria dicitur Plin. 3, 6.

'''AEGIMIVS''', "Nomen viri, qui annos vixit ducentos. Auctor Anacreon" Plin. 7, 48.

'''AEGIMORI''', Sunt contra Carthaginis sinum duo Scopuli verius quam Insulae: inter Siciliam maxime et Sardiniam Plin. 5, 7.

'''AEGINA''', ae. [Αἴγινα] "Asopi regis Boeotiae filia, cum qua Iupiter congressus genuit Aeacum et Rhadamanthum." [...]

'''AEGINETICVS''', a, um. Adi. [Αἰγινητικὸς] "Vnde" aes Aegineticum Plin. 34, 2 et 3 non quod Insula ipsa gigneret, sed quod ibi officinae praeclare temperarent. [...]

'''AEGINETA''', [Αἰγινήτης] "Ciuis Aeginae" Cic. Off. 3 c. 11. Athenienses sciuerunt, vt Aeginetis? pollices praeciderentur. Aeginetae fictoris "meminit" Plinius 35, 11.

'''AEGINIVM''', "Oppidum Macedoniae, in ea regione, quae appellatur Pieria." Plin. 4, 10.

'''AEGION''', [Αἴγιον] Suidae, Oppidum Achaiae proprie dictae, Plin. 4, 5.

'''AEGIPAN''', anos. [Αἰγίπαν] "Monstra et Semidei Africae, Panes cum caprinis pedibus." [...]

'''AEGIRA''', "Insula." Plin. 5, 31. [...]

'''AEGIS''', idis. [αἰγὶς] "quae proprie est caprina pellis, speciatim scutum Iouis significat de pelle caprae Amaltheae." [...]

'''AEGISONVS''', [αἰγίφωνος] Aegisonum pectus Palladis, Valer. Flac. 3, 88.

'''AEGISTHVS''', i. m. [Αἴγισθος] "Thyestis filius ex Pelopeia filia." [...]

'''AEGITHVS''', i. "Auis de qua" Plin. 10, 74 [...]

'''AEGIVM''', [Αἰγεῖον] "Oppidum Achaiae, quo in loco Iouem a capra nutritum ferunt, vnde oppido nomen Strabo lib. 8." Conuentum eo indictum "memorat" Liu. 38, 30.

'''AEGLE''', es. f. Αἴγλη "Quod alias splendorem significat"] "Nymphae nomen, Solis ex Neaera filiae." Virg. Ecl. 6, 21 Aegle Naiadum pulcherrima. "Fuit etiam" vna Hesperidum Aegle. Hygin. prooemio Fab.

'''AEGLES''', ae. m. "Nomen athletae cuiusdam Samii, qui quum mutus esset antea et elinguis, prae indignatione et cupiditate detegendi fraudem, repente loqui coepit." Gell. 5, 9. et Valer. Maxim. 1, 8, ext. 4.

'''AEGOCEPHALOS''', i. m. "Auis est liene omnino carens." Auctor post Aristotelem Plin. 11, 37 s. 80. "A Gaza ex re" Capriceps "vertitur."

'''AEGOCERAS''', atis. n. "Foenum Graecum." [...]

'''AEGOCEROS''', otis "vel" otos. m. "Latine dicitur" Capricornus, [αἰγόκερως] Lucr. 5, 614 [...]

'''AEGOLETHRON''', [αἰγόλεθρος] Herba est ab exitio, et iumentorum quidem, sed praecipue caprarum, appellata Aegolethron "etc." Plin. 21, 13 s. 44.

'''AEGOLIOS''', Vlula Plin. 10, 6. Aristot. Hist. An. 9, 17.

'''AEGON''', onis. m. "Nomen pastoris apud" Virg. Ecl. 3, 2 "quasi tu" Caprarium "dicas." [...]

'''AEGONYCHON''', i. "quasi tu" caprae vngulam "dicas: inter" Lithospermi "synonyma ponit" Plin. 27, 11 s. 74.

'''AEGOPHTHALMOS''', i. m. [αἰγόφθαλμος] "Gemma sic ab" oculi caprini "similitudine cognominata" Plin. 37, 11.

'''AEGOS''', [Αιγὸς] "i. e. Caprae" Flumen "in Chersonneso Thraciae," nau. fragio classis Atticae insigne Mela 2, 2. [...]

'''AEGOSTHENENSES''', Graeciae populi contributi Megarensibus Plin. 4, 7.

AEGRE, AEGRESCO, AEGRIMONIA, AEGRITVDO, AEGROTVS, AEGROTO, AEGROTATIO, "Vid." AEGER.

'''AEGVSA''', "vid." AETHVSA.

'''AEGYPSOS''', i. m. [Αἴγυψος] "Vrbs ad ripam Istri fluuii sita, nomen habens ab Aegypso Caspio conditore." Ouid. de Ponto, 1, 8, 11. et 4, 7, 21.

'''AEGYPTA''', "Ciceronis libertus: cuius idem meminit" Fam. 16, 15. Aegypta ad me venit. Et Att. 8, 15 Epistolas mihi tuas Aegypta reddidit.

'''AEGYPTILLA''', ae. "Gemma est, de qua" Plin. 37, 10. Isidor. 16, 11.

'''AEGYPTVS [1]''', et DANAVS, [Αἴγυπτος καὶ Δάναος] "Horum ponamus fabulam ex" Hygino f. 168 [...]

'''AEGYPTVS [2]''', [Αἴγυπτος] "vt vult" Mela 1, 9, 1 Asiae prima pars "quam ibi describit." [...]

'''AEGYPTIACVS''', a, um. Plin. 6, 28 Ad mare nostrum lituaque Aegyptiacum.

'''AEGYPTIACE''', Treb. Pol. in Zenobia, Loquebatur Aegyptiace.

'''AEGYPTINOS''', Aethiopas "interpretatur" Festus. "Vid. Scal."

'''AEGYPTIVS''', a, um. [Αἰγύπτιος] Sil. Ital. 13, 474 - - - Aegyptia tellus. [...]

'''AEGYS''', [Αἴγυς] Oppidum est Laconicae regionis apud Stephanum.

== AEL ==

'''AELIA''', "Gens plebeia Romae in qua" Paeti Tuberones, Ligures, Cati etc. [...]

'''AELIANVS''', a, um. Cic. de Cl. Or. 207 [...]

'''AELLO''',?Ἀελλὼ] "Nomen vnius Harpyiarum, quae tres esse finguntur," Aello, Ocypete et Celaeno. [...]

'''AELVRVS''', [Αἴλουρος] "Felis." Gell. 20, 7 [...]

== AEM ==

'''AEMATHIA''', "vid." EMATHIA.

'''AEMIDVS''', a, um. Aemidum, tumidum Festus, et Gloss. Isidori. "sc. a sanguine," [τῷ αἵματι, "impacto."

'''AEMILIVS''', a, um. "Gentis Romanae nomen, in qua" Barbulae, Lepidi, Mamerci et Mamercini, Paulli, Scauri. [...]

'''AEMILIANVS''', "Cognomen, si quis ex" Aemiliorum "gente in aliam se adoptandum daret," vt P. Cornelii Scipionis, "qui Paulli Aemilii filius erat" [...]

'''AEMON [1]''', "vid." HAEMON.

'''AEMON [2]''', "Nomen viri." Stat. Theb. 8, 498 Sterneret aduersos etiamnum Ismenius Aemon.

'''AEMONIA''', [Αἱμονία] "Regio Graeciae vulgatissimo nomine" Thessalia "dicta." [...]

'''AEMONIVS''', "quod tamen fere cum adspiratione hodie editur." [...]

'''AEMONIDES''', [Αἱμονίδης] "Nomen viri, non patronymicum, vt" Thucydides. [...]

'''AEMVLOR''', ari. [ζηλόω, ζηλοτυπέω] "Cum ardore quodam, et perturbatione animi imitari, et superare studere." [...]

'''AEMVLO''', are. "Antique actiua forma, Idem." Apul. Met. 1 p. 149 Patris tui virtutes aemulaueris.

'''AEMVLANS''', antis. Partic. [ζηλῶν] Quum sit aemulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem etc. [...]

'''AEMVLANTER''', Adu. Tertul. aduers. Haeret. cap. 40 Diabolus res tam aemulanter affectauit exprimere in negotiis idololatriae.

'''AEMVLANDVS''', a, um. [ζηλωθησόμενος] Plin. Epist. 5, 15 Vna diligimus, vna dileximus omnes fere, quos aetas nostra vtroque sexu aemulandos tulit.

'''AEMVLATVS''', ûs. m. [ζήλωμα] Idem quod Aemulatio. [...]

'''AEMVLATIO''', onis. f. [ζῆλος, ζηλοτυπία] Cic. Tusc. 4 c. 8 Aemulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, vt et in laude et in vitio nomen hoc sit. [...]

'''AEMVLAMENTVM''', i. n. Tertull. s. Cyprian. aduers. Marc. 4, 1 Quapropter merito nos aemulamenta locuti; "vbi perperam antepenultima corripitur."

'''AEMVLATOR''', oris. m. [ζηλωτὴς] "Qui aliquem aemulatur." Cic. Att. 2, 1 Quod Sicyonii te laedunt, Catoni et eius aemulatori attribuas Seruilio.

'''AEMVLVS''', [ζηλότυπος] "In quo est" aemulatio, "qui quocunque modo aemulatur." [...]

'''AEMVS''', siue HAEMVS, [Αἶμος] "Rex fuit Thraciae potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluuii filiam duxit vxorem." [...]

== AEN ==

'''AENARE''', [Αἰνάρη] "Insula est in Asia finitima Samo et Lesbo," Plin. 5, 31.

'''AENARIA''', ae. f. [Αἰναρία] "Insula in Puteolano sinu," Plin. 3, 6 s. 12

'''AENEA''', "Vrbs maritima Thessalonicae propinqua, vt intelligitur ex" Liu. 40, 4 Prosiciscuntur a Thessalonica Aeneam ad statutum sacrisicium, quod Aeneae conditori, cum magna ceremonia quotannis faciunt. [...]

'''AENEAS''', ae, m. [Αἰνείας] "Troianus, Anchisae et Veneris filius. Post excidium patriae, et longos errores in Italiam venisse Romani scriptores contendunt, et ab eius posteris Albae regnantibus origines Romanas repetunt." [...]

'''AENEADAE''', "Troiani Aeneae socii, deinde Romani, ab Aenea oriundi." [...]

'''AENEIDES''', ae. Patronym. [Αἰνεΐδης] Virg. Aen. 9, 653 Atque his ardentem dictis affatur Iulum, Sit satis Aeneide, telis impune Numanum Opetiisse tuis. [...]

'''AENEIS''', idos. [Αἰνηὶς] "Opus de rebus gestis Aeneae." [...]

'''AENEIDOMASTIX''', [Αἰνηϊδομάστιξ] Liber a Carbilio Pictore in Virgilium editus: quanquam non desint, qui eum a Maecenate suppositum afferant. [...]

'''AENEIVS''', a, um. [Αἰνήϊος] Adi. Virg. Aen. 7, 1 Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix Aeternam moriens samam Caieta dedisti. [...]

'''AENESI''', dicti sunt Comites Aeneae. Festus, "nescio quam bene."

'''AENEVS''', a, um. "Idem quod" Aereus [χάλκεος] Columel. 12, 20, 1 In coctura aeruginem remittunt aenea vasa. [...]

'''AENEATORES''', [σαλπικταὶ] "Tubicines, ab aenea tuba." [...]

'''AENEOBARBVS''', "vid." AHENOBARBVS.

'''AENEOLVM''', Quod ex aere fit dicimus. Festus. Aeneoli piscatores Petronii 73. "vt viris doctis placet, sunt sigilla piscatores referentia. Sed fluctuat lectio, certe circa" piscatores.

'''AENIGMA''', atis. n. [αἶνιγμα] Allegoria quae est obscurior, "Sic definit" Quinctil. 8, 6, 52. [...]

'''AENIGMATISTES''', ae. [αἰνιγματιστὴς] "Qui aenigmata componit, aut proponit." Sidon. Ep. 8, 16.

'''AENIGMATIZO''', Cathol. Per aenigmata loqui.

'''AENITOLOGIVM''', s. AENITTOLOGIVM, "Carminis genus" constat Dactylica et Iambica Penthemimeri, vt est hoc, Carmina bella magis vellem sonare. [...]

'''AENNA''', "vid." ENNA.

'''AENOBARBVS''', [χαλκοπώγων] "Vid." AHENOBARBVS.

'''AENOS''', Αἶνος] "Fabula. Graeci Grammatici a" [μύθῳ "distinguunt. Et ipsum" Aenigma "nomen inde ductum obscuriusculum quiddam significari monet." [...]

'''AENVLVM''', Vas ex aere paruum, Festus.

'''AÊNVS''', a, um. [χάλκεος] "i." Aeneus "vel" Aereus, "pro eo quod est" Ahenus "interdum scriptum inuenias." [...]

'''AÊNVM''', "siue" AENVM, i. n. "Idem quod" Ahenum, "siue Vas super focum pendens, vt aqua in eo calefiat."

== AEO ==

'''AEOLVS''', i. [Αἴολος] "Videntur huius nominis tres fuisse in Poetarum lectione notabiles, de quorum genealogia, vt fit, dissensio est." [...]

'''AEOLIS [1]''', idis. "vel" AEOLIA, "Primo fuit in Graecia propria, quae deinde fuit" Aetolia. [...]

'''AEOLES''', "vel" AEOLII, Aeolidis "vel" Aeoliae "tum Graecae tum Asiaticae incolae." [...]

'''AEOLICVS''', a, um. "Nobile apud Grammaticos" Digamma Aeolicum "de quo h. v." Quinctil. 1, 6, 31 Aeolicae rationi sermo Latinus est simillimus. Id. 8, 3, 59 Aeolica dicta, "i. verba dialecti Aeolicae."

'''AEOLIDES''', "Aeoli filius, nepos etc." [...]

'''AEOLIS [2]''', idis. "Aeoli filia, vel neptis. Sic vocatur" Halcyone Ouid. Met. 11, 574 Aeolis interea tantorum ignara malorum Dinumerat noctes.

'''AEOLIVS''', a, um. Adi. [Αἰόλιος] "ab Acolide regione." Hor. Carm. 4, 3, 12 Fingent Aeolio carmine nobilem. [...]

'''AEOLIPYLA''', ac. f. Vitruuius 1, 6 Fiunt Aeolipylae aereae, cauae. [...]

'''AEON''', onis. m. [αἰὼν] "Saeculum, mundus." Tertull. de Praescript. 49 Istum aeonem in defectionem factum. "Eadem vox ibidem occurrit et cap." 33, 34. [...]

== AEP ==

'''AEPHITIVS''', a, um. Adi. Stat. Theb. 4, 296 Aephitios idem ardor agros, "inter populos Arcadiae. Vid. leg." Aepytios. Αἰπύτιον τύμβον "in Arcadia commemorat" Homerus [Ιλ. Β, 604 [...]

'''AEPOLIVM''', ii. n. "Sarmatiae Europaeae vrbs, circa stuuios Tyram et Istrum. Vid." Plin. 4, 12.

'''AEPVLO''', Histrorum rex, qui oppido in quod confugerat, ab Romanis capto, traiecit serro pectus, ne viuus caperetur. Liu. 41, 15.

== AEQ ==

'''AEQVABILIS [1]''', "vid." AEQVVS.

'''AEQVAEVVS''', a, um. [ὁμῆλιξ] Aequi Aeui "i. eiusdem aetatis:" Plin. 16, 44 [...]

'''AEQVALIS [1]''', "vid." AEQVVS.

'''AEQVAMENTVM''', i. n. στάθμησις] Aequanda, "idem quod Aequilibrium." [Ἰσότης vet. Gloss. Amussis est aequamentum laeuigatum Non. 1, 28 Hostimentum est aequamentum. Ib. 11.

'''AEQVANIMVS''', a, um. [εὐγνώμων] "Animi aequi et sedati." Auson. Praef. ad Drepanium, de ludo septem sapientum, v. 3 [...]

'''AEQVANIMIS''', e. [εὐγνώμων] Onomast. vet.

'''AEQVANIMITAS''', atis. εὐγνωμοσύνη] "Animi aequitas." Plin. 18, 12 s. 31 "De lente Aegyptia" Inuenio apud auctores aequanimitatem fieri vescentibus ea. [Εὐθυμίαν "vocant in eadem re" Geopon. 2, 35. [...]

'''AEQVANIMITER''', [εὐγνωμόνως] "Moderate, patienter, aequo animo." Macrob. Saturn. 2, 4. Ammian. 19, 21. Sulp. Seuer. Dialog. 1, 14 (Vorst. 21) Tertull. de Pat. c. 8 "et" 9.

'''AEQVATIO [1]''', "Vid." AEQVO, as, "sub" AEQVVS.

'''AEQVATOR''', oris. m. [ἰσημερινὸς] "Circulus vulgo, quem" Aequinoctialem "vocat" Plinius. "Vid. mox" AEQVIDIES.

'''AEQVE [1]''', "vid." AEQVVS.

'''AEQVI''', [Αἴκουϊ] "Populi in Latio, certe commixti Latinis et Volscis." Liu. 1, 9 [...]

'''AEQVICOLAE''', "Iidem." Liu. 1, 32 Ius ab antiqua gente, Aequicolis, quod nunc Fetiales habent, descripsit. "Et" 10, 13 Carseolos colonia in agrum Aequicolarum deducta.

'''AEQVICOLI''', "vel" AEQVICVLI, "Eadem gens, Poetis praesertim" [Αἰκουϊκλοὶ] Virg. Aen. 7, 746 [...]

'''AEQVICVLANI''', "Iidem." Plin. 3, 12 "qui etiam" ibidem Aequicolos "vocat."

'''AEQVICRVRIVS''', a, um. Angulus aequicrurius Mart. cap. 6 p. 230 "i. Isosceles."

'''AEQVIDICVS''', a, um. Versus aequidici, qui singulis propositionibus ἀντιθέτους apparant dictiones, vt, "Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur." [...]

'''AEQVIDIES''', ei. [ἰσημερία] "Ea forma, qua" Aequinoctium "dicimus." Archithrenius I. Neustrii lib. 8 cap. 9. [...]

'''AEQVIDIALE''', is. [ἰσημερινὸν, ἰσήμερον] Festus, Aequidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus Aequinoctiale: quia nox diei potius, quam dies nocti annumerari debet. [...]

'''AEQVIDISTANS''', antis. [παράλληλος] Ordines aequidistantes Aggen. Vrb. p. 53. Circuli paralleli, aequidistantes Latine Mart. Capell. 8 p. 276.

'''AEQVIFORMIS''', e. "vt" Versus aequiformes, qui non composita, sed simplici figura ostentantur, vt, "Vrbe fuit media Laurentis regia Pici." Nusquam enim hic duae partes orationis nectuntur. Diomedes p. 498.

'''AEQVILANIVM''', "vid." AEQVILAVIVM.

'''AEQVILANX''', ancis. Fulgent. de Cont. Virg. Tunc demum trutina aequilance ponderatur ac disponitur.

'''AEQVILATATIO''', onis. f. [ἰσοπλάτυνσις] "Nomen duriuscule compositum ex" Aequo "et" Latum: "quasi Aequalium linearum secundum latitudinem productio." [...]

'''AEQVILATERVS''', a, um. Adi. [ἰσόπλευρος] ab Aequalitate laterum. Firmicus 2, 11 Quum aequilateri trianguli figura, in semet aequa sit et conueniens. Species aequilatera Mart. Capell. 6 p. 230.

'''AEQVILATERALIS''', "Idem." Censorin. cap. 8.

'''AEQVILATVS''', eris. c. "Idem," Auson. Eidyll. 11, 51 Per trinas species trigonorum regula currit, Aequilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

'''AEQVILAVIVM''', Aequilauium, significat ex toto dimidium: dictum a lauatione lanae, quae dicitur aequilauio redire, quum dimidium decidit sordibus. [...]

'''AEQVILIBRATVS''', a, um. Aequilibrato impetu ferebatur Tertull. adu. Hermogen. c. 41.

'''AEQVILIBRIVM''', ii, n. [ἰσοῤῥωπία, ἰσομοιρία, ἰσοσταθμία] Gloss. Vet. [...]

'''AEQVILIBRIS''', e. ἰσόῤῥοπος Vet. Glossar. [ἰσοτάλαντος] Vitruu. 5, 12 [...]

'''AEQVILIBRITAS''', atis. Cic. de Nat. Deor. 1, 109 c. 39 [...]

'''AEQVILOTIVM''', "Idem quod" Aequilauium Vet. Gloss.

'''AEQVIMANVS''', i. m. [ἀμφιδέξιος] Isidorus 10. lit. A. [...]

'''AEQVIMELIVM''', "vel" AEQVIMAELIVM, ii. n. "Locus Romae vbi domus Sp." [...]

'''AEQVIMENTVM''', i. Nonius 2, 9 [...]

'''AEQVINOCTIVM''', ii. n. [ἰσημερία] "quasi Noctis cum die aequalitas." [...]

'''AEQVINOCTIALIS''', e. [ἰσημερινὸς] Quod ad aequinoctium pertinet: Plin. 2, 75 [...]

'''AEQVIPAR''', aris. Adi. Auson. in Monosyll. v. 113 Bissenas partes quis continet aequipares? As. "i. Aequales." Certare gloria aequipari Sidon. Ep. 8, 6.

'''AEQVIPARO''', are. [ἰσόω] "(non desunt qui" Aequipero "scribant) Aequare, et quasi" aeque parem vel esse, vel dicere, vel facere. Virg. Ecl. 5, 48 [...]

'''AEQVIPARATIO''', onis. f. [ἴσωσις] Gell. 14, 3 Aequiparatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter sese consimilium. Id. 5, 5.

'''AEQVIPARABILIS''', e. [ἰσωτέος] "Aequari vel Comparari cum aliquo dignum." [...]

'''AEQVIPARANTIA''', ae. f. "Idem quod" Aequiparatio. Peruenire in aemulas aequiparantias Tertull. adu. Valent. c. 16.

'''AEQVIPEDVS''', a, um. Aequipedum trigonum Apul. de Dogm. Plat. p. 5. "i. isosceles s. aequicrurium."

'''AEQVIPOLLEO''', ere. [ἰσοδυναμέω] "Aequiualere significat, h. e." Aeque pollere, "et viribus parem esse."

'''AEQVIPOLLENS''', entis. Apul. de Syllog. Cat. p. 36. "Add." de Doctr. Plat. 3 p. 39.

'''AEQVIPOLLENTIA''', [ἰσοδυναμία] Aequiualentia "Dialecticorum est."

'''AEQVIPONDIVM''', ii. n. [σάκωμα] "Ponderis aequalitas." Vitruu. 10, 8 Aquipondium in alteram partem scapi "(in statera)" per puncta vagando "etc. Idem" sacoma "vocat" 9, 3 pr.

'''AEQVITERNVS''', Tria simul aequiterna Claud. Mamert. 2, 4. Idem 2, 8.

'''AEQVIVALERE''', [ἰσοῤῥοπεῖν] "Idem, quod Aequiparare." Auctor libelli de Philomela 5 Nam quamuis aliae volucres modulamina tentent, Nulla potest modulis aequiualere tuis.

AEQVITAS, AEQVITER. "Vid." AEQVVS.

'''AEQVIVOCVS''', [ὁμώνυμος] Isid. 2, 26 Aequiuoca sunt, quando multarum rerum nomen vnum est, sed non eadem definitio, vt "Leo: etc."

'''AEQVOR''', oris. n. [ὁμαλότης, πέλαγος] "proprie Aequalitatem et planitiem significat. v. g." Ventris aequor ne irrugetur Gell. 12, 1. "Sic" Lucr. 3, 905 In summo aequore saxi, "i. marmore polito." [...]

'''AEQVOREVS''', a, um. Adi. [πελάγιος] "Quod ad aequor pertinet." Columel. 10, 200 Nunc pater aequoreus, nunc et regnator aquarum. Oceanum "et Neptunum significat." [...]

'''AEQVVS''', a, um. Adi. [ὁμαλὸς, δίκαιος, ἴσος] "De corporum formis dicitur, vbi nihil eminet." [...]

'''AEQVE [2]''', Adu. [ἴσως] "Idem fere quod aequaliter, aut Tam, vel Adeo." [...]

'''AEQVITER''', [ἐπίσης] Adu. pro Aeque.

'''AEQVITVS''', "Aduerbium, factum ad normam" primitus "et" planitus Plinio "tribui voluit Gronouius Diatr. ad Stat." c. 32 p. 9.

'''AEQVITAS''', atis. f. [ἐπιείκεια] Donatus ad Ter. Ad. 1, 1, 26 Inter ius et aequitatem, hoc interest. [...]

'''AEQVABILIS [2]''', e. [ἴσος, ἄρτιος] "Compositam aequalitatem inter plura, vel rationem s. relationem aequalem, proportionemque adeo indicat." [...]

'''AEQVABILITAS''', atis. f. Denom. [ἰσότης, ἰσομοιρία] "Aequalitas rationis, tenor quidam aequitatis." [...]

'''AEQVABILITER''', Adu. [ἐπίσης] "Aequaliter cum quadam continuatione." [...]

'''AEQVALIS [2]''', e. [ἴσος, ἔπισος, ἄρτιος, ἀτάλαντος] "Aequam et parem quantitatem notat, et in hoc differt a simili, quod ad qualitatem refertur." [...]

'''AEQVALITAS''', atis. f. [ἰσότης] "Paritas, quantitas eadem." [...]

'''AEQVALITER''', Adu. quantitatis. [ἐπίσης] Frumentum ciuitatibus aequaliter distributum Cic. Verr. 5 c. 70. [...]

'''AEQVO''', are. [ὁμαλίζω, ἐξομαλίζω, ἰσόω] "Aequum, siue Aequale vel re vel verbis facere, complanare." [...]

'''AEQVANS''', ntis. Vellera nebulas aequantia, "vestes e lana subtilissimae" Ouid. Met. 6, 21. Aequantem superos emeruisse virum Id. Trist. 4, 8, 52.

'''AEQVATVS''', Partic. [ἰσωθεὶς] Virg. Aen. 5, 844 Aequatae spirant aurae. [...]

'''AEQVATIO [2]''', onis. f. "Aequandi actus aut Aequalitas adeo." [...]

== AER ==

'''AER''', aeris. m. [ἀὴρ] "Elementum spirabile," circumfusus nobis Spiritus, "vt vocat" Quinct. 12, 11, 13. [...]

'''AERIVS''', a, um. [ἀέριος] "vel" AEREVS, "quod in aere est vel fit etc." Cic. in Topic. [...]

'''AERIA''', ae, f. Dea Iuno ab aeris regno nuncupata. Mart. Capell. 2. p. 38. "2 Antiquum" Aegypti "nomen" Gell. 14, 6. "Vid." AEGYPTVS.

'''AERINVS [1]''', Adi. Caeruleus, vergens in aerium colorem. "Vt," Aues aerinae Tertull. de Habitu Mulier. cap. 8. "Vid." Salmas. Exerc. Plin. p. 399. 770.

'''AERIPES [1]''', edis. Adi. [ἀερόπους] "significare volunt Celerem, quasi aerios pedes babentem, h. e. leues. Sic certe" Seruius "interpretatur" Virg. Aen. 6, 803 Fixerit aeripedem ceruam licet. [...]

'''AERA [1]''', ae. [αἶρα] "Herba inimica segetibus, de qua sic Plinius" 18, 17 Est herba quae cicer enecat et eruum, circumligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo aera. [...]

'''AERINVS [2]''', Adi. [αἴρινος] "Loliaceus, ab" Aera. Plin. 22, 25 Aerina farina magis caeteris purgat vlcera vetera. Idem 21, 19 Panis vero cum melle et aerinea farina. Sic Hermolaus Auenae farina.

'''AERANTHEMIS''', "vid." ANTHEMIS.

'''AERARIVM [1]''', "Et caetera id genus, Vid." AES, aeris.

'''AERENERVI''', "Vox monstrosa, quae profertur ex" Iulio Firmic. 6, 31. Musicos faciunt, qui lyrae vel harenarios, vel aereneruos dulci modulatione percutiant. [...]

AEREVS, et AERIPES. "Vid." AER.

'''AERIDES''', [αἴριδες] Gemmae sunt e Beryllorum genere Plin. 37, 5.

'''AERIZVSA''', ae. "Iaspis aerii coloris." [...]

'''AERO [1]''', onis. m. "Sic certe melius, quam" ero "vel" hero, quae Barbarae aetatis sunt. [...]

'''AEROIDES''', s. Pluras. Gemmae, smaragdi species Plin. 37, 5.

'''AEROMANTIA''', [ἀερομαντεία] Diuinatio ex aere Isidor. 8, 9.

'''AEROPE''', es. [Ἀερόπη] "Atrei vxor, a Thyeste adulterio corrupta." Ouid. Trist. 2, 391 Si non Aeropen frater sceleratus amasset, Auersos Solis non legeremus equos.

'''AEROPETES''', [ἀεροπετὴς] "Quo titulo sextum suum librum, quo de volatilium condimentis agit, inscripsit" Apicius.

'''AEROPHAGIA''', ae. Per contumeliam aerophagiae Petron. c. 56 "forte esus auicularum; alii aliter, vid. Burm."

'''AEROPHOBVS''', i. [ἀερόφοβος] Aerophobos similes esse aiunt phreneticis Cael. Aurel. Acut. 3, 12. "Conficta vox ad similitudinem" Hydrophoborum.

'''AERVCA''', ae. Vitruu. 7, 12 pr. De cerussa aerugineque, quam nostri aerucam vocant, non est alienum, quemadmodum comparetur dicere.

'''AERVGO''', inis. f. [ἰὸς χαλκοῦ] "Rubigo in aere, ve Ferrugo in ferro." [...]

'''AERVGINO''', are. "Aerugine corrumpi" Vulg. Int. Iac. 5, 3 Aurum et argentum vestrum aeruginauit. Habet et Fulg. Ep. ad Ven. et Saluian. de Auar. 1 p. 31.

'''AERVGINOSVS''', a, um. Adi. "Aeruginis plenus." Sen. de Breu. Vitae cap. 12 Maiorem dierum partem aeruginosis lamellis consumit.

'''AERVMNA''', ae. f. [ταλαιπορία] Labor onerosus. [...]

'''AERVMNO''', are. Cathol.

'''AERVMNALIS''', Adi. [ταλαίπωρος] "Laudatur" Apuleius Met. 1 pr. Mox in vrbe Latia aduena studiorum Quiritium indigenum sermonem aerumnali labore aggressus nullo magistro praeeunte excolui. [...]

'''AERVMNABILIS''', e. "Aerumnis plenus." [...]

'''AERVMNOSVS''', a, um. "Idem" Cic. Tusc. 4, 82 At eos, qui se aegritudini dediderunt, miseros afflictos, aerumnosos, calamitosos. Nihil est aerumnosius Sen. de Ira 2, 7. [...]

'''AERVMNATVS''', "Forma participii quasi a verbo" Aerumno, "quod in" Catholico "laudatum est, profertur ex" Plaut. Capt. 3, 4, 108 [...]

'''AERVMNVLA''', ae. Dimin. Plautus apud Fest. refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant, quarum vsum quia C. Marius retulit, MVLI MARIANI postea appellabantur. [...]

'''AERVSCO [1]''', "vid. inter deriuata ab" AES.

== AES ==

'''AES''', acris. n. [χαλκὸς] "Genus est metalli, cui describendo librum" 34 "a principio inde impendit Plinius." [...]

'''AERA [2]''', ae. ''Vid. supra'' s. 1.

'''AERAMEN''', inis. n. ''Idem quod'' Aes. Commodianus Instruct [...]

'''AERAMENTVM''', i. n. Denom. χάλκωμα Gloss.] "Sunt autem" Aeramenta, "Opera ex aere facta, quemadmodum" Ferramenta "ex ferro." Plin. 35, 15 In reliquo vsu aeramentis illinitur. [...]

'''AERARIA''', ae. "Locus in quo aes effoditur, vt" Auraria, Ferraria Plin. 34, 13. Varr. L. L. 7, 33. "Est ex Adiectiuo" Aerarius, "int." Officina.

'''AERARIVM [2]''', ii. n. [δημόσιον, ταμεῖον] "Q." d. Aerarium "penu." [...]

'''AERARIVS [1]''', ii. m. [χαλκεὺς] "Qui aerea opera fabricatur." [...]

'''AERARIVS [2]''', a, um. "Quod ad aes pertinet." [...]

'''AERATVS''', a, um. [χαλκωτὸς] "Quod aere tectum est: vt" Auratus "ab" Auro. [...]

'''AEREVS''', a, um. [χάλκεος] "Quod ex aere factum est: quod" Ahenum "etiam dictum est." [...]

'''AERICANVS''', "Idem quod" Aerisonus Cathol. Gloss.

'''AEREI''', "Subst. numi aerei." Aerei signati Vitruu. 3, 1.

'''AERIFER''', Adi. [χαλκοφόρος] "i." Aes ferens. Ouid. Fast. 3, 740. Iamque erat ad Rhodopen, Pangaeaque flumina ventum: Aeriferae coinitum concrepuere manus, "i." Crepitacula aerea ferentes.

'''AERIFEX''', icis. m. [χαλκότυπος] Gloss. Gr. Lat.

'''AERIFICE''', Adu. Nihil sunt Musae policis vestri, quas aerifice duxti Varr. ap. Non. 4, 30. [...]

'''AERIFICIVM''', [χαλκούργημα] Dictum quod sit ex aere. [...]

'''AERIFODINA''', ae. f. Varro. de L. L. 4, 1.

'''AERILAVINA''', "vel" AERELAVINA, "Verbum confictum, ad eludendos, si qui nimium etymologiae tribuant." [...]

'''AERINEVS''', a, um. "Hinc per Syncopen factam esse vocem, Aeneus, censet Vossius Etymolog." p. 12.

'''AERIPES [2]''', edis. [χαλκόπους] "Aereos vel Aeratos pedes babens, quo celeritatem significare volunt Poetae, Drakenb." Sil. 3, 39. "Sed et de robore poterit intelligi. Vid." AERIPES, "sub" AER.

'''AERESCRIPTVRA''', ae. "Forma agri in aenea tabula descripta." Aggen. Vrb. p. 54 "bis."

'''AERISONVS''', Adi. [χαλκόφωνος] "Vt" Antra, Curetum aerisona Sil. 2, 93. [...]

'''AERO [2]''', are. [χαλκόω] "Aere munio vel" orno. [...]

'''AEROSVS''', a, um. [χαλκώδος] Festus, Aerosam appellauerunt antiqui Cyprum, quod in ea plurimum aeris nascatur. [...]

'''AERVSCO [2]''', are. "Aera, sc. numos quibuscunque artibus aucupari, ac colligere." [...]

'''AERVSCATOR''', oris, m. "Mendicabulum vagum, sed proprie de praestigiarum artificibus dicebatur." [...]

'''AESCVLOR [1]''', ari. [χαλκολογῶ] Vet. Gloss. "idem cum" Aerusco.

'''AESCVLATOR [1]''', oris. [χαλκολόγος,] Numularius Vet. Gloss.

'''AESCVLANVS [1]''', "vid. mox ante" AESCVLAPIVM.

'''AESACVS''', [Αἴσακος] "Priami ex Alexirrhoe nympha filius, quum amore Hesperies nymphae Cebrenii fluuii filiae captus, eam fugientem persequeretur, illa a serpente in pede icta interiit: tantoque dolore Aesacum affecit, vt moriturus e scopulo se in mare praecipitarit." [...]

'''AESALON''', i. [αἰσαλὼν] "Genus accipitris apud" Plin. 10, 8 Aesalona Graeci vocant, qui solus omni tempore apparet: caeteri hieme abeunt. [...]

'''AESAPIVS''', Adi. [Αἰσάπιος] Valer. Flac. 3, 420. Ampycides petit aduersis Aesapia siluis Flumina [...]

'''AESAR''', aris. [Αἴσαρ] "Fluuius in Calabria apud Crotonem." [...]

'''AESAREVS''', a, um, "a flumine" Aesare. Ouid. Met. 15, 54 Inuenit Aesarei fatalia fluminis ora.

'''AESCHINES''', inis, m. [Αἰσχίνης] Atheniensis orator, Demosthenis aemulus: "passim laudatus etiam nostris, v. g." Plin. 7, 30. [...]

'''AESCHRIO''', onis. "Nomen hominis Syracusani, in Herbitensibus decumis publicani, cui vxor fuit Pippa Verri adamata." Cic. Verr. 2 c. 14 "etc."

'''AESCHYLVS''', [Αἰσχύλος] "Poetatragicus Atheniensis." [...]

'''AESCHYLEVS''', Adi. [Αἰσχύλιος] Propert. 2, 34, 41 Desine et Aeschyleo componere verba cothurno. "Sed Brouckhusius, apud quem est" 2, 25, 41 Desine Achilleo.

'''AESCHYNOMENE''', es. [Αἰσχυνομένη] Herba est, Plinio ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahit. "vid." 24, 17.

'''AESCVLANVS [2]''', et ARGENTINVS, "Dii, Aeris et Argenti:" Augustin. [...]

'''AESCVLAPIVS''', [Αἰσκληπιὸς] "Apollinis ex Coronide nympha filius, et idem medicinae deus habitus." [...]

'''AESCVLATOR [2]''', "vid. sub" AES.

'''AESCVLVS''', i. f. [πλατύφυλλος] Arbor glandifera, Plin. 16, 6. [...]

'''AESCVLETVM''', i. n. [πλατυφύλλον] Locus aesculis consitus. Hor. Carm. 1, 22, 14 Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit aesculetis.

'''AESCVLEVS''', Adi. [πλατυφύλλινος] Palladius 1, 9. Deinde vt axes quernae cum aesculeis non misceantur. Ouid. Met. 1, 449? aesculeae capiebat frondis honorem.

'''AESCVLINVS''', Adi. Idem. Axes aesculini Vitruu. 7, 1.

'''AESCVLOR [2]''', "vid. sub" AES.

'''AESERNIA''', "Oppidum in Samnio" Cic. ad Pompeium sub Att. 8, 11. "Hinc"

'''AESERNINVS''', [Αἰσερνῖνος] Gladiator, qui cum altero non minoris famae gladiatore Pacidiano commissus, locum prouerbio fecit, Aeserninus cum Pacidiano; "Fundus est" Lucill. ap. Non. 4, 424 [...]

'''AESIS''', [Αἴσις] vulgo ESINO et FIVMESINO, "Vmbriae fluvius in Italia." Plin. 11, 42 Caseum Aesinatem ex Vmbria mitti tradit. "Add." Sil. 8, 446 sq.

'''AESON''', onis. [Αἴσων] "Cretheus Aeoli filius Aesonem genuit ex Tyro Salmonei fratris sui filia: Aeson vero Iasonem: cuius rogatu Medea Aesonem in aheno recoctum pristinae iuuentuti restituit." [...]

'''AESONIDES''', ae. [Αἰσονίδης] "Iason, Aesonis filius." Ouid. Met. 7, 60. "It."

'''AESONIVS''', [Αἰσόνιος] Ouid. Epist. 12, 134 Ausus es Aesonia dicere cede domo. "Etiam pro patronymico ponitur." Ouid. Met. 7, 156? et auro Heros Aesonius potitur, "i. Iason Aesonides."

'''AESOPVS''', [Αἴσωπος] "Fabularum ille auctor nobilissimus." [...]

'''AESOPEVS''', et AESOPIVS, Adi. [Αἰσώπειος] Sen. de Cons. ad Poly. 17 [...]

'''AESQVILIAE''', "vid." EXQVILIAE.

'''AESTAS''', [θέρος] "Secunda ex quatuor anni partibus: olim tamen pars anni dimidia." [...]

'''AESTATVLA''', ae. " Diminut." Cathol.

'''AESTIVVS''', Adi. [θερινὸς] "Quod" aestatis "est, licet ab" Aestus, "non ab" Aestas "formatum sit." [...]

'''AESTIVA''', orum. pl. tantum. [θερινὰ] "Loca sunt, in quibus armenta et greges, et milites" aestiuant: "sicut" Hiberna, "in quibus" hibernant. [...]

'''AESTIVE''', Adu. Plaut. Men. 2, 1, 29 Cum inspicio Marsupium, viaticati admodum aestiue sumus, "i. Tenuiter admodum et parce, quia per aestatem iter facientibus paucioribus opus est. vid." Turneb. 18, 15.

'''AESTIVALIS''', e. "Idem quod Aestiuus" Hyg. Astr. 3, 24.

'''AESTIVO''', are. "Ad aestum vitandum alicubi morari." Plin. 12, 5 [...]

'''AESTIVATIO''', onis. "Commoratio in aestiuis locis."

'''AESTIVARIVM''', i. n. "Idem quod" Aestiua. Varr. R. R. 3, 17, 8 Hac incuria laborare aiebat M. Lucullum Hortensius, et piscinas eius despiciebat, quod aestiuaria idonea non haberet. [...]

'''AESTIMO''', ("quod antiquis fere placuit, vt" Optumus, Maxumus) are. [τιμᾷν] "Idem quod" perpendo, trutino "esse videtur, nomine ab" aere "ducto, pretio rerum caeterarum." [...]

'''AESTIMANDVS''', Quinctil. 8, 4, 24 Ex instrumento quoque illorum heroum magnitudo aestimanda nobis datur [...]

'''AESTIMANS''', antis. Partic. Caesar. Bell. Ciuil. 3, 1 Perinde aestimans, ac si vsus esset. "Add." Terent. Hec. 1, 2, 88.

'''AESTIMOR''', aris. pass. Caes. Bell. Gall. 7, 14 [...]

'''AESTIMATVS''', ûs. Aestimatu aetatis Macrob. Sat. 1, 16. In aestimatu est mel e thymo Plin. 11, 15.

'''AESTIMATORIVS''', Adi. [τιμητικὸς] "Vt" Actio aestimatoria, "de qua est" titulus Dig. 19, 3 [...]

'''AESTIMATOR''', oris. m. [τιμητὴς] "Qui aestimat, considerat, iudicat." [...]

'''AESTIMATIO''', onis. f. [τίμημα, τίμησις, διατίμησις] "Consideratio, et Perpensio." [...]

'''AESTIMABILIS''', e. [τιμητὸς] "Quod aestimari potest vel debet, quod in aliquo pretio est. Quod nullo pretio potest aestimari." [...]

'''AESTIMIA''', ae. f. "Obsol." Aestimias Festus exponit aestimationes: "et in XII Tabulis" Aeris aestimiam praedicato.

'''AESTIMIVM''', ii. n. Hyginus de Lim. p. 152. Ed. Goes. Possessiones pro Aestimio vbertatis assignatae. "Saepius etiam apud" Frontin. de Colon. "occurrit."

AESTVARIVM, AESTVO, "vid." AESTVS.

'''AESTVS''', ûs. m. [καύσων, πνίγος, βρασμὸς, κλύδων] "Cum ipsum calorem vehementiorem, tum qui motus a calore excitantur, aut his sunt similes, significat." [...]

'''AESTVARIVM''', ii. n. Festus, Aestuaria sunt omnia, qua mare vicissim tum accedit, tum recedit. [...]

'''AESTVO''', are. [καυσόομαι, κυμαίνω] "Aestu feruere, et quasi Calorem conceptum motu quodam alterno exspirare." [...]

'''AESTVANS''', antis. Partic. [κυμαίνων] Aestimantur purgamenta aestuantis freti pretio, quod libido constituit Curt. 8, 9, 19. [...]

'''AESTVABVNDVS''', Adi. Idem. Pallad. Oct. 17, 2 Aestuabunda confectio, "i. mistura quarundam rerum efferuescens."

'''AESTVATIO''', onis. f. [κύμανσις] Plin. 18, 1 [...]

'''AESTVOSVS''', Adi. [πνιγώδης, καυσώδης, βρασμώδης,] quod aestu, "i. calore plenum est." Columel. 11, 2, 53 [...]

'''AESTVOSE''', Adu. Plaut. Bacch. 3, 3, 67 [...]

'''AESTIFER''', era, erum. [πνιγοφόρος, καυματοφόρος] Virg. Georg. 2, 353 [...]

== AET ==

'''AETA''', "Colchorum rex, Medeae et Absyrti pater. vid." AEETA.

'''AETAS''', atis. f. [ἡλικία] "ab" Aeuo "deducitur, quasi" Aeuitas. [...]

'''AETATEM''', "Adu. temporis vocant." [...]

'''AETATVLA''', Dimin. [ἡλικίδιον] "Tenerior puerorum aetas," Cic. de Fin. 5, 55 c. 20 [...]

'''AETERNVS''', a, um. Adi. [ἀΐδιος, αἰώνιος, ἀθάνατος] ''Quasi'' Aeuiternus, ''teste'' Varrone, de L. L. 5, 2. [...]

'''AETERNIOR''', oris. ''Compar.'' Plin. 14, 1 Nec est ligno vlli aeternior natura. ''Pro Durabilior, et minus corruptibilis. Idem de'' Cedro, Nullum aeternius lignum.

'''AETERNALIS''', e. ''Idem.'' Tertull. adu. Iudaeos, cap. 6

'''AETERNABILIS''', e. Idem. In Theod. Cod. aliquoties, ''vt.'' L. 3 de Collat. Donat. Possess. excepta aeternabili Vrbe. Accius ''apud'' Non. 7, 64 Aeternabilem diuitiam partissent. [...]

'''AETERNITAS''', atis. f. [ἀϊδιότης] ''Tempus fine carens.'' [...]

'''AETERNO [1]''', are. [ἀϊδιόω, ἀποθανατίζω] "Aeternum et immortalem facere." [...]

'''AETERNO [2]''', Adu. [ἀϊδίως] Idem quod Aeternum. Plin. 2, 107 Viret aeterno hunc fontem igneum contexens fraxinus.

'''AETERNVM''', Adu. "pro Semper." Virg. Aen. 6, 617. Idem Georg. 2, 400 - - - glebaque versis Aeternum frangenda bidentibus. "i." Perpetuo, semper. Seru.

'''AETHALIDES''', ae. m. [Αἰθαλίδης] "(i. Fuliginosus) Praeco, Mercurii filius, inter viuos modo, modo inter mortuos existens." [...]

'''AETHALVS''', i. m. "Vuarum genus fuliginosum in Aegypto" Plin. 14, 7 "Harduinus coniicit legendum" Euthalum.

'''AETHER''', eris. m. sine Pl. [αἰθὴρ] Apul. de Mundo p. 57, 29 [...]

'''AETHRA [1]''', ae. [αἴθρη] "Pro Aethere vel Aere: poeticum est." [...]

'''AETHEREVS''', siue AETHERIVS, "quod propius ad Graecum fontem est." [αἰθέριος] Virg. Aen. 8, 319 [...]

'''AETHERIA''', Vniuersa gens "Aethiopum" appellata est Plin. 6, 30.

'''AETHIOPIA''', [Αἰθιοπία] "Pars Africae, torridae zonae subiecta," Plin. 6, 30 [...]

'''AETHIOPS''', opis. [Αἰθίωψ] "Aethiopiae incola." [...]

'''AETHIOPICVS''', Adi. "vt," Oceanus Aethiopicus Plin. 6, 30. Aethiopicae naues Idem 5, 9.

'''AETHIOPIS''', idis. [αἰθιοπὶς] "Herba magica, de qua locus classicus" Plin. 27, 4 [...]

'''AETHON''', [Αἴθων] "Vnus ex equis Solis: sunt enim quatuor," Pyrois Eous, Aethon, Phlegon. [...]

'''AETHRA [2]''', [Αἴθρα] Pitthei filia, Thesei mater Hygin. f. 79. [...]

'''AETHRA [3]''', "pro" Aethere "vid." AETHER.

'''AETHRAEA''', Insula, quae nunc Rhodos dicitur Plin. 5, 31.

'''AETHRIA''', Insula maris Aegaei, non procul a Lemno, aliquando dicta Aeria, postea Thassos Plin. 4, 12 s. 23.

'''AETHVSA''', [Αἴθουσα] Insula est in mari Libyco, quae a quibusdam Aegusa dicitur Plin. 3, 8.

'''AETIA''', orum. [Αἴτια] "Operis nomen a Callimacho Poeta conscripti:" de "quo" Martial. 10, 4 [...]

'''AETIOLOGIA''', [αἰτιολογία] Causarum inquisitionem cur aetiologiam dicere non audeamus Senec. Ep. 95. [...]

'''AETITES''', ae. m. [Ἀετίτης] Plin. 36, 21. [...]

'''AETNA''', "vel" AETNE, [Αἴτνα] Mons "Campaniae incendiis nobilis." [...]

'''AETNAEVS''', Adi. [Αἰτναῖος] Camini Aetnaei, "i." Crateres, vel Fornaces Aetnae montis Sen. Oeth. 9. [...]

'''AETNENSIS''', Adi. "ab" Aetna "vrbe Siciliae, monti vicina" vt, Ager Aetnensis Cic. Verr. 3, 105.

'''AETOLIA''', [Αἰτωλία] "Graeciae regio, Epiro, Accrnaniae, et Locris finitima, dicta ab Aetolo Martis filio." [...]

'''AETOLICVS''', Adi. [Αἰτωλικὸς] Liu. 28, 5 [...]

'''AETOLVS''', "siue" AETOLIVS, Adi. [Αἰτώλιος] "vt," Aetolius heros, "Diomedes Tydei Aetoliae regis filius" Ouid. Met. 14, 461. [...]

'''AETOPON''', i. "Herbae nomen, al. Leontopodion." Apul. de Herb. c. 7.

== AEV ==

'''AEVVM''', αἰώνιον, αἰὼν Vet. Gloss.] Seruius ad Aen. 6, 764. [...]

'''AEVVS''', i. m. "Idem apud veteres." [...]

'''AEVITAS''', atis. f. [αἰωνότης] "Sic antiqui pro" Aetas "dixerunt." [...]

'''AEVITERNVS''', a, um, "Antiquum nomen, e quo contractum est" Aeternus, "vt vult" Varro apud Priscian 2 p. 595. [...]

== AEX ==

'''AEX''', [Αἴξ] Plin. 4, 11 Aegaeo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum et Chium verius quam insula, Aex nomine, a specie caprae, quae ita Graecis appellatur.

== AFF ==

'''A. F.''', "In notis est" Auli Filius. [...]

'''AFER [1]''', Afri, ''vid.'' AFRICA.

'''AFFABILITAS [1]''', ''vid.'' AFFOR, aris.

'''AFFABER''', s. Adfaber, bra, brum. Fabrefactus Fest. [Ἐντέχνης] Gloss. Gr. Lat. ''Hinc''

'''AFFABRE''', Adu. [δαιδαλέως, καλλοέργως] ''i.'' Pulchre, vt ait Nonius 1, 192. [...]

'''AFFABRICATVS''', a, um. ''Studio et manu et quasi fabricando additus.'' Consuetudo quasi secunda et affabricata natura dicitur. Augustinus.

'''AFFANIAE''', arum. [ὗθλοι] ''Pro Nugis, siue a Fando inclinatum nomen sit,'' siue ''deriuatum ab'' Aphannis, ''ignobili Siciliae oppido, vt'' Apinae ''ac'' Tricae. [...]

'''AFFATIM''', ''vel'' ADFATIM, Adu. [ῥύδιν, ῥοδὸν, ἄδην, κατακόρως] Primam ''teste'' Gell. 7, 7 acuit. [...]

AFFECTATE, AFFECTATIO, ''etc. vid.'' AFFICIO.

'''AFFERO''', ''vel'' ADFERO, affers, attuli, allatum, afferre. [...]

'''AFFERENDVS''', a, um. Cic. de Fin. 5, 27 Rationes quoque, cur hoc ita sit, afferendas puto [...]

'''ALLATVS [1]''', Partic. [κομισθεὶς, προσενεχθεὶς] Plaut. Asin. 4, 1, 16 [...]

'''ALLATVRVS''', [προσοισόμενος] Caes. Bell. Gall. 8, 10 Timorem suum sperabat fiduciam barbaris allaturum.

'''AFFICIO''', eci, ectum, ere. [διατίθημι, καθίστημι] "Significat mutationem quamcunque vel corpori, vel animo, vel fortunis alicuius inferre." [...]

'''AFFICIOR''', eris. Pass. [προπάσχω] Cic. Verr. 4, 151 c. 67 [...]

'''AFFECTVS [1]''', a, um. Partic. [διατεθεμένος, κακοπαθῶν, καμὼν, τετρυχωμένος] "Latissima significatione statum omnem corporis et animi notat, et interdum absque vlla affectionis voce ponitur. v. g." Ter. Hec. 3, 1, 45 [...]

'''AFFECTISSIMVS''', "Superl." Paterc. 2, 84, 2 Vigebat in hac parte

miles atque imperator, illa marcebant omnia: hinc remiges firmissimi, illinc inopia affectissimi.

'''AFFECTE''', ''s.'' ADFECTE, ''Adu. ex significatione 2 nominis adiectiui'' Affectus, ''i. misere.'' Adfecte et anxie sertull. de Anima c. 45.

'''AFFECTVS [2]''', ''vel'' ADFECTVS, ûs. [διάθεσις, πάθος] Ciceroni ''vno tantum, qui annotatus sit, loco vsurpata vox significat illi'' Affectionem, ''i. mentis quendam habitum,'' Tusc. 5, 47 c. 16 [...]

'''AFFECTIO''', onis. f. [πάθος, προσπάθεια, στοργὴ] ''Audiamus definitionem ipsius'' Cic. de Inuent. 1, 36 c. 25 [...]

'''AFFECTO''', are. [ἐπιτίθεμαι, ἐπιβάλλομαι, μνηστεύω] "Appeto, et cum affectu ad rem aliquam contendo." [...]

'''AFFECTOR''', aris. " Dep." [ἐπιτίθημι] Varro "apud" Diomed. p. 377. [...]

'''AFFECTANS''', antis. Partic. [ἐπιτιθέμενος] Ouid. de Ponto 4, 8, 59 Sic affectantes caelestia regna gigantes Ad styga nubifero vindicis igne datos. Curiosius spectari affectans Ammian. 26, 3.

'''AFFECTANDVS''', Ad Heren. 4, 30 Similitudo non tam affectanda? sed tamen adhibenda nonnunquam.

'''AFFECTATVS''', a, um. Partic. [κατεσπουδασμένος]. [...]

'''AFFECTATO''', Adu. Lamprid. Heliag. c. 17 Siquidem illud (nomen Antonini) affectato retinuerat, "i. studio, de industria."

'''AMBITVDO''', inis. f. "Circuitus." Apul. in Asclep. p. 95, 36 "Elm." Tempus per alterius ambitudinem reditus definiri potest.

'''AMBITOR''', oris. m. "Qui ambit." Paullin. Epist. 13 sect. 16 Aeternae laudis ambitor. "Conf." Lamprid. in Alex. 28. et Saluian. lib. 5 de Gubern. p. 118 Baluz.

'''AMBIVIVS''', "Nomen Roman. vt" L. Ambiuius Turpio "actor comicus, qui plerasque Terentianas fabulas docuit. Meminit auctor" Dialogi de Oratt. cap. 20. et Symmachus Epist. 10, 2.

'''AMBIVIVM''', "Idem quod Biuium." Varro apud Nonium 6, 15 Hic in ambiuio nauem conscendimus palustrem.

'''AMBO''', ae, o. [ἄμφω] "Nomen collectiuum duorum." [...]

'''AMBONES''', [Gr. [Ἄμβωνες] "Vid." VMBO, "ex" Varrone.

'''AMBRACIA''', [Ἀμβρακία] "Nobilis ciuitas Thesprotiae Epiri." Stich. 3, 2, 35 Ambracia veniunt huc legati publice. "Hanc diu oppugnatam deditione accepit M. Fuluius" Liu. 38, 3 sqq.

'''AMBRACIVS''', Adi. [Ἀμβράκιος] "Patronym." [...]

'''AMBRACIENSES''', "et" AMBRACIOTAE, "vrbis" Ambraciae "ciues et incolae." [...]

'''AMBRACIOTAE''', "vid." AMBRACIENSES

'''AMBRICES''', Tegulae, quae transuersae, asseribus et tegulis interponuntur. [...]

'''AMBRONES''', fuerunt Gens quaedam Gallica, qui subita inundatione maris, quum amisissent sedes suas, rapinis et praedationibus se suosque alere coeperunt. [...]

'''AMBRONINVS''', a, um. Adi. Auctor. Anon. apud Cathol. Tu habes turconinam buccam et ambronina labia.

'''AMBROSIA''', [ἀμβροσία] "Herba, de qua" Plin. 27, 4 s. 11 [...]

'''AMBROSIVS''', Adi. [ἀμβρόσιος] "Epitheton rerum, quas ob singularem suauitatem Diis et Deorum epulis dignas ostendere volunt" Poetae. [...]

'''AMBROSIACVS''', Adi. [ἀμβροσιακὸς] Plin. 14, 3 Sed sunt etiamnum insignes, vua non vino, ambrosiaca, duracina. "De vitibus sermo est."

'''AMBVBAIAE''', [Ἀμβουβάϊαι] Mulieres impudicae, vagae ac...les. [...]

'''AMBVBEIA''', "herbae nomen, quod sine variatione legitur apud" Celsum 2, 30 [...]

'''AMBVLACRVM [1]''', "vid." AMBVLO

'''AMBVLO''', are. [περιπατέω] "Ab" Ambio "deducitur, quod est Circuire; significat autem huc atque illuc ire, proprie tamen exercitationis, aut animi causa: De illa" Cic. Tusc. 5, 97 c. 34 [...]

'''AMBVLATIO''', onis. f. [περίπατος] Cic. de Fin. 5 pr. Constituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. [...]

'''AMBVLATIVNCVLA''', Dimin. [περιπατήδιον] Cic. Fam. 2, 12 [...]

'''AMBVLATOR''', oris. m. [περιπατητικὸς] "Qui prae pigritia huc et illuc saepe ambulat."

'''AMBVLATRIX''', icis. f. [περιπατήτρια] Cato cap. 143 "de villicae officio," Ad coenam ne quo eat, neue ambulatrix siet.

'''AMBVLATORIVS''', Adi. "quod ambulare, i. moueri potest, in quo ambulatur." [...]

'''AMBVLACRVM [2]''', i. n. [περίπατος] "Locus in aedificiis ad deambulandum accommodatus." [...]

'''AMBVLATILIS''', Adi. [πορεύσιμος] "Idem quod" ambulatorius. [...]

'''AMBVLATORIVM''', i. n. Locus aptus ad ambulandum Cathol.

'''AMBVLATVRA''', ae. f. Veget. de R. Vet. 2, 5, 2 [...]

'''AMBVLATVS''', ûs. m. Arnob. l. 1 p. 28 Christus scitur ambulatum dedisse contractis, "i. ambulandi facultatem."

'''AMBVRBALE''', "vel" AMBVRBIVM, dicitur Sacrificium, quo vrbem circuit et ambit victima, vt ait Seruius in Virg. Ecl. 3, 77. [...]

'''AMBVRO''', ssi, stum, ere. [περιφλέγω, περικαίω] "Circum vrere." [...]

'''AMBVSTVS''', a, um. [περιπεφλεγμένος, περικεκαυμένος] Festus, Circum vstus. [...]

'''AMBVSTVLATVS''', a, um. "vt" Vstulatus, "per partes, et paullatim ambustus." Plaut. Rud. 3, 4, 65 Te ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum.

'''AMBVSTIO''', onis. f. Plin. 23, 4 Myrteum oleum medetur ambustionibus.

'''AMBVSTANDVS''', "est in" Vet. Gloss. [ῆδος ὀρνέου, "quod Scaliger ad" Festum "v." Bustum "legit" AMBVSTANEVS, "et ita dictas vult aues, quae de busto siue rogo aliquid in tecta deferebant, et incendium portendebant: vnde" Incendiariae aues "in augurali disciplina." [...]

'''AMBVRVO''', are. Est Corpus saltu reciprocare, prout Salii facere solebant, de quibus apud Fest. et Non. Lucilius, Praesul et amburuat, sic volgu redumptruat inde. [...]

== AMC ==

'''AMCAESA''', "vel", dicuntur Vasa, quae Caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiant. Festus. "Vid. Buleng. de Convin. 4, 11. Grapald. de Part. Dom. 11, 3, 10."

== AME ==

'''AMECVM''', "et" AMECAM, "pro" Amico "et" Amica, "antiqui dicebant." [...]

'''AMELETIDES''', "vid." ANALECTIS.

'''AMELLVS''', i. "Herba, cuius meminit" Columel. 9, 4, 4. "et" 9, 13, 8 "De ea sic scribit" Virgil. Georg. 4, 271 [...]

'''AMEN [1]''', [ἀμὴν] "Dictio Hebraea, quae Vere aut Veritas significat, seruiens, cum aliquid confirmandum est, vt" Num. cap. 5

'''AMEN [2]''', inis. n. ab [ἅμμα, "vinculum, nexus, extrito altero" m. "ab" [ἅπτω, "necto. Tribuitur" Arnobio l. 7 p. 230 sed lectio variat. "Vid." Heraldi Animadu. p. 271 Hinc Amentum, de quo mox. [...]

'''AMENANVS''', i. m. "Fluuius Siciliae, Aetnae monti propinquus." [...]

'''AMENS''', entis. Adi. [ἄνους, ἀνόητος, ἔκφρων] Qui a mente sua discessit, "vt ait" Varro de L. L. 5, 6 p. 53, 9. [...]

'''AMENTIA''', ae. f. [ἄνοια] "Status amentis." [...]

'''AMENTO [1]''', are. Gloss. Gr. Lat. [ἀπονοῶ, amento. "Graecum certe verbum significat, ad" Amentiam "non ad" Amentum "referri. De quo statim."

'''AMENTVM''', i. n. ἅμμα V. Gl. [ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη, "it." [ἅμμα ἀκοντίων] "Lorum, quo aliquid retinetur, aut ligatum est: vt, Solearum corrigiae, et lora in quibusdam iaculis." [...]

'''AMENTATVS [1]''', a, um. "Quod amentis ligatum est." [...]

'''AMENTO [2]''', are. [ἀμματίζω] Lucan. 6, 221 [...]

'''AMENTATVS [2]''', Partic. Claudian. Cons. Mallii Theod. 321 [...]

'''AMENTATIO''', "siue" ADMENTATIO, onis. f. "Actus amentandi, s. iaculandi." [...]

'''AMEOS''', "vid." AMMIVM.

'''AMERIA''', [Ἀμερία] "Oppidum Vmbriae, patria Roscii Amerini, quem desendit Cicero." Ameriam Cato ante Persicum bellum conditam annis nongentis sexaginta quatuor prodidit Plin. 3, 14.

'''AMERINVS''', Adi. [Ἀμερῖνος] "vt," Amerina salix Plin. 24, 9. [...]

'''AMERINA''', orum. n. pl. Subst. "Genus pirorum." Stat. Silu. 1, 16, 18 Et massis Amerina non perustis. "Vid. Barth. Adu." 24, 7. Plinius serissima Pirorum "vocat" 15, 15. Amerina mala Colum. 5, 10, 19.

'''AMERIMNON''', [ἀμέριμνον] "Herba, quae alio nomine" Aizoon maius "appellatur" Plin. 25, 13.

'''AMES''', itis. m. Festus; Amites, Perticae aucupales. [...]

'''AMETHYSTVS''', i. m. ἀμέθυστος] "Gemma purpurea, colore violae, dicta a colore, qui ad vinum," [μέθυ "non plane accedat." [...]

'''AMETHYSTINATVS''', Martial. 2, 57 "in fictum diuitem," Hic quem videtis gressibus vagis lentum, Amethystinatus media qui secat septa. [...]

'''AMETHYSTINVS''', Adi. [ἀμεθύστινος] "quod habet colorem gemmae Amethysti." [...]

'''AMETHYSTIZONTES''', [ἀμεθυστίζοντες] "carbunculi. h. e." quorum extremus igniculus in amethysti violam exit Plin. 37, 7 s. 25.

'''AMETOR''', oris. [ἀμήτωρ] Matrem non habens, apud Tertull. de Praescript. cap. 53.

'''AMFLEXVS''', a, um. Melae 3, 2 "tribuitur: Sed est in fine," Eiusdemque nominis Insulam amplexus.

'''AMFRACTVS''', AMFRAGOSVS, "vid." ANFR.

== AMI ==

'''AMIA''', ae. [ἀμία] "Piscis Ponto familiaris, qui" cum thynnis, "vt" et Pelamydes in Pontum ad dulciora pabula intrat gregatim, "cuiusque" incrementum singulis diebus intelligitur Plin. 9, 15.

'''AMIANTVS''', [ἀμίαντος] "Lapis est friabilis in modum lanae, alumini scissili similis, de quo" Plin. 36, 19 s. 31 Amiantus alumini similis, nihil igni deperdit. [...]

AMICA, AMICABILIS, AMICE, "vid. post" AMICTORIVM.

'''AMICINVM''', "vel" AMICINVS, Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Festus, Gloss. Amicinus [ἀσκοῦ στόμα.

'''AMICIO''', iui et ixi, ictum, ire. [ἀμπέχομαι] "Vestire, ope... Vid." AMICTVS. [...]

'''AMICTVS [1]''', Partic. [ἠμφιεσμένος] "Vestitus vel opertus." [...]

'''AMICTVS [2]''', ûs. [ἀμπεχόνη, ἀμφίεσμα, ἐπίβλημα] "Quicquid est. quo quis amictus, siue opertus est: in primis autem Vestitus, quo vestimur." [...]

'''AMICIMEN''', inis. n. "Iden. quod Amictus." Apul. Met. 11 p. 261 Mulieres candido splendentes amicimine. "Et" p. 268 Linteo et rudi contectus amicimine.

'''AMICVLVM''', [ἐπιβλημάτιον] "Vestis extima superiniecta aliis. Vid." AMICTVS, AMICIO, [...]

'''AMICVLATVS''', a, um. "Indutus." Solinus cap. 65. (al. 52) de India, Pars nudi, pars obscoena tantum amiculati.

'''AMICTORIVM''', [ἀμπεχόνιον] "Vestimentum puellare, candidum, et subtilissimum ex lino, de quo" Martial. 14, 149 [...]

'''AMICA''', ae. [φίλη, ἑταίρα] "Amasia, vel quae amatur extra coniugium." [...]

'''AMICVLA''', [ἑταιρίδιον] " Dimin. ab" Amica. [...]

'''AMICVS [1]''', i. m. [φίλος] "Non ex" Am "et" Aequus, "i. Vtrinque aequus, sed ab" Amando "dictus." [...]

'''AMICVS [2]''', a, um. "Amicitia coniunctus: item vtilis, accommodatus ad aliquid." [...]

'''AMICVLVS''', i. m. [φιλίσκος] " Dimin. ab" Amicus. [...]

'''AMICE''', Adu. [φιλικῶς] "i. Amici more; quod est, cum amore et beneuolentia." [...]

'''AMICITER''', Adu. [προσφιλῶς] "pro Amice." [...]

'''AMICITIOR''', "Comparat." [...]

'''AMICABILIS''', e. "et"

'''AMICALIS''', "Fluctuat enim fere lectio, idem quod Amicus" [φιλικὸς] Amicabilis Gloss. Vet. "Add." Vulgat. Prou. 18, 24. [...]

'''AMICARIVS''', i. m. "qui sit, doceat" Diomed. 1 p. 313 pr. "Putsch." [...]

'''AMICOSVS''', Qui multas amicas habet. Diomed. ''l. c. in'' AMICARIVS.

'''AMICO''', are. [φιλόω] ''Conciliare.'' Stat. Theb. 3, 470 [...]

'''AMICITIA''', ae. [φιλία] ''Quid sit, audiamus ex'' Cic. in Lael. 20 [...]

'''AMICITIES''', ei. [φιλία] "Idem quod Amicitia." [...]

'''AMIDA''', ae. f. "Mesopotamiae oppidum, cuius mentio apud" Ammianum "saepe fit, qui" 18, 14 "vocat" ciuitatem Romanorum cladibus inclytam, "puta, sub Constantio, et totum fere librum 19 oppugnationi illius describendae impendit, vid." Sex. Ruf. c. 27. [...]

'''AMIDENVS''', i. gentile, Amida oriundus.

'''AMILCAR''', "vel" HAMILCAR, "Auctoritate fere pari, vid. Drakenb." [...]

'''AMINAEVM''', AMINEVM, AMINNEVM, AMINNIVM, AMMINEVM, [Ἀμιναῖος, Ἀμίνιος οἶνος] vinum "pro optimo et nobilissimo passim laudari videmus, sed maxima quam notauimus inter libros antiquos discordia." [...]

'''AMISIVS''', [Ἀμίσιος] Melae 3, 3. et Plinio 4, 14 "Fluuius Germaniae nobilis, hod." die Ems.

'''AMISSIO [1]''', AMISSVS, etc. "vid." infra in AMITTO.

'''AMITA''', ae. [πατραδέλφη] Festus, Amita patris mei soror, quia similiter tertia a me sit, atque auia videri potest. [...]

'''AMITINI [1]''', et AMITINAE, [ἀνεψοὶ] Fratrum maris et feminae filii, Nonius 19, 7. Caius in l. 1. D. de gradib. affinit. §. 6 Amitini, amitinae, "i." qui quaeue ex fratre et sorore propagantur.

'''AMITERNVM''', [Ἀμίτερνον] "Vrbs Vestinorum aut Salinorum in Italia Natalibus Sallustii nobilis. Meminit" Plin. 3, 5.

'''AMITERNVS''', Adi. "vt," Amiterna cohors Sil. Ital. 8, 415. [...]

'''AMITERNINVS''', Idem. Columel. 10 v. 422 Quaeque Amiterninis defertur Bunias aruis. "Est autem" Bunias "idem quod Napus." Amiternina vua Plin. 14, 2. Amiternini Sabinorum populi Plin. 3, 12.

'''AMITHAON''', "vid." AMYTHAON.

'''AMITINI [2]''', "vid." AMITA.

'''AMITTO''', isi, issum, ere. [ἀποπέμπω, ἀφίημι] "Dimittere." [...]

'''AMISSIO [2]''', onis. f. [ἀποβολὴ] "Rei alicuius priuatio." [...]

'''AMISSVS [1]''', Partic. [ἀποβεβλημένος] Virg. Aen. 2, 148 Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios. [...]

'''AMISSVS [2]''', ûs. m. Nepos 7, 6, 2 Siciliae amissum culpae suao tribuebant.

'''AMISSIBILIS''', e. Augustin. de Trin. 5, 4 Nihil accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amissibile. Ibid. 15, 13. sub fin.

'''AMIVM''', "vid. statim" AMMI.

== AMM ==

'''AMMI''', s. AMMIVM, Scribonio cap. 121. [...]

'''AMMOCHRYSVS''', [ἀμμόχρυσος] "Gemmae nomen." Plin. 37, 11 Arenarum similitudo est in ammochryso, velut auro arenis mixto.

'''AMMODYTES''', [ἀμμοδύτης] "Sic scribendum, vel" HAMMODYTES, "non" AMMODITES, "vel" HAMMODITES, "Serpentis genus, cui nomen" [ἀπὸ τοῦ δῦναι ἐν τῇ ἄμμῳ. [...]

'''AMMON''', s. HAMMON, ("vid." Amilcar.) onis. Ἄμμων] "Iouis apud Afros culti cognomen, siue ab arenis, quae Graece" [ἄμμος "est, dictus sit, siue quod Arietem gentes illae Ammonem vocant, siue ab Hamo denique, Noachi filio." [...]

'''AMMONEO''', "vid." ADMONEO.

'''AMMONIACVM''', s. HAMMONIACVM, [ἀμμωνιακὸν] "Arboris lacryma, de qua sic" Plin. 12, 23 s. 49 [...]

'''AMMONIACVS''', "siue" HAMMONIACVS, a, um. [Ἀμμωνιακὸς] "vt," Ammoniacus sal Columel. 6, 17, 7. [...]

'''AMMONITRVM''', i. n. [ἀμμώνιτρον] "Massa vitri, de qua sic" Plin. 36, 26 s. 66 [...]

'''AMMONIVM''', "quod laudant ex" Varr. R. R. 3, 2, 4 "est" Armenium, "vbi vid."

'''AMMVDATES''', "Deus olim apud Gentiles, cuius mentio tantum fit apud" Commodianum Instruct. 18. [...]

== AMN ==

'''AMNACVM''', i. "Herba." Plin. 21, 30 Parthenium alii leucanthen, alii amnacum vocant.

'''AMNENSES''', appellabantur Vrbes sitae prope amnem; vt a Mari, Maritimae: vnde Interamnae, et Antemnae dictae sunt, quod inter amnes sunt positae, vel ante se habeant amnes. Festus.

'''AMNESTIA''', ae. f. [ἀμνηστία] "Obliuio, intell. iniuriarum, qua bella, ciuilia praesertim, finiuntur." [...]

'''AMNIS''', is. m. [ποταμὸς] "Fluuius." Festus, Amnis proprie dicitur a Circumnando, quoniam "am" ex Graeca praepositione sumtum, quae est [ἀμφὶ, significat Circum, et "Nare," fluere. [...]

'''AMNICVLVS''', i. m. " Dimin." Liu. 36, 22.

'''AMNICOLA''', [ποτάμιος] "Qui habitat, vel inuenitur ad amnes." Ouid. Met. 10, 96 Amnicolaeque simul salices, et aquatica lotos.

'''AMNICVS''', Adi. [ποτάμιος] "Qui est in amni." Plin. 3, 25 Insula in Sao Matubarris, amnicarum maxima. [...]

'''AMNIGENVS''', a, um. "In amne genitus." Auson. Mosell. v. 116. "Et" Valer. Flacc. 5, 584.

== AMO ==

'''AMO''', are. [φιλέω, ἐράω, ἀγαπῶ, στέργω] Amare "dicuntur (q... quid sit de origine vocis, forte simplicis et primitiuae) qui alterius bonis gaudent, cum illo esse cupiunt, etc." [...]

'''AMABO''', [πρὸς θεῶν] "Interi. blandientis et amantis." [...]

'''AMASSO [1]''', "Futurum exactum pro" Amauero, Festo "obseruatum." [...]

'''AMANDVS''', a, um. "Amabilis, Amari dignus." [...]

'''AMANS''', Partic. [ἐρῶν] "Praeter dicta" Virgil. Georg. 3, 315 -- amantes ardua dumos. [...]

'''AMANTER''', ius, issime. Adu. [φιλικῶς] "Amice et cum amore." [...]

'''AMANTIA [2]''', ae. f. "Amor." Plaut. Truc. 4, 2, 4 Prome venustatem, amantiam, gaudia, copeis amores. "Ita Lambinus cum Scaligero: alii aliter. Vulg." Amanti tuam venustatem.

'''AMATVS''', Partic. [ἠρασμένος] Ouid. Met. 5, 636 -- sed enim cognoscit amatas Amnis aquas. [...]

'''AMATIO''', onis. [ἔρασις] "Amor Venerius." [...]

'''AMATOR''', oris. m. [ἐραστὴς] "De amicitia pariter ac de Venerio amore, hocque tum casto tum impuro dicitur." [...]

'''AMATORCVLVS''', Dimin. Plaut. Poen. 1, 2, 27 Vix aegreque amatorculos inuenimus.

'''AMATRIX''', icis. f. [ἐράστρια] Plaut. Asin. 3, 1, 8 Satis dicacula es amatrix. [...]

'''AMATRICVLA''', ae. f. Parua amatrix Cathol.

'''AMATORIVS''', Adi. [ἐρωτικὸς] "Quod facit amatorem, quod facit amator etc."

'''AMATORIE''', Adu. [ἐρωτικῶς] Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Erat enim amatorie scripta epistola. "i. More amatoris." Plaut. Merc. 3, 3, 20.

'''AMABILIS''', e. Adi. [ἐράσμιος] "Amore dignus." [...]

'''AMABILITAS''', Denom. [ἐράσμιον] Plaut. Stich. 5, 4, 58 Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. "i. Ea gratia, quae nos facit amabiles." [...]

'''AMABILITER''', Adu. [ἐρασμίως] Anton. ap. Cic. Att. 14, 13 Sed mehercule si humaniter, et sapienter, et amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto praebebis. [...]

'''AMASSO [2]''', "vid. supra sub" AMO.

'''AMASCO [2]''', are. "Amare, cupere." In Gloss. Isidor. et Diom. p. 334 Ab Amo veteres inchoatiuo modo dixerunt Amasco. Vnde et

'''AMASCVS [2]''', i. "Amator, vt," Plaut. Truc. (3, 1, 13) Istos mundulos amascos. "Sic certe legi vult Graeuius ad Isid. l. c."

'''AMASIVS [2]''', i. m. "Sed apud" Diomedem "pariter atque ipsum" Plautum "editur" Amasios, "quod etiam metri lex postulat." [...]

'''AMASIO [2]''', onis. m. Idem. Apul. Met. 7 p. 197 "de Asino," Festiuus hic amasio mulierem -- gestiebat inscendere. [...]

'''AMASIVNCVLVS [2]''', i. m. Dimin. Petron. Fragm. Trag. p. 25. "Burm. cap. 45."

'''AMASIVNCVLA [2]''', ae. f. Fragm. eiusd. Petron. p. 70. "Burm. cap. 75."

'''AMATVRIO''', ire. Amare, cupere. Cathol.

'''AMBIMANVS [2]''', a, um. [περιδέξιος] Gloss. Lat. Gr.

'''AMODO''', [ἀπὸ τοῦ νῦν] "Iunctim scribunt, pro" A modo. [...]

'''AMOEBAEVS''', a, um. [ἀμοιβαῖος] "Mutuus, Alternus." [...]

'''AMOEBEVS''', i. m. [Ἀμοιβεὺς] "Nomen Citbaroedi Atheniensis celeberrimi apud Polyaen. 4, 6, 1. et Athen. lib. 14. Hinc" Ouid. de Arte Am. 3, 399 Tu licet et Thamyran superes et Amoebea cantu.

'''AMOENVS''', a, um. [τρυφερὸς] "Sic dicitur, quod sine fructu iucundum aspectu: sed proprie dicitur de locis, quae naturalem iucunditatem afferunt." [...]

'''AMOENIA''', [αἱ ἀκταὶ] Vet. Gloss. "Alii legere volunt" Amoena. "Vid. Ia. Is. Pontan. ad" Macrob. Sat. 2, 12. "Voss. Etymol." s. 25.

'''AMOENITAS''', atis. f. [ψυχαγωγία, εὐφροσύνη] "Iucunditas illa, quae ex rebus amoenis percipitur." [...]

'''AMOENE''', Adu. Plaut. Mil. 2, 5, 2. Apul. Met. 10 p. 254. "Compar." Gell. 14, 1. "Superl." Plin. Epist. 4, 23 Habitare amoenissime.

'''AMOENITER''', Adu. "pro Amoene." Gell. 20, 7 Annianus Poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilare atque amoeniter.

'''AMOENO''', are. [εὐφραίνω] "Delectatione afficio." [...]

'''AMOENATVS''', a, um. Saluian. lib. 7 p. 249.

'''AMOLIOR''', iri. [ἀποσκευάζω] Amoliri dicuntur ea, quae cum magna difficultate et molimine summouentur et tolluntur e medio. [...]

'''AMOLITIO''', onis. Gell. 12, 1. "Vid."CONSILESCO.

'''AMOLITVS''', a, um. Apul. de Deo Socr. p. 117. "et passim."

'''AMOMIS''', [ἀμωμὶς] "Herba" Amomo "similis," minus tamen venosa, et durior, minusque odorata Plin. 12, 13 s. 28. "et Dioscorid." 1, 14.

'''AMOMVM''', [ἄμωμον] "Exiguus frutex ex ligno vuae modo in seipsum conuolutus etc. Vid. Dioscor. 1, 14." [...]

'''AMOMIA''', ae. f. "Ab" Amomo "vnguento emortuali, sic recentiores vocauerunt." [...]

'''AMONEO''', ere. "Apud" Ouid. Met. 2, 564. "et" 6, 150 "legit Pareus" Lex. Crit. p. 86. "i. dehortor, monendo auoco." [...]

'''AMOR''', oris. [ἔρως, ἀγάπη, ζῆλος, ἵμερος] "Non male Stoici apud" Cic. Tusc. 4, 72 c. 34 "definiunt" conatum amicitiae faciundae ex pulchritudinis specie. [...]

'''AMORABVNDVS''', Gell. 11, 9 Laberius mulierem amantem verbo inusitatius ficto Amorabundam dixit.

'''AMORIFER''', a, um. "Amorem concilians." Ven. Fortun. Epithal. Sigib. Reg. 6, 2.

'''AMORIFICVS''', a, um. Idem. Herba amorifica Apul. de Herb. cap. 123.

'''AMOSIO''', "vid." ANNOS "sub" ANNVS.

'''AMOTVS''', "vid." AMOVEO.

'''AMOVEO''', oui, otum, ere. [ἀποκινέω, ἀποσοβέω, ἀπαμύνω] "De loco mouere." [...]

'''AMOTIO''', onis. f. Cic. de Fin. 2, 9 c. 3 Augendae voluptatis finis est, doloris omnis amotio.

== AMP ==

'''AMPEDICES''', dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc Appendices appellamus, Festus. "Sed legendum potius ex" MSS. Ampendices.

'''AMPELITIS''', dis. [ἀμπελίτις] "Terra est" bitumini simillima. [...]

'''AMPELODESMON''', [ἀμπελόδεσμον] "Vocant Siculi herbam, ex qua vincula molliora fiunt alligandis vitibus" Plin. 17, 23 s. 35, 26.

'''AMPELOPRASON''', [ἀμπελόπρασον] "Herba, cuius nomen explicat" Plin. 24, 15 s. 86 Ampeloprason in vinetis nascitur, foliis porri, ructu grauis, "etc."

'''AMPELOS [1]''', [Ἄμπελος] "Nomen pueri, qui quum a Baccho amaretur, ab eodem post mortem inter sidera relatus est. Fabulam babet" Ouid. Fast. 3, 409. "qui monet, hunc esse" Vindemitoris "sidus."

'''AMPELOS AGRIA''', [άμπελος ἀγρία] "ad verbum Vitis siluestris," Plin. 23, 1 s. 14 [...]

'''AMPELOS CHIRONIA''', "Herba, de qua" Plin. 25, 4 s. 16 Est Chironis inuentum Ampelos quae vocatur Chironia. [...]

'''AMPELOLEVCE''', es. [ἀμπελολεύκη] "i. Vitis alba." [...]

'''AMPELOS [2]''', Melaena, [ἄμπελος μέλαινα] "Latine" Vitis nigra, "de qua modo diximus sub" AMPELOS CHIRONIA.

'''AMPENDICES''', "vid." AMPEDICES.

'''AMPHEMERINOS''', i. [ἀμφημέρινος] "Quotidianus" Plin. 28, 16 s. 66 Est genus febrium, quod Amphemerinon vocant. [...]

'''AMPHIARAVS''', [Ἀμφιάραος] Oeclei, ("alii Lyncei") et Hypermnestrae Thestii filiae filius, augur, qui sciret, si ad Thebas oppugnatum isset, se inde non rediturum: itaque celauit se, conscia Eriphyle, coniuge sua, Talai filia. [...]

'''AMPHIARAIDES''', Ouid. Fast. 2, 43 "est Alcmaeon."

'''AMPHIAS''', [Ἀμφείας] Tharsius, quum ex hortulano potens esset, et in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit, "Sed et nos de iisdem seminibus sumus;" et omnes pariter laetos fecit. [...]

'''AMPHIBALVS''', i. m. siue AMPHIBALVM, i. n. "Vestis genus, quo exterius amiciebantur, apud" Sulp. Seuer. [...]

'''AMPHIBIVM''', [ἀμφίβιον] "In terra et aqua vivens." [...]

'''AMPHIBOLIA''', siue AMPHIBOLON. ἀμφιβολία, ἀμφίβολον] Ambiguitas [ἀμφιβολία nominatur Quinct. [...]

'''AMPHIBOLVS''', a, um. Adi. Nomen amphibolum Mart. Capella 5 p. 149.

'''AMPIBOLOGIA''' pro AMPHIBOLOGIAPRO, [ἀμφιβολογία] "Recentiorum Grammaticorum esse videtur." [...]

'''AMPHIBRACHVS''', [ἀμφιβραχὺς] "Pes est ex prima et vltima brevibus, media producta." [...]

'''AMPHICTYONES''', [Ἀμφικτυόνες] "Consessus Graecus apud Thermopylas, deinde etiam Delphis conuenire solitus, ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui et ipse, quum populos regeret, ad conuentus convocasse dicitur." [...]

'''AMPHICYRTOS''', [ἀμφίκυρτος] "Vtrinque gibbosus." [...]

'''AMPHIDAMAS''', [Ἀμφιδάμας] "Argonautarum in Colchica expeditione comes." Val. Flacc. 1, 376.

'''AMPHIGENIA''', [Ἀμφιγένεια] "Oppidum Peloponnesi, in tractu Messeniaco." [...]

'''AMPHILOCHVS''', "Amphiarai filius." [...]

'''AMPHIMACRVS''', siue AMPHIMACER, [ἀμφίμακρος] "Pes habens breuem inter duas longas, vt" Pallidi, "contrarius" Amphibracho. [...]

'''AMPHIMALLA''', [ἀμφίμαλλα] "Texta ab vtraque parte villosa." Plin. 8, 48 s. 73 Gausapa patris mei memoria coepere, amphimalla nostra. "Eadem sunt" Amphitapa, "v. v."

'''AMPHIMEDON''', "Nomen Libyos, qui in aula Cephei regis aduersus Perseum pugnans, occisus est." [...]

'''AMPHINOMVS''', "Alter" piorum fratrum, "de quibus vid." FRATRES PII.

'''AMPHION''', onis. m. [Ἀμφίων] "Iouis et Antiopes, vel secundum aliquos, Mercurii filius, a quo accepta lyra, adeo dulciter canebat, vt saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur." [...]

'''AMPHIONIVS''', Adi. [Ἀμφιόνιος] "vt," Amphionia lyra Propert. 1, 9, 10. Canes Sen. Oedip. v. 178. "i. Thebani."

'''AMPHIPROSTYLVS''', [ἀμφιπρόστυλος] Aedificii species, omnia habens ea, quae prostylos: praetereaque habet in postico ad eundem modum columnas, et fastigium Vitruu. 3, 1. "et" Bald. p. 6.

'''AMPHIRREVSIS''', is. f. ἀμφίῤῥευσις] Tympanum amplum, quod nonnulli rotam appellant, Graeci autem [ἀμφίῤῥευσιν, alii [περίτροχον vocant. "Haec agens de machina tractoria" Vitruu. 10, 4.

'''AMPHISBAENA''', ae. [ἀμφίσβαινα] "Genus serpentis gemino capite, quod credidit etiam" Plin. 8, 23. [...]

'''AMPHISSA''', "Vrbs Phocidis" Lucan. 3, 172.

'''AMPHISSIVS''', a, um. Adi. "vt," Amphissia saxa Ouid. Met. 15, 703.

'''AMPHITANE''', [ἀμφιτανὴ] "Gemma." [...]

'''AMPHITAPVS''', a, um. [ἀμφίταπος, ἀμφίμαλλος] "Amphitapae vestes dicuntur vtrinque habentes villos. Docet" Hesychius, [Ἀμφιτάπης, χιτὼν ἑκατέρωθεν ἔχων μάλλους. [...]

'''AMPHITHALAMVS''', "Cubiculi genus." [...]

'''AMPHITHEATRVM''', i. [ἀμφιθέατρον] "Est locus spectaculis, i. locis ad spectandum aptis in rotundum conclusus." [...]

'''AMPHITHEATRALIS''', Adi. [ἀμφιθεατρικὸς] Magistri amphitheatrales Martial. 11, 70. [...]

'''AMPHITHEATRICVS''', Adi. Amphitheatrica charta, "ita dicta" a loco confecturae, "cui quartus locus tribuitur a" Plin. 13, 12. Spectaculum Symmach. Ep. 4, 8.

'''AMPHITHOE''', es. [Ἀμφιθόη] "q. d. circum currentem," Nereis s. "Nympha marina." [...]

'''AMPHITRITE''', [Ἀμφιτρίτη] "Oceani et Doridos filia, fingitur a Poetis esse vxor Neptum, et significat mare." [...]

'''AMPHITRYO''', vel AMPHITRVO, [Ἀμφιτρύων] "Alcmenae, Herculis matris, maritus." [...]

'''AMPHITRYONIADES''', "Herculis patronymicum, quod ex Amphitryonis certe vxore natus esset." [...]

'''AMPHITVS''', [Ἄμφιτος] "Alter ex Castoris et Pollucis aurigis: alter" Telchius, "qui Dioscuriaden condidere." Plin. 6, 5.

'''AMPHORA''', ἀμφορεὺς, κεράμιον, Orcium, Amphora Vet. Gloss.] "Genus vasis vinarii, ex" [ἀμφὶ "et" [φέρω, "quod vtrinque ferretur duabus ansis." [...]

'''AMPHORALIS''', Adi. [ἀμφοραῖος] "Vnius amphorae capax." Plin. 37, 2 Idem Xenocrates auctor est, vas amphorale ("e crystallo") visum, et aliqui ex India crystallum sextariorum quatuor.

'''AMPHORARIVM''', Vinum, "quod e doliis in amphoras diffusum est." l. vlt. §. 1. D. de tritic. vin. et oleo legat.

'''AMPHRYSVS''', [Ἄμφρυσος] "Fluuius Thessaliae, iuxta quem Apollo caelo exulans ob occisos Cyclopas pauit armenta regis Admeti." [...]

'''AMPHRYSIACVS''', Adi. [Ἀμφρυσιακὸς] "Vt," Amphrysiacum gramen Stat. Silu. 1, 4, 105.

'''AMPHRYSIVS''', Adi. [Ἀμφρύσιος] "Vt," Amphrysia saxa. Ouid. Met. 15, 703. Amphrysia vates "i. Apollinea." Virg. Aen. 6, 398 "de Sibylla."

'''AMPLE [1]''', "vid." AMPLVS.

'''AMPLECTOR''', exus sum, ecti, [ἀμφιβάλλω, προσπτύσσομαι, περιλαμβάνω, περιπλέκω] "Circumiectu brachiorum teneo." [...]

'''AMPLECTO''', Act. Plautus Rud. 3, 5, 36 Amplectitote crura fustibus. Pass. Lucill. "ap." Prisc. 8 p. 791 Ego non sinam me amplectier.

'''AMPLECTENS''', Virg. Aen. 10, 523 Genua amplectens. Ouid. Met. 6, 99 Gradus templi. Propert. 2, 7, 47 Exanimem Achillem Briscis.

'''AMPLEXVS [1]''', Partic. "vt," Amplexusque sinu tulit et genuisse putauit Stat. Silu. 2, 1, 81. [...]

'''AMPLEXOR''', ari. Frequentat. [περιπλέκομαι] Amicam amplexari Plaut. Pseud. 2, 4, 32. [...]

'''AMPLEXO''', "vetuste pro" Amplexor. Accius Alcmaeone, "ap." Non. 7, 14 [...]

'''AMPLEXVS [2]''', ûs. [περιπλοκὴ] Plin. 10, 72 [...]

AMPLIFICARE, AMPLIO, AMPLITER, AMPLITVDO, AMPLIVS, "vid." AMPLVS.

'''AMPLVS''', Adi. [μεγαλεῖος, εὐρώεις] "Auctore" Victorino dicitur. quod late patet, et per multa diffunditur: vt Ampla domus. [...]

'''AMPLE [2]''', Adu. [μεγαλείως] Cic. de Fin. 2,.. Si ne haec quidem satis ample, satis honeste dici putas. [...]

'''AMPLIVS''', " Adu. habet quidem formam comparatiui ab" Ample "vel" Ampliter: "Sed amplissimae praeterea significationis et vsus est." [...]

'''AMPLISSIME''', [εὐρύτατα] ''vt,'' Amplissime gerere honores, ''h. e. cum summa amplitudine ac dignitate'' Cic. Verr. 2, 112 c. 46. [...]

'''AMPLIVSCVLVS''', a, um. Apul. Apol. p. 322 Ampliuscula fortuna deuolutus.

'''AMPLIVSCVLE''', Sidon. 8, 16. Ampliuscule scribi depoposcisset.

'''AMPLITER''', Adu. ''pro'' Ample. [...]

'''AMPLITVDO''', inis. f. [μεγαλειότης, τὸ μεγαλεῖον] ''Denom. per quam aliquid amplum est.'' [...]

'''AMPLIO''', are. μεγαλύνω, δειναυξησαι Vet. Gloss.] Augere. [...]

'''AMPLIATVS''', Auctus Vet. Gloss. [ηὐξημένος. Ampliatus honor Hirt. Bell. Hisp. cap. 42. [...]

'''AMPLIATIO''', onis. f. [ἀναβολὴ] "Actus ipse ampliandi, qui sit in iudicio." [...]

'''AMPLO''', are. Causam humilem dictis amplant Pacuu. ap. Non. 10, 14. "de Poetis, i. amplificant."

'''AMPLIFICO''', are. [μεγαλύνω] "Amplum facere, Valde augere." Liu. 1, 44 [...]

'''AMPLIFICANS''', Partic. [μεγαλύνων] Cic. de Fin. 5, 72 Et virtutem ipsam suis laudibus amplificantis.

'''AMPLIFICATVS''', Partic. [μεγαλυνθεὶς] Cic. Catil. 3, 2 Qui hanc vrbem conditam amplificatamque seruauit. [...]

'''AMPLIFICATVRVS''', Caes. Bell. G. 2, 14, 6 Quod fi fecerit, Aeduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum.

'''AMPLIFICATIO''', onis. f. [μεγάλυνσις] "Actus amplificandi." [...]

'''AMPLIFICATOR''', oris. m. [μεγαλυντὴς] "Qui amplificat." Cic. 5, 10 c. 4 [...]

'''AMALIFICATRIX''', Pacat. Pan. Theod. 8, 5 Quos etsi plurima laude dotauerit amplificatrix veri vetustas.

'''AMPLIFICE''', Adu. [μεγαλείως] Amplifice decorata vestis, "i. magnifice" Catul. Argon. s. 65, 261. "Sic certe Voss. Sed Graeu. Amplificae."

'''AMPLIFLVVS''', a, um. Strab. Gall. Hort. praef.

'''AMPLIVAGVS''', a, um. [πολυπλανὴς] "Quod in amplum vagatur." [...]

'''AMPLVSTRE''', "vid." APLVSTRE.

'''AMPVLLA''', ae. f. [λήκυθος] Vas "vulgare vitreum, coriaceum, aut figlinum, angusto collo, ventre amplo, et quasi inflato: cuius vsus tum in balneis ad oleum, tum in mensa ad aquam, vel potionem etc." [...]

'''AMPVLLACEVS''', a, um. Adi. [πομφολυγώδης] Columel. 8, 2, 15 [...]

'''AMPVLLARIVS [1]''', i. m. [ληκυθοποιὸς] "Ampullarum artifex." [...]

'''AMPVLLARIVS [2]''', Adi. "volunt esse" Plaut. Stich. 1, 3, 76 [...]

'''AMPVLLOR''', ari. [πομφολυγόω] "Turgere et inflari in genere scribendi." Horat. Epist. 1, 3, 14 An tragica desaeuit et ampullatur in arte. "Grandiloquentiam significat."

'''AMPVLLAGIVM''', i. n. "Flos mali punici cum paruulo fructu a similitudine ampullae." [...]

'''AMPVTO''', are. [ἀποκόπτω, περιαιροῦμαι] "Proprie est Circumcidere, quasi" Circumputare. [...]

'''AMPVTANS''', antis. Inutiles falce ramos amputans feliciores inserit Hor. Epod. 2, 11.

'''AMPVTANDVS''', "Praeter laudatum iam" Cic. Partit. 15 c. 5. Quinctil. 8, 3, 75 Vt medici abalienata morbis membra praecidunt, ita turpes ac perniciosos, etiam si nobis sanguine cohaerent, amputandos. [...]

'''AMPVTATVS''', a, um. "Metaphor. Praeraptus, asper." Infracta

et amputata loquuntur, et eos vituperant, qui apta et finita pronuntiant Cic. in Orat. 170 c. 51.

'''AMPVTATIO''', onis. f. [ἀπόκοψις] "Amputandi actus." Cic. de Senect. 53 c. 15 Propagatio vitium sarmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, et aliorum immissio.

'''AMPVTATORIVS''', a, um. Priscian. de Diaeta, cap. 10 Origanum est amputatorium, et siccatorium, et extenuatorium. "Vid. de hac notione locum" Scribonii c. 230, "quem damus in" Amputo.

'''AMPYCVS''', "vel" AMPYX, "potius," [Ἄμπυκος] "Titanoris filius, qui ex Chloride Mopsum augurem suscepit." Hygin. f. 14. [...]

'''AMPYCIDES''', [Ἀμπυκίδης] "Mopsus Ampyci filius." Ouid. Met. 8, 316 Ampycidesque sagax. "Et" 12, 456 Ampyciden Mopsum.

== AMS ==

'''AMSANCTVS''', [Ἀμφόσιος] Vibius Sequester "inter lacus," p. 109 Hess. Amsanctus Lucaniae, cuius halitus volucres necat. [...]

'''AMSEGETES''', dicuntur quorum ager viam tangit. [...]

== AMT ==

'''AMTERMINI''', ("inquit" Festus) Qui circa terminos prouinciae manent. Vnde Amiciri, Amburbium, Ambarualia, Amplexus dicta sunt. "Nimirum vim praepositionis" Am "ita explicat."

'''AMTESTOR''', "vid." ANTESTOR.

'''AMTRVO''', "vel" AMPTRVO, are. "Ab" Am, "circum, et" Truo, "moueo." [...]

== AMV ==

'''AMVLA''', ae, "vid. sub " HAMA.

'''AMVLETVM''', i. [ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα, Vet. Gloss. [φυλακτήριον] "Omne genus remedii aduersum cuncta mala medicamenta, et veneficia valentissimum: ab" Amoliendo "dictum." [...]

'''AMVLIVS''', [Ἀμούλιος] "Procae filius et Numitoris frater, qui Albae, pulso fratre Numitore, regnauit." [...]

'''AMVLVM''', "vid." AMYLVM.

'''AMVRCA''', ae. f. ἀμοργὴ] Amurca, [ἀμολγὴ, ἔστιν δὲ τρὺξ ἐλαίου Vet. Gloss. [...]

'''AMVRCARIA''', [ἀμοργητικὰ] Dolia, "In quibus amurca conditur" Cato 10, 4 Dolia queis vinacea condat decem, amurcaria decem.

'''AMVSSIS''', is. f. [στάθμη] Forte "ex" Am "et" Assis. [...]

'''AMVSSIVM''', "Ventis reperiendis excogitatum organum, Deformata tabula, cuius ad regulam et libellam summum libramentum sit laeuigatum et politum, exactis etiam (si ita videbitur) ad normam angulis." [...]

'''AMVSSITATVS''', "habet formam Participii ex" Amussito. Plaut. Mil. 3, 1, 38 Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles, "i. quasi ad regulam facta, numeris omnibus absoluta."

'''AMVSVS''', [ἄμουσος] "Inelegans, indoctus, et" a musis "alienus." Vitruu. 1, 1 Nec musicus, vt Aristoxenus: sed non amusos. "Vid." Symmach. Epist. 1, 14. "Vid." Agrestes Musae, "in" MVSAE.

'''AMVSIA''', ae. Si quis melodiis DIS est [ὄνος λύρας, Praesepibus se retineat forensibus, quibus suam delectet ipse amusiam Varr. apud Non. 1, 54 "et" 247.

== AMY ==

'''AMYCLAE''', [Ἀμύκλαι] "Oppidum inter Caietam et Tarracinam, quod silentio pernicioso nobilitatum est." [...]

'''AMYCLAEVS''', Adi. [Ἀμυκλαῖος] "Ita dictus Apollo ob Fanum ei Amyclis dicatum." [...]

'''AMYCVS''', [Ἄμυκος] "Filius Neptuni et nymphae Melies, a Polluce pugilari certamine victus." [...]

'''AMYCTICVS''', a, um. [ἀμυκτικὸς] "Exulcerans, vellicandi vim habens, vt," Amyctica malagmata. [...]

'''AMYDON''', [Ἀμυδὼν] "Paeoniae ciuitas, quae Troianis auxilia misit, vt tradit Homerus." Iuuen. Sat. 3, 69 Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta.

'''AMYGDALA''', ae. [ἀμυγδαλῆ] "Arbor est, cuius fructus" Nux Graeca, "et" Nux Thasia, "et" Amygdala, "siue" Amygdalum "dicitur." [...]

'''AMYGDALVM''', i. n. plur. Amygdala, "pro Fructu." [...]

'''AMYGDALACEVS''', Adi. Plin. 26, 11 Amygdalaceo folio, flore rosaceo, "i. amygdalae folium referenti."

'''AMYGDALEVS''', a, um. Idem. Pallad. de insit. 157 Quin et Amygdaleos subeunt pistacea ramos.

'''AMYGDALINVS''', Adi. [ἀμυγδάλινος] "Id quod est, vel fit ex amygdalis: vt," Amygdalinum oleum Plin. 23, 4. "it." 15, 4. [...]

'''AMYGDALOIDES''', [ἀμυγδαλοειδῆς] Apuleius c. 108. Dioscor. 4, 159. "Herba ex genere tithymali, a similitudine amygdali, quae et Corymbites dicitur, et Platyphyllos a latitudine foliorum."

'''AMYGDALITES''', ae. m. Idem. Plin. 26, 8.

'''AMYLVM''', i. n. "Graece" ἄμυλον "intell." [ἄλευρον, "farina sine molae ope elaborata: quod apparet ex descriptione, quam suppeditat" [...]

'''AMYLO''', are. "Idem quod" Amylum adiicere, amylo obligare Apic. 7, 5 "et" 7, 6. "Conf." 7, 7. "et" 8, 3. "Hinc"

'''AMYLATVS''', a, um. Amylo confectus, vt Isicia amylata Apic. 2, 2. Lac amylatum Cael. Aurel. Tard. 2, 13.

'''AMYLATVM''', i. n. Subst. Apic. 2, 2 "in lemmate. Sed intelligitur" Isicium.

'''AMYMONE''', [Ἀμυμώνη] "Fons apud Argos, ab" Amymone "Danai Argiuorum regis filia, appellatus." [...]

'''AMYNTAS''', [Ἀμύντας] Pater Philippi Macedonis Nep. 21, 2, 1. [...]

'''AMYNTICVS''', "Depulsorius, vt," Emplastra amyntica Th. Prisc. 2, 26. "Vid. Reines. Var. Lect." 3, 12 pag. 555. "Nempe" ἀμύνομαι "defendo."

'''AMYNTOR''', Pater Phoenicis, Hom. Il. 9. Ouid. Met. 8, 307. Item 2 Dolopum rector Ouid. Met. 12, 364. "Hinc"

'''AMYNTORIDES''', ae. m. "Phoenix, praeceptor Achillis." Ouid. in Ibin 259.

'''AMYRIS''', [ἀμυρὶς] Genus arboris, ("vt volunt auctore" Hieronymo) quod Latini putantes Myrrham dictum, Vnguentum interpretati sunt. [...]

'''AMYSTIS''', idis. ἀμυστὶς] "Genus potandi, vno tenore, nunquam clauso gutture, magnis poculis;" [μύζειν "est claudere os ad sugendum." [...]

'''AMYTHAON''', onis. [Ἀμυθάων] "Melampodis pater, Crethei filius, Aesonis frater; qui Pyli habitauit, vti tradit Apollodor." [...]

'''AMYTHAONIVS''', [Ἀμυθαόνιος] Prop. 1, 2, 18 Mox Amythaonia nupta futura domo. Amythaonius Melampus Virgil. Georg. 3, 550 "et" Tibull. 4, 1, 120.

== AN ==

'''A. N'''.., "in notis" Ante noctem, Auli Nepos, Argentum nouum. [...]

'''AN [1]''', [εἰ, ἦ, μὴ] "Interrogandi et dubitandi particula, interdum simpliciter interrogat." [...]

'''AN [2]''', "pro" circum "potius" AM "est, quod ante quasdam Consonantes in" An "mutant Grammatici, v. g. in" Anceps, Anfractus, Anquiro, Antermini. [...]

== ANA ==

'''ANAS [1]''', [Ἄνας] "Fluuius Hispaniae, Baeticam a Lusitania diuidens. Vid." Plin. 3, 1 s. 2. et 4, 22. Prudent. Perist. 3, 188 Memorabilis amnis Anas.

'''ANA''', [ἀνὰ] "Vox medica et pharmaceutica," Omnium parem modum, "vt" Celsus 3, 27 "loquitur, indicans." [...]

'''ANABASIS''', [ἀνάβασις] Herbam Equisetum Graeci Hippurin, alii Ephedron, alii Anabasin vocant Plin. 26, 13 s. 83.

'''ANABASIVS''', [ἀναβάσιος] "Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualem Triptolemum fuisse in fabulis legimus, quem semina per orbem sparsurum, Cererisque beneficia annuntiaturum, a dea rapidissimo curru emissum fabulantur." [...]

'''ANABATHRVM''', [ἀνάβαθρον] "Pulpitum, gradus superior, quasi tu ascensorium dicas." Iuuen. Sat. 7, 46 Et quae conducto pendent anabathra tigillo, "de apparatu recitantis Poetae."

'''ANABOLADIVM''', Amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Graeci et Latini sindonem vocant. "Haec" Isid. 19, 25. "Est" Gr. [ἀναβολάδιον, "amiculum."

'''ANABOLICVS''', a, um. [ἀναβολικὸς] "vt" anabolicae species Vopisc. Aurel. cap. 45. "Vid." Salmas. p. 536 "qui obseruat, esse" Embolicas. [...]

'''ANACAMPSEROS''', Herba cuius omnino tactu redeunt amores vel cum odio depositi Plin. 24, 17 s. 102.

'''ANACEPHALAEOSIS''', [ἀνακεφαλαίωσις] "Perorationis s. Epilogi pars est, qua rerum capita summatim repetuntur." [...]

'''ANACES''', um. m. [ἄνακες] s. ANACTES [ἄνακτες] "apud Graecos" regum "nomen: sed speciatim ita vocantur" Dioscuri. [...]

'''ANACHARSIS''', [Ἀνάχαρσις] "Philosophus Scythes, Solonis temporibus, de quo" Cic. Tusc. 5, 90 c. 32 [...]

'''ANACHITES''', [ἀναχίτης] Plin. 37, 4 ad fin. Adamas et venena irrita facit, et lymphationes abigit, metusque vanos expellit a mente, et ob id quidam eum Anachiten vocauere. [...]

'''ANACHORESIS''', [ἀναχώρησις] "Eremus, secessus: vnde" [...]

"Monachi, eremum incolentes, et quicumque procul ab hominibus secesserint," Anachoretae, [ἀναχωρηταὶ, "vocantur." [...]

'''ANACHYLIS''', is. f. "Lat." Consolida Apul. de Herb. c. 59.

'''ANACOENOSIS''', [ἀνακοίνωσις] Communicatio "Latine." Schema est, quum aut ipsos aduersarios consulimus, aut cum iudicibus deliberamus. Iulius Rufinianus p. 26.

'''ANACLASIS''', [ἀνάκλασις] "Reuerberatio, restexio." P. Rutilius Lupus "inter figuras sententiarum" p. 2. [...]

'''ANACLINTERIVM''', [ἀνακλιντήριον] "vel vt editur" ANACLITERIVM, "quasi tu" Reclinatorium "dicas, pluteus ad inclinationem s. angulum, qui placet, ad lectum applicatus et puluinatus." [...]

'''ANACOELIASMVS''', i. m. [ἀνακοιλιασμὸς] "Medicamentum," Cael. Aurel. Tard. 2, 14 n. 213. "quod" Ventrifluum "vocat ibid." n. 194.

'''ANACOLLEMA''', atis. n. [ἀνακόλλημα] "Cataplasma restringens" Veget. Veter. "saepe vtitur, sed scribitur fere" Anacollima. [...]

'''ANACOLVTHON''', i. [ἀνακόλουθον] "Inconsequens. Sic vocant Grammatici vitium orationis, quando non redditur quod superioribus respondeat." [...]

'''ANACREON''', ontis. [Ἀνακρέων] "Poeta Lyricus, ex Teo vrbe Ionum." [...]

'''ANACREONTIVS''', Adi. Ἀνακρεόντιος "vel" [Ἀνακρεόντειος] Quinctil. 9, 4, 78 [...]

'''ANACRISIS''', ἀνάκρισις] "Quaestio" l. Diuus Adrian. 6. D. de custod. et exhibit. reor. Et ideo cum quis [ἀνάκρισιν "id est quaestionem s. inquisitionem" faceret, iuberi oportere venire Irenarchen, et quod scripserit exsequi. [...]

'''ANACTES''', [ἄνακτες] "Vid."ANACES.

'''ANACTORION''', ἀνακτόριον] "Herba, quae notioribus nominibus" [ξιφίον "Graecis, et Latinis" Gladiolus "appellatur" Apul. de Herb. cap. 10 et 78.

'''ANACTORIVS''', a, um. Idem quod Acarnanius. "vt," Anactoria ora Sil. 15, 299 "ab" Anactorea "oppido ad sinum Ambracium, de quo" Plin. 4, 1.

'''ANADEMA''', "vel" ANADESMA, atis. n. "Vtrumque enim reperitur" ἀνάδημα "et" [ἀνάδεσμα] "Fasciae, redimicula, varii generis taeniae, sic vocari possunt." [...]

'''ANADENDROMALACHE''', [ἀναδενδρομαλάχη] "Malua arborescens, quam Galen. 4 Therapeuticae eandem facit cum Althaea. Dicitur et" Hibiscus "apud" Apul. de Herb. cap. 38.

'''ANADIPLOSIS''', f. [ἀναδίπλωσις] "Dici potest Reduplicatio." [...]

'''ANADYOMENE''', [Ἀναδυομένη] "Emergens." [...]

'''ANAEA''', "vel" ANAITIS, Regio Armeniae Plinio 5, 24 s. 20. [...]

'''ANAITICVS''', lacus in Asia circa "quem" probatiores calami nascuntur Plin. 16, 36 s. 64.

'''ANAGALLIS''', idis. f. [ἀναγαλλὶς] "Herba, de qua" Plin. 25, 13 s. 92 [...]

'''ANAGALLICVM''', "aliquoties legitur apud" Vegetium Veterinarium. "Sed nemo, quid sit explicat." [...]

'''ANAGLYPHA''', "vel" ANAGLYPTA, orum. n. [ἀνάγλυφα, ἀνάγλυπτα] "dicuntur Vasa aspera, caelaturis eminentibus, inaequalibusque." [...]

'''ANAGLYPHARIVS''', i. "Caelator." Opifices, serui argentarii, laboriosi, anaglypharii Scholiast. Iuuenal Sat. 9, 145.

'''ANAGLYPTICVS''', a, um. "i. e. Caelatus." Sidon. Epist. 13, 9 Geruli caput plicantes anaglyptico metallo.

'''ANAGNIA''', Ἀναγνία Ptolemaeo] Ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius sorore Augusti contemta, et Cleopatra in vxorem ducta, monetam feriri iussit. [...]

'''ANAGNINVS''', a, um. Adi. Plin. 3, 5. Cic. Att. 12, 1. "et" 15, 26.

'''ANAGNOSTES''', ae. m. [ἀναγνώστης] "Lector, seruus ad praelectiones in cibo aut alias faciendas." [...]

'''ANAGNOSTICVM''', i. "Medii aeui vocabulum, pro scripto l. epistola." Anagnostici sidem secutus Ennod. Ep. 1, 4. "Add." Ep. 8, 5. "et C. du Fresne Gloss."

'''ANAGOGE''', es. f. [ἀναγωγὴ] Recessus subtilis, siue Excelsa, aut superior intelligentia. Figura, quasi Subductio, quum sensus ad altiora tollitur. Hieronym. in prol. Nahum. "Hinc"

'''ANAGOGICA''', [ἀναγωγεκὰ] "Mystica sunt, quae hominem mortalem sublimia diuinaque meditando in caelum subuehunt." [...]

'''ANAGRAMMA''', atis, "et" ANAGRAMMATISMVS, i. m. "Ingeniosa permutatio, vel transpositio literarum, in vna pluribusue dictionibus, vnde alia sententia generatur. vt" Laudator "per Anagram." Adulator. [...]

'''ANAGRAPHE''', [ἀναγραφὴ] "Perscriptio." Vlpian. in l. vlt. D. de reb. authorit. iudic. poss. Anagraphen "vocat, quod alibi" Inuentarium, "et" repertorium, "et" synopsin "appellat."

'''ANAGYROS''', "vel" ANAGYRIS, [Ἀνάγυρις] "Herba," quam alii acopon vocant, fruticosa est, grauis odore, flore oleris "etc." Plin. 27, 4 s. 13 [...]

'''ANAITIS''', "vid. paullo ante," ANAEA.

'''ANALECTA [1]''', orum. n. [ἀνάλεκτα] "Reliquias sub mensa interpretantur, quae, quod colligi debeant, id sint sortitae nomen." [...]

'''ANALECTA [2]''', vel ANALECTES, [Gr. [Ἀναλεκτὴς] "Seruus, cuius ministerium tollere mensarum reliquias, quod in media etiam coena fieri, tum res ipsa monet, tum descriptio" coenae Nasidieni "apud" Hor. [...]

'''ANALECTRIDES''', [ἀναλεκτρίδες] "dici putant, quibus e xylino," [...]

"lino, vel quauis materia, puellae tanquam puluillis constipant scapulas prominentes, vt videri habitiores possint."

'''ANALEMMA''', [ἀνάλημμα] est ratio conquisita Solis cursu, et vmbrae crescentis, a brumae obseruatione inuenta, e qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inuentus effectus in mundo. Vitruu. 9, 4. [...]

'''ANALIMOTICVS''', a, um. [ἀναλιμωτικὸς] "Famem pellens; ve" Cibi analimotici Th. Prisc. 2, 24.

'''ANALOGIA''', ae. [ἀναλογία] "Proportio." [...]

'''ANALOGVS''', a, um. [ἀνάλογος] "Proportione respondens." [...]

'''ANALOGICVS''', a, um. "vt," Libri analogici, "nempe" Caesaris, "apud" Gellium 4, 16. "i." de Analogia, "illa Grammatica scripti." Senarius analogicus Mart. Capell. 7 p. 240.

'''ANALOGISTA''', [ἀναλογίστης] "Tutor vitiose legebatur olim pro" ANECLOGISTVS. "v. v."

'''ANALYSIS''', [ἀνάλυσις] "Resolutio, Retexio complexionis ad ipsius principia." [...]

'''ANALYTICA''', [ἀναλυτικὰ] Resolutoria: "volumina" s. libri Resolutorii "vt vocat" Boeth. in libr. de interpr. p. 394 fin. [...]

'''ANAMNESIS''', is. f. [ἀνάμνησις] "Figura: Commemoratio eius rei, quam oblitos fuisse nos fingimus. Vid." Isidor. 2, 21. Quinctil. 9, 2.

'''ANANCAEVM''', "Vrnale poculum interpretatur" Turnebus, Aduers. 21, 12. [...]

'''ANANCHITIS''', Gemma: "de qua" Plin. 37, 11 s. 73 [...]

'''ANANTAPODOTON''', [Ἀναντaπόδοτον] "Schema Graecum, Atticae linguae proprium, Oratio scilicet vno membro defecta, cum protasi non respondet apodosis, quam scilicet coniectura adsequi posse videatur auditor vel lector." [...]

'''ANAPAESTVS''', [ἀνάπαιστος] "Pes ex duabus syllabis breuibus, et tertia longa, inuersus Dactylus," s. retroactus, "vt ait" Quinct. 9, 4, 81, "vt" Veneri. [...]

'''ANAPAESTVM''', i. n. "pro Genere" carminis. Cic. Tusc. 4, 57 c. 24 [...]

'''ANAPAESTICVS''', Adi. "vt," Anapaesticus versus, "qui constat Anapaestis." [...]

'''ANAPAVOMENE''', [Ἀναπαυομένη] Acquiescens "ad verbum" Plin. 35, 10 s. 36, 19 [...]

'''ANAPAVOMENOS [1]''', [ἀναπαυόμενος] "quiescens" Plin. 35, 10 s. 36, 20 Satyrus hic est, quem Anapauomenon vocant, ne quid desit temporis eius securitati, tibias tenens "inter Protogenis opera. Etiam"

'''ANAPAVOMENOS [2]''', [Ἀναπαυόμενος] "Fons est" Plin. 2, 103 [...]

'''ANAPHALIS''', [ἀναφαλὶς] "Videtur corruptum nomen Herbae, quae" Gnaphalium, et Centunculus "appellatur" Plin. 27, 10 s. 61. "et" 24, 15. s. 88.

'''ANAPHE''', [Ἀνάφη] "Insula est vna Sporadum, inter Therasiam et Astypaleam, quam" Plin. 2, 8 "enumerat inter eas, quae diu aquis tectae tandem emerserunt." Ammian. 17, 7. Ouid. Met. 7, 461.

'''ANAPHORA''', seu EPANAPHORA, [ἀναφορὰ] "Ad verbum," Relatio "est." Ascon. Pedian. in Diuin. in Caec. 3 c. 1 [...]

'''ANAPHORICVS''', a, um. "i. Relatiuus. vt," Prologus anaphoricus, "vid." PROLOGVS. [...]

'''ANAPHYSEMA''', [ἀναφύσημα] Apuleius, De mundo pag. 242. [...]

'''ANAPIS''', [Ἄναπις] "Siciliae fluuius, decem stadiis a Syracusis in mare defluens." [...]

'''ANAPLEROSIS''', is. f. [ἀναπλήρωσις] "Repletio chirurgica. Hinc"

'''ANAPLEROTICVS''', a, um. "vt," Anaplerotica medicamenta, "quae alta vulnera carne complent." Veget. 2, 26, 2.

'''ANAPORICVS''', a, um. [ἀναπορικὸς] "vt," Horologia hyberna anaporica Vitruu. 9, 9. "Sed leg." Anaphorica. "v. v."

'''ANARCHVS''', i. m. [ἄναρχος] Principio carens, "vt" Ambros. lib. Hexaem. "interpretatur."

'''ANARRHINVM''', [ἀνάῤῥινον] "Quod et" ANTIRRHINVM. Plin. 25, 10 s. 80. [...]

'''ANARTES''', ium. m. pl. "Populi Dacis vicini;" Caes. Bell. Gall. 6, 25.

'''ANAS [2]''', atis. f. [νῆττα] Auis a nando dicta, "auctore" Varr. de L. L. 4, 13. [...]

'''ANATICVLA''', Dimin. [νηττάριον] "Parua anas, aut aquatilis auicula, anati forma persimilis, sed multo minor." [...]

'''ANATINVS [1]''', Adi. denom. [νηττινὸς] Plaut. Rud. 2, 6, 49 [...]

'''ANATARIVS [1]''', Adi. Vet. Gloss. Νηττοφύλαξ Anatarius, "i. Custos anatum." Item, Anataria aquila, "quae anates circa lacus venatur" Plin. 10, 3 "Aeliano" [νηττοφόνος.

'''ANAS [3]''', "pro Fluuio, vid."ANA.

'''ANASCEVE''', es. f. ἀνασκευὴ] "Destructio rei propositae, cui opponitur" Catasceue. "vid." Isidor. 2, 12. "et" Quinctil. 2, 4, 18 Opus destruendi confirmandique narrationes, quod [ἀνασκευὴ et κατασκευὴ vocatur. [...]

'''ANASTASIS''', is. f. [ἀνάστασις] "Resurrectio." Lactant. 7, 23, 2 De anastasi Philosophi quoque dicere aliquid conati sunt. Anastasin mortuorum futuram esse consentiunt Id. ib. n. 5.

'''ANASTOMOSIS''', f. [ἀναστόμωσις] "Sanguinis per sputum reiectio, quae fit" alicuius venae ore patefacto Cels. 4, 4, 5 [...]

'''ANASTOMOTICA''', Cels. 5, 18, 25 [...]

'''ANASTROPHE''', es. f. [ἀναστροφὴ] "Inuersio dicitur." [...]

'''ANATARIVS [2]''', "vid." ANAS.

'''ANATHEMA [1]''', atis. n. [ἀνάθημα] "Donarium, quod dicatum diis, suspenditur in parietibus et columnis templi:" [...]

'''ANATHEMA [2]''', atis. [ἀνάθεμα] Anathemata, "dicti sunt Homines sacri, quorum capita diis inferis dicata sunt, et deuota: quemadmodum etiam Latini veteres" SACRVM "etiam in malum sensum vsurpabant." [...]

'''ANATHEMATIZARE''', [ἀναθεματίζειν] "Deuouere, detestari." Hieron. Epist. 75. [...]

'''ANATHYMIASIS''', is. f. [ἀναθυμίασις] "Vapor et exhalatio." [...]

'''ANATINVS [2]''', "vid." ANAS.

'''ANATOCISMVS''', i. m. [ἀνατοκισμὸς] "Est Vsurae anniuer saria renouatio, et quas vsuras vsurarum vocant." [...]

'''ANATOLE''', [ἀνατολὴ] "Locus vnde exoritur sol, et Ipse solis exortus: hinc item" vna Horarum "apud" Hyginum Fab. 183.

'''ANATOME''', [ἀνατομὴ] Incisio "Latinis dicitur, vt" Celso. [...]

'''ANATOMICE''', es, et ANATOMICA, ae. f. Macrob. Saturn. 7, 15 Plato nec anatomica quae Medicinae propria est, abstinuit.

'''ANATOMICI''', "Anatomes periti." Macrob. Saturn. 7, 13 Sed libris anatomicorum postea consultis, verum reperi. Ammian. 28, 26.

'''ANATONVS''', a, um. [ἀνάτονος] "Sursum tendens." Vitruu. 10, 15 Si capitula altiora, quam erit latitudo, facta fuerint, quae Anatona dicuntur "etc."

'''ANAVROS''', [Ἄναυρος] "Fluuius Thessaliae, quasi absque aura dictus." [...]

'''ANAVSIS''', [Ἄναυσις] "Alanorum Heniochorumque rex, procus Medeae." [...]

'''ANAXAGORAS''', [Ἀναξαγόρας] "Clazomenius philosophus, physicus, de quo" Val. Max. 8, 7 "extr." 6 [...]

'''ANAXARCHVS''', [Ἀνάξαρχος] Philosophus Abderita, sectator Democriti, "de quo" Cic. Tusc. 2, 52 c. 22 [...]

'''ANAXARETE''', [Ἀναξαρέτη] "Puella Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, et regia stirpe superba, quam quum Iphis, infimae sortis iuuenis perditissime amaret, et ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia, sese ad fores eius suspendit: cuius funus quum Anaxarete siccis immotisque oculis intueretur, in saxum est conuersa." [...]

'''ANAXILAVS''', [Ἀναξίλαος] Messenius, qui Messanam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. [...]

'''ANAXIMANDER''', [Ἀναξίμανδρος] "Eiusque auditor"

'''ANAXIMENES''', [Ἀναξιμένης] "Physici inter antiquissimos, quorum sententias memorat" Cic. Ac. 4 c. 37. "et" de N. D. 1, 10.

'''ANAZETESIS''', is. f. "Herba." Apul. de Herb. c. 59.

== ANC ==

'''ANCAESA''', Dicta sunt ab antiquis Vasa, quae Caelata appellamus: quod circumcidendo talia fiant. Ipsum quoque Caelare verbum eadem causa est dictum, d, litera cum l, permutata. "Haec" Festus.

'''ANCAEVS''', [Ἀγκαῖος] "Argonautarum vnus, aut duo potius hoc nomine." [...]

'''ANCALE''', es. f. [ἀγκάλη] "Poples." Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 3 Ad ancalen perueniens atque suram. "It." Ex talo atque ancala sanguinem detraxerunt Id. ib. 23.

'''ANCARIA''', "vel" ANCHARIA "potius," Aesculanorum, ("al." Aesulanorum, "al." Ascul.) Dea "laudatur" Tertull. Apol. c. 24. [...]

'''ANCEPS''', ipitis. ἀμφιδέξιος, ἀμφίστομος, Anceps, [ἀμφίσβῆτον, ἀμφήριστον, δικέφαλος, Gloss. Vet. Ancipites, [ἀμφίβολοι Ibid.] " Adi. a" Capite "diriuatum." [...]

'''ANCHARIVS''', "vid." ANCARIVS.

'''ANCHATES''', "Nomen ducis in exercitu Persae contra Aeetem Colchorum regem, fratrem Persae." Valer. Argon. 6, 132 Doctus et Anchates, patulo vaga vincula gyro Spargere, et extremas laqueis adducere turmas.

'''ANCHEMOLVS''', [Ἀγχέμολος] Rhoeti Marrubiorum regis filius fuit; qui cum Casperiae nouercae stuprum intulisset, a patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. [...]

'''ARO''', are. [ἀρόω, ἀροτριάζω] "terram aratro vertere et proscindere." Arare mauelim, quam sic amare Plaut. Merc. 2, 3, 21. [...]

'''ARANS''', ntis. Aranti L. Quinctio Cincinnato nunciatum est, eum dictatorem esse factum Cic. de Sen. c. 16.

'''ARATVS [2]''', Partic. [ἠροτριωμένος] "vt," Arati agri Ouid. Met. 7, 122. Arata terra Ouid. Fast. 1, 703.

'''ARATVRVS''', Partic. Tibull. 1, 11, 46 Interea pax arua colat, pax candida primum Duxit araturos sub iuga curua boues.

'''ARATIO''', onis. f. [ἄρωσις] "Actus arandi, et ager, qui aratur. Vt" Segetum arationumque percipere vsum Colum. Praef. p. 8. [...]

'''ARATVS [3]''', ûs. Idem. Dict. Cret. de Bell. Troi. 2, 41 Vtraque pars aratui insistere, serere frumenta.

'''ARATIVNCVLA''', ae. Dimin. [ἀροσίδιον] Plaut. Trucul. 1, 2, 46 Male vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia apud vos.

'''ARATOR''', oris. m. [ἀροτρεὺς] "Qui terram arat, vel ipse sua manu, vel per alios." [...]

'''ARATORCVLVS''', i. " Diminut." Cathol.

'''ARABILIS [2]''', e. [ἀροτὸς] "Quod arari potest." Plin. 17, 5 Contra, in Byzacio Africae illum centena et quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum siccus est, arabilem tauris.

'''ARATORIVS''', Adi. "vt," Bos aratorius Cod. Theod. L. 1 de Pign. "Add." Cod. Iust. 8, 17, 7.

'''ARATRO''', "vel" ARTRO, are. [ἀροτριάζομαι] "Quasi" Arando "iterare: quod est, Segetes iam natas rursus arando proscindere." [...]

'''ARATRVM''', i. [ἄροτρον] "Instrumentum, quo aratur." Virg. Aen. 7, 539 [...]

'''ARATER''', "pro aratro." Secundum legem D. Augusti QVA FALX ET ARATER IERIT Hygin. de Limit. pag. 204. "Add." pag. 192 "et alibi."

'''ARATRIFRANGIS''', "vel" aratrifragi, "vermiculus, vid." Plin. Valer. 1, 22 "et" 54. Reines. Var. Lect. 1, 16 "et" 3, 4.

'''AROMATA''', [ἀρώματα] "In plurali" ("nam" Aroma "raro dicitur") "quarundam herbarum fructus, odoris et saporis acris, nec tamen ingrati," Columel. 12, 20, 4 [...]

'''AROMATICVS''', Adi. [ἀρωματώδης] "Quod odorem aromatum babet." [...]

'''AROMATITES''', ae. m. [ἀρωματίτης] "Gemmo, quae in Arabia eignitur: ita dicta, quod myrrbae colorem et odorem habeat." [...]

'''AROMATIZO''', are. Vulgata Sirac. 24, 20 Balsamum aromatizans, "i. aromata olens."

'''ARON''', vel AROS, i. [ἄρον] "Bulbi genus." [...]

== ARP ==

'''ARPINVM''', [Ἀρπῖνον] "Oppidum Volscorum in Latio, quod M. Ciceronis et C. Marii natalibus gloriatur: ex quo Arpinates hodie ob honorem tanti municipis tres literas," M. T. C. "pro signo publico conscribunt." [...]

'''ARPINAS''', atis. Adi. [Ἀρπινάτης] Cic. de Lege Agrar. 3, 8 c. 2 Meus paternus auitusque fundus Arpinas. [...]

'''ARPINVS''', "aliud Adi. vt" Arpinae chartae, "i. Scripta Tulliana" Martial. 10, 19.

== ARQ ==

'''ARQVATVS''', ARQVITENENS, ARQVITES, ARQVVS, "vid." ARCVS.

== ARR ==

'''ARRA''', "vid." ARRHA.

'''ARRECTARIVS [1]''', "vid." ARRIGO.

ARREPO, ARREPTO, "vid." ADREPO.

'''ARRHA''', "et" ARRA, ae. [ἀῤῥαβὼν] "est, Quod pretii numerandi quasi pignus datur." [...]

'''ARRALIS''', e. "Ad arram pertinens." Dioclet. l. 3 C. de Act. emti et vend. Ex arrali pacto.

'''ARRHABO''', s. ARRABO, onis. m. [ἀῤῥαβὼν] "Idem fere quod" Arrha. [...]

'''ARRHENICVM''', [ἀῤῥενικὸν] "Quod alias" ARSENICVM. Plin. 28, 15 s. 60 "vbi vid. Harduin. et Salmas." p. 812 b, A.

'''ARRHENOGONON''', i. n. [ἀῤῥενογόνον] "Herba," Satyrii genus Plin. 26, 10 s. 63. "Est" et Thelygonon, "quasi illud ad mares, vt hos ad feminas generandas, aliquid faceret."

'''ARRHETOS''', i. "Aeon haereticorum." Tertull. adu. Valent. c. 35. Gr. [ἄῤῥητος, "ineffabilis."

'''ARRIDEO''', isi, isum, ere. [προσγελάω] s. ADRIDEO. "Versus aliquem, et quidem blandiendi causa, ridere, in primis ridente alio suum risum quasi addere." [...]

'''ARRISIO''', onis. f. Auctor ad Herenn. 1 c. 6 Interpellatio et arrisio.

'''ARRISOR [1]''', oris. m. Sen. Epist. 27 Stultorum diuitum arrosor et arrisor.

'''ARRIGO''', exi, ectum, ere. [ἵστημι, ὀρθόω] "ex" Ad, "et" Rego "compositum; significat idem, quod" Erigere. [...]

'''ARRECTVS''', Partic. [ὀρθοστατὸς] Arrectaeque horrore comae Virg. Aen. 4, 280. [...]

'''ARRECTARIVS [2]''', Adi. [ὀρθοστάσιος] "Idem fere quod arrectum. vt," Asser arrectarius "in craticio pariete, cui opponitur" Transversarius. [...]

'''ARRIPIO''', ui, eptum, ere. [προσαρπάζω] "Quasi" ad "se" rapere, "cum impetu quodam et violentia accipere." [...]

'''ARREPTVS''', a, um. Cultro arrepto Liu. 3, 48. [...]

'''ARREPTITIVS''', a, um. Vulgata Ierem. 29, 26 "vbi fanaticum," [θεόληπτον, "significare videtur."

'''ARRISOR [2]''', "vid." ARRIDEO.

'''ARRODO''', "s." ADRODO, si, sum, ere. [ἐπιβιβρώσκω] "Rodendo aliquid aggredi, Rodere incipere." [...]

'''ARROSVS''', Partic. "vt," Semina arrosa condunt formicae Plin. 11, 30. Id. 11, 37 s. 85 Plerisque animalium est pinguitudo sine sensu: quam ob causam sues spirantes a suibus tradunt arrosas.

'''ARROSOR [1]''', oris. m. Sen. Epist. 27 [...]

'''ARROGO''', are. [περιποιέομαι, ἀλαζονεύομαι] "Plerumque significat, aliquid temere sibi tribuere." [...]

'''ARROGANS''', [ἀλαζὼν] "Qui sibi aliquid temere atque insolenter tribuit" Caes. Bell. Ciuil. 3, 1 [...]

'''ARROGANTER''', ius, issime. Adu. [ἀλαζονικῶς] Cic. de Orat. 2, 352 [...]

'''ARROGANTIA''', ae. f. [ἀλαζονεία] "Illa magna de se opinio, per quam temeritas atque impudentia vanam sibi comparat auctoritatem." [...]

Caes. Bell. Ciuil. 1, 85

'''ARROGATIO''', onis. f. "Adoptionis species." Gell. 5, 19 "quem dedimus in" ARROGO "n." 3. §. 1 Institt. de Adopt. L. 15 "et" 17 ff. de Adopt. "Conf." ib. l. 19.

'''ARROGATOR''', oris. m. "Qui sic adoptat." l. 15 Digest. de adopt.

'''ARROSOR [2]''', "vid." ARRODO.

'''ARRVGIA''', ae. [ἀῤῥουγία] "Cuniculus subterraneus, quo extrahitur aurum." [...]

== ARS ==

'''ARS''', artis. f. [τέχνη] "Agendi rationem exercitatione, vel praeceptis firmatam notat." [...]

'''ARTICVLA''', ae. Dimin. Cathol.

'''ARTIFEX [1]''', icis. [τεχνίτης, δημιουργὸς] "Qui artem aliquam exercet." Quinctil. 2, 14, 5 [...]

'''ARTIFICIVM''', i. n. [τέχνη] "Ars, et opus artis." Caes. Bell. Gall. 7, 29 [...]

'''ARTIFICINA''', ae. In qua artes exercentur Isidor. Gloss. "vt" Officina.

'''ARTIFICIOSVS''', a, um. [ἔντεχνος, τεχνικὸς] "Qui aliquid via quadam et arte facit." [...]

'''ARTIFICIOSE''', Adu. [ἐντέχνως, τεχνικῶς] Cic. de Orat. 1, 186 c. 41 [...]

'''ARTIFICIALIS''', e. [τεχνικὸς] "Quod arte factum est." Quinctil. 5, 1, 1 Probationes artificiales. "Vid." 5, 9, int.

'''ARTIFICIALITER''', Adu. [τεχνικῶς] Quinctil. 2, 17, 42 Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

'''ARTITVS [1]''', a, um. Bonis artibus instructus, Fest. [Πάντεχνος, δαίδαλος, Gloss. Lat. Gr. "Ap." Plaut. Asin. 3, 2, 19 [...]

'''ARTISTA''', ae. "Pro artifice, barbarum." Voss. de Vit. 3, 1 p. 374. Borrich. Cogit. p. 25.

'''ARSACES''', [Ἀρσάκης] "Postremus Persarum ex Parthis rex, a quo omnes Persidis reges postea" Arsacidae "dicti sunt." [...]

'''ARSACIVS''', Adi. [Ἀρσάκιος] Martial. 9, 35 Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula. "Nempe" Pacorus, "Parthorum rex. Conf." Claud. Cons. Hon. 4, 216 Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras.

'''ARSELLA''', ae. "Herba, al. Argemonia." Apul. de Herb. c. 31.

'''ARSENICVM''', [ἀρσενικὸν] "Genus est pigmenti lutei, de quo locus classicus" Plin. 34, 18 s. 56. [...]

'''ARSENOGONON''', [ἀρσενόγονον] "Herba ferens semen testibus simile, ita dicta, quod vino, in quo macerata est, epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono, feminae." Plin. 26, 15 s. 91.

'''ARSEVERSE'''. Auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua "Arse," Auerte: "Verse," Ignem constat appellari. Vnde Afranius ait, Inscribat aliquis in ostio, ARSEVERSE. Festus.

'''ARSINEVM'''. Ornamentum capitis muliebris, Festus. [...]

'''ARSIS''', is. f. [ἄρσις] "Latine dicitur Eleuatio." [...]

== ART ==

'''ARTEMEDIVM''', i. "Al. Dictamnus, herba." Apul. de Herb. cap. 62.

'''ARTEMIS''', [Ἄρτεμις] Diana (siue Luna est) sic dicta, quasi [ἀεροτομὶς, id est aerem secans, Macrob. Saturn. 7, cap. vlt. "Hinc"

'''ARTEMISIA''', [ἀρτεμισία] "Herba, de qua sic" Plin. 25, 7 s. 36 [...]

'''ARTEMON''', onis. m. [ἀρτέμων] "Velum paruum, de quo" Isid. 19, 3 [...]

'''ARTERIA''', ae. f. [ἀρτηρία] "Iter, qua spiritus in animalibus commeat, quam dictam" [ἀπὸ τοῦ τηρεῖν τὸν ἀέρα, a seruando aerem "volunt." [...]

'''ARTERIACVS''', a, um. Arteriaca medicamina Cael. Aurel. Tard. 2, 6. "quae prosunt arteriis. Vid. mox" ARTERIACE. Arteriacus, "Rheumate fauces affectus." Cathol.

'''ARTERIACE''', es. f. [ἀρτηριακὴ] Medicamentum quod et Diacodion vocatur Plin. 20, 19 s. 79 [...]

'''ARTERIOTOMIA''', ae. Cael. Aurel. Tard. 1, 45 "In Cephalaea curanda," Item arteriotomian probant, et vsturam ex cauteriis ferratis duorum digitorum spatio super ipsas venulas effectam.

'''ARTHRICVS''', "vid." ARTHRITICVS.

'''ARTHRISIS''', is. "Idem quod Arthritis" Prudent. Rom. 495.

'''ARTHRITIS''', idis. f. [ἀρθρῖτις] Articularis morbus, "vt explicat" Scribon. 101. [...]

'''ARTHRITICVS''', [ἀρθριτικὸς] "Qui laborat morbo articulari." Cic. Fam. 9, 23 Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. "Alia exemplaria habent" Arthricum.

'''ARTICVLVS [1]''', ARTICVLATIM, "etc. vid."ARTVS.

'''ARTIFEX [2]''', ARTIFICIVM, "etc. vid."ARS.

'''ARTIO''', iui, ire. "pro" Arcto, as, are

, "dixere veteres," Nonius 10, 10 [...]

'''ARTITVS [2]''', Bonis instructus artibus, Festus. "Itaque de eo diximus sub" ARS. "Fundus videtur" Plaut. Asin. 3, 2, 19 [...]

'''ARTOCOPVS''', i. [ἀρτοκόπος, ἀρτοποιὸς] "Latine" Pistor "dicitur." Iuuen. Sat. 5, 72 [...]

'''ARTOCREAS''', atis. [ἀρτόκρεας] "Cibus pane et carne constans." Visceratio Gloss. Steph. "quorsum conuenit" Pers. Sat. 6, 50 -- oleum, artocreasque popello Largior: an prohibes?

'''ARTOLAGANVS''', i. m. [ἀρτολάγανος] "Genus panis delicati, ab" [ἄρτος, "panis: et" [λάγανον, "placenta." [...]

'''ARTOPTA''', ae. [ἀρτόπτη] "Clibanus, sub quo panis coquitur. ab" [ἄρτος, "panis, et" [ὀπτάω, "coquo, asso, torreo." [...]

'''ARTOPTICIVS''', Adi. "Vt," Panis artopticius, "Tostus in artopta vase." Plin. 18, 9 s. 20 [...]

'''ARTOTROGVS''', i. "Parasiti nomen apud" Plaut. Mil. 1, 1, 9 "ab" [ἄρτος, "panis, et" [τρώγω, "comedo."

'''ARTOTYRA''', ae. "Panis cum caseo." Hinc dicti

'''ARTOTYRITAE''', "Haeretici, in S. Eucharistia panem et caseum dispensantes." Epiphan. "et" Augustin.

'''ARTRO''', "vid." Aratro, in ARO, aras.

'''ARTVO''', are. "Ab" Artus "fit, a quo" Deartuo, "quod est per artus diuido. Hinc etiam"

'''ARTVATVS''', Partic. "Per artus discerptus et laceratus." [...]

'''ARTVATIM''', Adu. "Per singulos artus." Firmic. 7, 1 [...]

'''ARTVOSVS''', a, um: "pro robusto;" Apuleius "habere dicitur Ridero."

'''ARTVS''', uum, ubus. m. pl. [μέλος] "Partes sunt corporis inter iuncturas connexae." [...]

'''ARTICVLVS [2]''', i. Dimin. [ἄρθρον] "Parui artus, praecipue quidem digitorum, sic vocantur, vt videbimus: sed tamen et alii." [...]

'''ARTICVLARIS''', e. [ἀρθριτικὸς] "Quod ad articulum pertinet: vt," Articularis morbus Plin. 21, 21 "et" 20, 17. [...]

'''ARTICVLARIVS''', Adi. [ἀρθριτικὸς] "Idem." Articularius morbus Cato R. R. 157, 7. [...]

'''ARTICVLATIM''', Adu. [κατ᾽ ἄρθρους] "Per singulos articulos." Cic. de Natur. Deor. 3 c. 26 [...]

'''ARTICVLATE''', Adu. [κατ᾽ ἄρθρον] Idem. Gell. 5, 9 [...]

'''ARTICVLO''', are. [ἀρθροῦν] "Vt," Articulare voces, "i. distincte formare, et figurare per quaedam quasi membra." [...]

'''ARTICVLATIO''', onis. f. [ἄρθρωσις] Plin. 16, 25 s. 41 [...]

'''ARTICVLATOR''', oris. [μελοκόπος, Gloss. Lat. Gr.] "Forte qui in frusta et articulos dissecat."

'''ARTICVLOSVS''', a, um. [ἀρθρώδης] "Plenus articulis." Plin. 24, 16 [...]

'''ARTICVLAMENTVM''', i. n. "Articulus, iunctura." [...]

== ARV ==

'''ARVALES''', [Ἀρουραῖοι] "Fratres, qui fuerint, doceamus verbis" Gell. 6, 7 [...]

'''ARVEHO''', "pro" ADVEHO. Boues aruehant ligna, fabalia, frumentum Cato R. R. c. 138. Trapetum vbi aruectum erit Id. c. 135. "Vid." AR "pro" AD.

'''ARVGA''', ARVIGA, "s." HARVGA, HARVIGA, HARIGA, "hostia est." Festus, Haruiga dicebatur hostia, cuius adhaerentia inspiciebantur exta. [...]

'''ARVIGNVS''', Adi. "Arietinus," ab Aruiga apud Varr. "vt modo dictum."

'''ARVINA''', ae. [λίπος] Durum pingue inter cutem et viscus secundum Sueton. in lib. de Vitiis corporalibus. [...]

'''ARVINVLA''', ae. Diminut. Cathol. "Hinc contractum" ARVILLA, "pro quo" ARBILLA "apud" Festum "hodie legitur. Huc pertinet illud Hesychii," [Ἀρβίνη, κρέας, "(legunt viri docti" [στέαρ) [σικελοί.

'''ARVISIVM''', Ἀριουσία χώρα Strab.] "Promontorium est insulae Chii, in quo, teste" Plin. 14, 7 [...]

'''ARVNCVS''', i. m. [ἤρυγγος] Villus mento caprarum dependens Plin. 8, 50. [...]

'''ARVNDO''', "s." HARVNDO, inis. f. [κάλαμος, δόναξ] "Calamus, Aquaticus frutex, omnibus notus." [...]

'''ARVNDINARIVS''', "opificii nomen vid." Inscr. "Reines." 11, 27.

'''ARVNDINEVS''', Adi. [καλάμινος] "Quod est ex arundine" Plin. 10, 29 Addita in transuersas labias fronde arundinea Virg. Georg. 4, 265 Arundinei canales. Silua Virg. Aen. 10, 709.

'''ARVNDINACEVS''', Adi. [καλαμοειδὴς] "Similis arundini. vt" Plin. 18, 7 Frumentis folium arundinaceum, fabae rotundum, et magnae leguminum parti.

'''ARVNDINETVM''', i. n. "Locus consitus arundinibus." [...]

'''ARVNDINOSVS''', Adi. [καλαμώδης] "vt Loci epitheton, Arundinibus abundans" Catull. 37, 15 Quaeque Ancona, Cnidumque arundinosam Colis.

'''ARVNDIFER''', Adi. [δονακοφόρος] "Arundines ferens" Ouid. Fast. 5, 637 Thybris arundiferum medio caput extulit alueo.

'''ARVNDVLATIO''', onis. "Est, vbi vitium rami suppositis arundinibus fulciuntur. Vid." Varr. R. R. 1, 8, 3.

'''ARVNDINO''', are: "vnde" SVBARVNDINO "descendit, inusitatum."

'''ARVNGVS''', "Deus." Gell. 5, 12 [...]

'''ARVO''', as. "vid." ARVVM.

'''ARVRA''', ae. f. [ἄρουρα] "Ager satus, seges." Marcellus Emp. c. 8 Segetes Graeci Aruras vocant. Caper de Orthogr. p. 2246 Putsch. Filix, quam credo ita dictam, quod sit minus felix arurae.

'''ARVSPEX''', "vid." HARVSPEX.

'''ARVTAENA''', ae. f. "Latine trulla vocatur. Fest. it." Charis. 1 p. 95. "Conf. Reines. V. L." 2, 14 p. 239. "Est" Gr. [ἀρύταινα, "haustrum." Artenam "etiam vocari ait" Festus, "et ab" hauriendo appellatam.

'''ARVVM''', i. n. [ἄρουρα] "ab arando dicitur." Festus Aruum dicimus agrum necdum satum. [...]

'''ARVVS''', Adi. "Legitur apud antiquos, qui aratur," Plaut. Truc. 1, 2, 47 [...]

'''ARVICOLA''', ae. m. Metelli "est scriptoris saec." XII. Quirin. Vol. 2.

== ARX ==

'''ARX''', arcis. f. [ἀκρόπολις, ἄκρα] "dicta est auctore" Varrone de L. L. 4, 32 [...]

'''ARCICVLA''', ae. " Diminut." Cathol.

'''ARCVBIAE [2]''', arum. "Qui excubias agebant in arce." Fest.

== ARY ==

'''ARYTENAM''', "siue" ARTENAM, Vas ab hauriendo sic appellabant. Festus. "Est" ἀρύταινα "haustrum."

== AS ==

"In Notis apud Vrsatum" A. S. Actio Sua. [...]

'''AS''', "vel" ASSIS, assis. m. "Videtur prima notione vnum significare." [...]

'"ASSARIVS [1]'", i. "Idem qui" AS "vel" ASSIS. [...]

'''ASSIPONDIVM [1]''', i. n. "Pondus vnius Assis." Varro de L. L. 4, 36 p. 40, 21 Dupondius a duobus ponderibus, quod vnum pondus Assipondium dicebatur. Id ideo, quod As erat librae pondus.

== ASA ==

'''ASA''', "Apud antiquissimos" Ara "dicta est. vid." Gell. 4, 3. "et" Macrob. Saturn. 3, 2.

'''ASAROTON''', i. n. [ἀσάρωτον] "Pauimenti genus sic dictum," [ἀ, "et" [σαίρω, "quod est Verro." [...]

'''ASAROTICVS''', Adi. Sidon. Carm. 23, 57 -- aureasque Portas exornas asaroticis lapillis. "Vid. Sirmond."

'''ASARVM''', i. [ἄσαρον] "Herba, de qua sic" Plin. 12, 13 [...]

== ASB ==

'''ASBESTINVM''', i. n. [ἀσβεστινὸν] "Genus est lini, quod ignibus non absumitur." [...]

'''ASBESTOS''', [ἄσβεστος] "Gemma, quae" in Arcadiae montibus nascitur, coloris ferrei Plin. 37, 10 s. 54.

'''ASBOLVS''', ἄσβολος] "Canis nomen." Quid. Met. 3, 218 Et niueis Leucon, et villis Asbolus atris. "Nempe" [ἄσβολος "dicitur Fuligo."

== ASC ==

'''ASCALABOTES''', [ἀσκαλαβώτης] "Animal venenatum, ex genere stellionum." [...]

'''ASCALABOTIVM''', " Diminut. Turnebus legebat" Catul. 50 Dii magni ascalabotium disertum. "Al." Salaputium, Salicippium "etc."

'''ASCALAPHVS''', [Ἀσκάλαφος] "Acherontis filius et Orphnes nymphae Auernalis: postea in bubonem mutatus. Fabulam vide apud" Ouid. Met. 5, 539.

'''ASCALIA''', ae. f. [ἀσκαλία] "In cacto" teneritas similis cerebro palmae Plin. 21, 16 s. 57.

'''ASCALONIA''', ae. "Cepae genus, ab" Ascalone, "oppido Iudaeae, nominata" Plin. 19, 16.

'''ASCALPO''', "s." ADSCALPO, ere. Adscalpens aurem dexteram Apul. Met. 6 p. 176.

'''ASCANIVS''', [Ἀσκάνιος] "Aeneae filius ex Creusa, regis Priami filia, fugae laborumque in quaerendo regno socius, teste" Virg. Aen. 1, 646. [...]

'''ASCAVLAE''', [ἀσκαῦλαι] "Tibicines, quorum armamentum musicum imitatur vtriculum: Latine" Vtricularios "diceres." [...]

'''ASCENDO''', "vel" ADSCENDO, di, sum, ere. [ἀναβαίνω, ἄνειμι, ἀνέρχομαι] Ad "aliquid" scandere. [...]

'''ASCENDENS''', ntis. Machina Vitr. 10, 19. "i. qua murus ascenditur."

'''ASCENDENDVS''', a, um. Mons erat ascendendus Caes. B. C. 1, 79.

'''ASCENSVRVS''', Partic. [ἀναβησόμενος] Tibull. 4, 1, 12 Quin etiam Alcides deus ascensurus Olympum.

'''ASCENSVS [1]''', a, um. Ne, precor, ascensis tanti sit gloria Bactris Propert. 4, 3, 62.

'''ASCENSVS [2]''', ûs. m. [ἀνάβασις] "Ascendendi actus." [...]

'''ASCENSIO''', onis. f. "Idem." Cic. de Clar. Orat. 137 [...]

'''ASCENSOR''', oris. Hieron. contra Rufin. L. 1 "extr." Ascensor montis dominici. Theodulf. Carm. 2, 331 "ad Christum in historia diei Palmarum," Tu pius ascensor, tuus et nos simus asellus.

'''ASCENSIBILIS''', e. Cael. Aurel. Tard. 3, 1 Ascensibili itinere gradiantur, "i. ascensu arduo, aduerso cliuo vel scalis."

'''ASCETERIA''', [ἀσκητήρια] "Vocantur Monasteria in codice Iustiniani, verbo" [ἀσκῶ, "quod est Mentem exerceo in contemplatione rerum divinarum. Vid. v. g." Cod. 1, 3, 35.

'''ASCIA [1]''', "appellantur" Loca Indiae, in quibus vmbrae non sunt, Septentrioque non conspicitur, nec horae dinumerantur Plin. 2, 73.

'''ASCIA [2]''', ae. [ἀξίνη, σκέπαρνον] "Instrumentum fabrorum, quo ligna dolantur, poliunturue." [...]

'''ASCIOLA''', ae. f. Diminut. "habuimus ex" Isid. 19, 19. "Est etiam in" Catholico.

'''ASCIO''', are. [ξύω] "Ascia ferire vel percutere, dolare." Vitruu. 7, 2 Sumatur ascia: et quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. 2 "Vid." ASCISCO n. 2.

'''ASCISCO''', "s." ADSCISCO, iui, itum, ere. [ἐπάγομαι, προσάγομαι, προσκαλοῦμαι] "Sciscendo et decernendo assumere, vel simpliciter assumere, et deligere sibi." [...]

'''ASCITVS [1]''', Partic. [ἐπαχθεὶς] Amitti ciuitatem Rom. alia adscita Nep. 25, 3, 1. [...]

'''ASCITICIVS''', a, um. [ἐπιβληματικὸς] "Ad" Plautum "auctorem referunt, incerta fide."

'''ASCITVS [2]''', "vel" ADSCITVS, ûs. m. "Appetitus." [...]

'''ASCITES''', ae. [ἀσκίτης] "Infimi ventris hydrops," Cum intus in vterum contrahitur aqua Cels. 3, 21.

'''ASCLEPIVS''', i. [Ἀσκληπιὸς] "Aesculapius est. Hinc"

'''ASCLEPIADES''', [Ἀσκληπιάδης] "Quasi tu" Aesculapii "progeniem dicas," Maximus auctor medicinae Scribon. Ep. noster 75. [...]

'''ASCLEPIADEVM''', "Carmen idem est ac Choriambicum;" vt in Hor. Carm. 1, 1 Maecenas atauis edite regibus, "quod exemplum ponit" Diomed. 3 p. 408.

'''ASCLEPIAS''', adis. [ἀσκληπιὰς] "Herba, de qua" Plin. 27, 5 s. 18 folia ederae habet, ramos longos, radices numerosas, tenues, odoratas "etc."

'''ASCLEPION''', Panaces, "herbae genus: sic dictum," quoniam is ("Asclepius" s. "Aesculapius") filiam Panaceam vocauit Plin. 25, 4 s. 11.

'''ASCLEPIA''', orum. "Festum Aesculapii." Pollux 1, 1. "It. Agones ap. Smet. in" Antiqu. Inscriptt. p. 304 "et" 415.

'''ASCLEPIADOTON''', "s." ASCLEPIODOTON, i. "Singulare pharmacum volunt Aesculapii, quo gratiosos suos beat: vid." Tertull. adu. Gent. Apol. c. 23. [...]

'''ASCOPERA''', ae. [ἀσκοπήρα] "Latine dicitur Marsupium, aut sacculus pelliceus: ex" [ἀσκὸς, "quod vtrem, et" [πήρα, "quod peram siue saccum significat." [...]

'''ASCRA''', [Ἄσκρα] "Boeotiae vicus, ad radices montis Heliconis, Hesiodi patria." Ouid. Pont. 4, 14, 31 Intumuit vati non tamen Ascra suo. Inde

'''ASCRAEVS''', Adi. Virg. Georg. 2, 176 Ascraeumque cano Romana per oppida carmen. "i. Hesiodi imitatione, de re rustica." Ouid. Fast. 6, 14 Ascraeae oues, "quas pascebat Hesiodus."

'''ASCRIBO''', "vel" ADSCRIBO, "potius," psi, ptum, ere. [...]

'''ASCRIBENS''', "vel" ADSCRIBENS, ntis. Locum ei adscribens Tertull. adu. Hermog. c. 38.

'''ASCRIPTVS''', Partic. [προσγεγραμμένος] "vt," Adscripta dies literis Cic. Q. Frat. 3, 1. [...]

'''ASCRIPTIO''', onis. f. [προσγραφὴ] Cic. pro Caecin. 95 c. 33 Vt ne longius abeam, declarat ista adscriptio esse aliquid.

'''ASCRIPTICIVS''', a, um. [προσέγγραπτος] "Adscriptus, vel ex genere adscriptorum, quo nouitas quaedam et inferior gradus indicatur." [...]

'''ASCRIPTOR''', "s." ADSCRIPTOR, oris. m. [προσγραφεὺς] "Quae se adscribi patitur, vel potius adscribit, i. adiungit se factioni alterius." [...]

'''ASCRIPTIVVS''', "s." ADSCRIPTIVVS, a, um. [προσέγγραπτος] "Idem qui" Adscripticius. [...]

'''ASCVLA [1]''', ae. f. "Diminutiuum ab" Assis "s." Axis, "i. asser" s. "tignum tenuius, si recte emendauit Is. Vossius" Catullum 17, 3 p. 45 [...]

'''ASCVLVM''', [Ἄσκουλον] "Oppidum est Apuliae memorandum clade illata Pyrrho a Curio et Fabricio, Romanis consulibus, vt late ostendit Plutarch. in vita Pyrrhi. Ab hoc"

'''ASCVLANVS''', Adi. Cicero de Clar. Orat. 169 Barrus Asculanus, cuius sunt aliquot orationes Asculi habitae.

'''ASCYRON''', [ἄσκυρον] Herba eadem est, quae Androsaemon, Plin. 27, 4 "et 5. Vid." ANDROSAEMON. "Eadem dicitur"

'''ASCYROIDES''', is. n. Plin. 27, 5. Dioscor. 3, 163.

== ASD ==

'''ASDRVBAL''', [Ἀσδρούας] Punicum aliquot imperatorum Carthaginiensium nomen. [...]

'''ASELLVS [1]''', "vid." ASINVS.

== ASI ==

'''ASIA''', [Ἀσία] "pri. corr. Tertia pars orbis cogniti, angustiore appellatione latius subinde extensa." [...]

'''ASIVS''', a, um. [Ἄσιος] "Asiaticus." Seruius "quidem in illud" Virg. Aen. 7, 701 [...]

'''ASIACVS''', Adi. [Ἀσιεὺς] "i. e. Asiaticus. Laudatur" Ouid. Met.

12, 588 Ecquid vbi Asiacas casuras adspicis artes. "Sed editur ex MS." vt has iam iam.

'''ASIAGENES''', is. "Cognomen Scipionis, qui Africani frater fuit" Liu. 39, 44. Apoll. Sidon. Carm. 7, 79. "Vid. Gronou. Obss." 4, 25 p. 391 "sqq."

'''ASIATICVS''', Adi. [Ἄσιος] "vt," Asiaticum orationis genus Cic. de Clar. Orat. 325 c. 95 "de Hortensio," Genus Orationis erat Asiaticum, adolescentiae magis concessum, quam senectuti. [...]

'''ASIANVS''', aliud Adi. [Ἀσιανὸς] "Qui est ex Asia, vel in Asia negotium habet." [...]

'''ASIS''', idis. f. "pro" Asiaca "vel" Asia.

'''ASILVS''', i. m. [οἶστρος] "Insecti genus, bubus molestum, de quo" Virg. Georg. 3, 147 [...]

'''ASINVS''', i. m. [ὄνος] "Notum animal, cuius primo elogia quaedam ponemus ex" Colum. 7, 1, 1 sq. [...]

'''ASINA''', ae. f. Ex equo et asina fit hinnus Varro de R. R. 2, 8. [...]

'''ASELLVS [2]''', Dimin. [ὀνάριον] Plin. 17, 5 [...]

'''ASELLA''', ae. f. Ouid. de Arte Am. 3, 290 Vt rudit ad scabram turpis asella molam.

'''ASELLVLVS''', i. m. Arnob. 3 p. 109. [...]

'''ASINARIVS''', a, um. [ὀνηλάτης, ὀνικὸς] "Qui pascit asinos, vel agit etc."

'''ASININVS''', "Aliud" Adi. [ὄνειος, ὀνικὸς] "quod est Asini: vt," Asininus pullus Varro de R. R. 2, 8. Ossa asinina Plin. 16, 36. Asinina pruna Idem 15, 13. Lac Plin. 11, 41. Stercus Varr. R. R. 1, 38.

'''ASINALIS''', e. Verecundia Apul. Met. 4 p. 153. Aures Fulgent. Mythol. 4.

'''ASINISCA''', "vel" ASINVSCA, ae. "Vitis genus" Plin. 14, 3.

'''ASIBIDA''', "vel" ASIVIDA, ae. "Qui asino vehitur." Plaut. Bacch. Suppos. prol. v. 31 Asiuidam Ionii me vocitant greges, quod vectario senex vehar asino. "Est igitur velut" Asiniuehida.

'''ASIO''', onis. [ὠτὶς] "Auis ex genere noctuarum," Plin. 10, 23 Otis bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde et nomen illi. Quidam Latine Asionem vocant. "Add." Id. 29, 6.

'''ASMODAEVS''', i. m. "Daemon connubiorum inimicus." Vulg. Tobia 3, 8.

== ASO ==

'''ASOMATOS''', i. m. "Incorporeus." [...]

'''ASOPVS''', [Ἄσωπος] "Amnis Thebas praeterfluens, fabulis nobilitatus." [...]

'''ASOPIS''', idos. [Ἀσωπὶς] Asopi "fluuii filia" Aegina. Ouid. Met. 6, 113 Aureus vt Danaen, Asopida luserit igneus.

'''ASOPIADES''', Patronym. masc. [Ἀσωπιάδης] "Quod apud Poetas accipitur pro" Aeaco, Asopi "nepote, qui pater fuit Aeginae, matris Aeaci." [...]

'''ASOTVS''', i. [ἄσωτος] Asoti "dicuntur verbo Graeco, qui luxu et voluptatibus ita sunt perditi, vt seruare ipsa illos salus non possit: qui Latine" nequam "dicuntur." [...]

'''ASOTIA''', ae. "Nequitia, luxuries." Sumtum plurium asotiamque adolescentis viri deplorans Gell. 10, 17. "Add." Id. 19, 9.

'''ASOTOS''', Adu. Gr. [ἀσώτως. Martial. 4, 9 Soti filia -- [ἔχεις ἀσώτως, "nequam es, nequiter te habes."

== ASP ==

'''ASPALATHVS''', [ἀσπάλαθος] Spina candida ("teste" Plin. 12, 24.) magnitudine arboris modicae, flore rosae, cuius radix vnguentis expetitur. "Conf." Plin. 15, 7 "et" 24, 13.

'''ASPALAX''', "Herba, sponte nascens." Plin. 19, 6.

'''ASPARAGVS''', i. m. [ἀσπάραγος] "Frutex." [...]

'''ASPARGO''', "vid." ASPERGO.

ASPECTABILIS, ASPECTO, ASPECTVS, "vid." ASPICIO.

'''ASPELLO''', uli, ulsum, ere. [ἀπωθῶ] "q. d. abs se pellere." [...]

'''ASPENDIOS''', Vuae genus, damnatum aris, quod nec ab vlla alite etiam attingitur, "vt auctor est" Plin. 14, 18. "Ab vrbe Pamphyliae" Aspendo, "vnde etiam" Aspendius "citharista, de quo in" CANERE INTVS.

'''ASPER''', era, erum. [τραχὺς] "Primo sic vocari videtur, quod tactum offendit, deinde quidquid etiam cuicunque alii sensui vel externo vel interno molestum." [...]

'''ASPERITAS [1]''', atis. f. [τραχύτης, τραχυσμὸς] "Contraria est Lenitati." [...]

'''ASPERITER''', Adu. Antiquum, Naeuius Pullis, Vbi tu nequaquam cubares asperiter Non. 11, 32.

'''ASPERE''', Adu. [τραχέως] Cic. Fam. 1, 5 [...]

'''ASPERO [1]''', are. [τραχύνω] "Asperum facere." [...]

'''ASPERATVS''', Partic. [...]

'''ASPRATVS''', a, um. Asprata lima poliri Sidon. Epist. 4, 8. Baccarum praefert leues asprata lapillos Id. Carm. 2, 419.

'''ASPRATILIS''', e. Petra, Terminus Auctores Rei agrar. p. 228, 305. "etc." Goes.

'''ASPRATILES''', Pisces "ex" Plinio Valer. "Rhod. in Lexic. Scribon. Vid."ASPER.

'''ASPREDO [1]''', inis. f. [τραχύτης] "i. Asperitas." [...]

'''ASPRITVDO''', inis. f. [τραχύτης] "Idem." [...]

'''ASPRETVM''', i. "Locus asper et abruptus." Liu. 35, 28 Tabernacula statuere in aspretis et inaequabili solo difficile erat. "Add." Grat. Gyneg. 241.

'''ASPERGILLVM''', ''vid. post'' ASPERGO.

'''ASPERGO [1]''', ''vel'' ADSPERGO, si, sum, ere. [ῥαίνω, ῥαντίζω] ''Ex'' Ad ''et'' Spargo ''compositum; aliquantulum madefacere significat.'' [...]

'''ADSPERGENS''', entis. Adspergens septies contra velum Vulgat. Leuit. 4, 17. ''Add.'' ibid. 16, 19. Adspergens cinerem capiti suo Vulgat. 2 Sam. 13, 19.

'''ASPERGO [2]''', ''siue'' ADSPERGO, inis. f. [ῥαντισμὸς] ''Aqua, quae adspergitur, dum adspergitur.'' [...]

'''ASPERSVS [1]''', a, um. Partic. [ῥαντὸς] ''Vt,'' Aspersus oculis liquor Plin. 12, 8. [...]

'''ASPERSVS [2]''', ûs. m. [ῥάντισις] ''Adspergendi actus.'' Plin. 11, 53 Quae insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur.

'''ASPERSIO [1]''', onis. f. [ῥανὶς] ''Idem.'' Cic. de Leg. 2, 24 c. 10 Nam illud vel aspersione aquae, vel dierum numero tollitur. Si adspersio sola contingat Macrob. Sat. 3, 1.

'''ASPERITAS [2]''', ''vid.'' ASPER.

'''ASPERNO''', ari. [καταφρονέω] Recusare, auersari, non agnoscere: est autem dictum a Sperno. [...]

'''ASPERNANS''', Partic. Cic. Fam. 15, 10 Non aspernante senatu. Nec Syriis quemlibet regem aspernantibus Iust. 39, 1, 5. ''Add.'' Idem 13, 6, 4.

'''ASPERNANTER''', Adu. Accipere Ambros. Ep. 29 "extr." Ammian. 31, 4. Salu. de Prou. p. 114. Audire Sidon. Ep. 7, 8. Resalutari Idem ibid. Ep. 2.

'''ASPERNATOR''', oris. m. "Dicitur esse" Tertulliani.

'''ASPERNABILIS''', e. [καταφρονητὸς] Gell. 11, 3 [...]

'''ASPERNATVS''', Partic. [καταπεφρονηκὼς] Virgil. Georg. 3, 393 [...]

'''ASPERNANDVS''', Partic. Cic. Fam. 15, 6 [...]

'''ASPERNATIO''', onis. f. [καταφρόνησις] "Contemtus." Cic. Tusc. 4, 32 c. 14 Quorum omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt.

'''ASPERNAMENTVM''', i. n. Idem. Tertulliano "adscribunt."

'''ASPERO [2]''', as, "vid." ASPER.

'''ASPERSIO [2]''', ASPERSVS, "vid." ASPERGO.

'''ASPERVGO''', "Herba est, Lappaginis species, similis illi, quae" mollugo "dicitur," sed foliis asperioribus. Plin. 26, 10 s. 65.

'''ASPHALTION''', [ἀσφάλτιον] "Trifolii species." [...]

'''ASPHALTITES''', [Ἀσφαλτίτης] "Lacus Syriae, de quo" Plin. 5, 16 [...]

'''ASPHODELVS''', i. m. [ἀσφόδελος] "Herba, de qua" Plin. 21, 17 s. 68 [...]

'''ASPICIO''', "s." ADSPICIO, exi, ectum, ere. [προσβλέπω, ἐφοράω] "Ex" Ad "et" Specio "antiquo verbo compositum, significat Intueri, ad aliquid oculos adiicere vel conuertere." [...]

'''ASPICIENS''', entis. Quid statis adspicientes in caelum Vulgat. Act. 1, 11.

'''ASPICIENDVS''', [προσβλεπτέος] Ouid. Fast. 6, 284 Tu dea non fueras aspicienda viro.

'''ASPECTVS [1]''', a, um. Vultus aspectus Sid. 8 ep. 14.

'''ASPECTVS [2]''', "s." ADSPECTVS, ûs. m. [ὅραμα] "Intuitus, aspiciendi actus, vel modus." [...]

'''ASPECTIO''', onis. f. Idem. ''Vid.'' Festus, Spectio in auguralibus ponitur pro Aspectione.

'''ASPECTO''', are. [ἐπιβλέπομαι] Frequent. [...]

'''ASPECTANS''', [ἐπιβλέπων] Stat. Theb. 3, 82 Et nunc trucis ora tyranni Nunc ferrum aspectans. Virg. Georg. 3, 228 Stabula aspectans. ''Conf.'' Id. 6, 186. ''et'' 10, 251.

'''ASPECTABILIS''', e. [ὁρατὸς] ''Quod aspici potest, visibile.'' [...]

'''ASPECTAMEN''', inis. n. Iucunda aspectamini Cl. Mamert. 2, 12. ''ex emend. Barthii.''

'''ASPICVVS''', a, um. ''Vnde'' Inadspicuus.

'''ASPICIALIS''', e. ὁρατὸς Gloss. Gr. Lat.

'''ASPIDELON''', Lactuca siluatica Apul. de Herb. 30. ''Quidam libri'' Aspideion, [ἀσπίδειον.

'''ASPILATES''', [ἀσπιλάτης] ''Gemma est'' ignei coloris, ''quam'' Democritus tradit in Arabia gigni, et in nido Arabicarum alitum inueniri: traditque eam cameli pilo splenicis alligatam, ''malo illorum mederi.'' [...]

'''ASPIRO''', s. ADSPIRO, are. [ἐπιπνέω, ἐπουριάζω] ''Est afflare.'' [...]

'''ASPIRANS''', Partic. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 [...]

'''ASPIRATIO''', onis. f. [ἐπίπνευσις] "Actus spirandi; dum aerem adspirantem in corpus intromittimus." [...]

'''ASPIRAMEN''', inis. n. "Idem." Val. Flac. 6, 465 "Iuno ad Venerem," Da, precor, artificis blanda aspiramina formae, "tractum ex" Virg. Aen. 8, 373.

'''ASPIS''', idis. f. [ἀσπὶς] "Serpens paruus venenosissimus, cuius naturam multis verbis describit" Plin. 29, 4. [...]

'''ASPLENVM''', i. "a Graeco" [ἄσπληνον, "quod lienem imminuat: Herba, de qua" Plin. 27, 5 s. 17 [...]

'''ASPORTO''', are. [ἐκφέρω] "Alio portare." [...]

'''ASPORTATVS''', Partic. [ἐξηνεγμένος] Cic. Verr. 1, 53 c. 20 Omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectantibus omnibus plostris euecta, asportataque. Asportata inde terra Solin. c. 45.

'''ASPORTANDVS''', Partic. [ἐξενεκτέος] Cic. Verr. 4, 110 c. 49 Simulacrum auellendum asportandumque curauit.

'''ASPORTATIO''', onis. f. [ἐξαγωγὴ] "Actus asportandi." Cic. Verr. 4, 110 c. 49 His pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit: quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.

'''ASPREDO [2]''', ASPRETVM, ASPRITVDO, "vid." ASPER.

== ASS ==

'''ASSA''', orum. "vid." ASSVS, a, um

.

'''ASSABINVS''', "Deus apud Aethiopas." [...]

'''ASSAMENTA''', s. AXAMENTA, orum. n. pl. [σανιδώματα] "Tabulae sectiles, quae" Axes "siue" Asses "alias dicuntur." [...]

'''ASSARACVS''', [Ἀσσάρακος] "Trois filius, auus Anchisae, et pater Capys. Vnde" Virg. Aen. 12, 127 Et genus Assaraci Mnestheus.

'''ASSARATVM''', "vid." ASSIRATVM.

'''ASSARIVS [2]''', "vid." ASSO, as.

'''ASSARVM''', "vid." ASARVM.

'''ASSECLA''', ae. m. [ἀκόλουθος] Seruus, sic dictus ("vt ait" Nonius 1, 280) quod assit, et omnibus iussis dominorum praesto sit. [...]

'''ASSECTOR [1]''', "etc. vid."ASSEQVOR.

ASSEDO, ASSESSIO, ASSESSOR, ASSESSVS, "vid." ASSIDEO.

'''ASSEFOLIVM''', Herba. Apul. de Herb. c. 77.

'''ASSELLO''', "vel" ADSELLO, are. "Aluum demittere." [...]

'''ASSENTIO''', si, sum, ire. [συγκατατίθεμαι, συναινέω, ὁμολογέω] "Accedere alterius sententiae, Consentire." [...]

'''ASSENTIOR''', ensus sum, iri. Dep. "Idem." Cic. Verr. 1,... Vt ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. [...]

'''ASSENTIENS''', Partic. [συναινῶν] Cic. de Diuin. 2, 104 c. 50 Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo.

'''ASSENSVS [1]''', Partic. [ὁμολογηθεὶς] Cic. Acad. 4, 99 c. 31 [...]

'''ASSENSVS [2]''', ûs. m. [συγκατάθεσις, ὁμολογία] "Assentiendi actus, facultas." [...]

'''ASSENSIO''', onis. f. [συγκατάθεσις] "Consensus." [...]

'''ASSENSOR''', oris. [συγκαταθέτης] "Qui assentitur." Cic. Fam. 6, 22 Quotidie commemorabam, te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, et me tibi. Irae facilis assensor meae Sen. Hippol. 1207.

'''ASSENTOR''', ari. [κολακεύω] "Vitiose assentari, insidiose et conciliandae alicuius vtilitatis gratia, effusius, et plerumque falso laudare." [...]

'''ASSENTANS''', antis. Assentante maiore conuiuarum parte Iustin. 12, 6, 2. "Conf." Tertull. adu. Marc. 5, 14.

'''ASSENTATIO''', onis. f. [κολακία] "Assentandi actus." [...]

'''ASSENTATIVNCVLA''', Dimin. Cic. Fam. 5, 12 Vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. " Plur." Plaut. Stich. 1, 3, 75.

'''ASSENTATORIE''', Adu. [κολακικῶς] "Cum assentatione." Cic. Q. Fratr. 2, 14 Dubitare te non assentatorie, sed fraterne veto.

'''ASSENTATOR''', oris. m. [κόλαξ] "qui assentatur." [...]

'''ASSENTATRIX''', icis. f. Plaut. Mostell. 1, 3, 100 Nunc assentatrix scelesta est, dudum aduersatrix erat.

'''ASSEQVOR''', quutus sum, equi. [ἀκολουθέω, ἐπικαταλαμβάνω, παρακολουθῶ] "Peruenire ad id, quod sequimur, vel cupimus." [...]

'''ASSECVTVS''', a, um. Quem C. Caesar -- Hispaniensis militiae, assecutum se, postea comitem habuit Vell. 2, 59, 3. "Add." Front. Strat. 1, 8, 3.

'''ASSECTOR [2]''', ari. [παρακολουθοῦμαι] Frequent. [...]

'''ASSECTATIO''', onis. f. [ἀκολούθησις] "Assectandi actus." [...]

'''ASSECTATOR''', oris. m. [ἀκόλουθος] "Qui assidue comitatum praestat." [...]

'''ASSECVTOR''', oris. m. "Idem." Mart. Capell. 9 p. 306 Himeros Cupidinis Assecutor.

'''ASSER''', eris. m. "Hoc nomen non significat tabulam sectilem e ligno, qui potius" Assis "vel" Axis "est, sed tigillum modicum, longum potius quam latum aut crassum, quod glossae veteres indicant," κοντοὶ, δοκοὶ, στρωτῆρες, "sed" [στρωτὴρ "explicatur in Cyrilli Glossis" ἡ λεπτὴ δοκὸς. "et apud Harpocrationem ac Suidam" [στρωτῆρες "sunt" [τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δοκῶν τιθέμενα, "de varietate lectionis vid. viri docti ad Harpocr. et Poll. 10, 173." [...]

'''ASSERCVLVM''', i. n. Dimin. Cato R. R. 12 [...]

'''ASSERO [1]''', "vel" ADSERO, eui, itum, ere. [προσφυτεύω] "Iuxta sero vel planto." [...]

'''ASSITVS [1]''', "vel" ADSITVS. Partic. [προσφυτευθεὶς] "iuxta satus." [...]

'''ASSERO [2]''', "vel" ADSERO, rui, rtum, ere. [προσείρω, προσάπτω] Varro L. L. 5, 7 p. 57, 11 [...]

'''ASSERENS''', Aur. Victor Caes. 21, 3 Asserentique, Vellem si liceret. "Add." Sen. Exc. Controu. 4, 2.

'''ASSERTVRVS''', a, um. Sueton. Claudian. 10. COSS. asserturi communem libertatem.

'''ASSERTVS''', a, um. Martial. 7, 62 Annus, asserto qui sacer orbe fuit, "i. liberato." Assertus in ingenuitatem Suet. Aug. 74.

'''ASSERTVM''', i. n. "Affirmatio, argumentum." Martian. Capell. 6 p. 195 Multiplicibus monstratur assertis.

'''ASSERTIO''', onis. f. "Vindiciae in libertatem vel seruitutem." [...]

'''ASSERTOR''', "vel" ADSERTOR, oris. m. [ἐκδικητὴς] Vindex, "vt ex" Donato ad Ter. Adelph. 2, 1, 39 [...]

'''ASSERTORIVS''', a, um. "Vt" lis assertoria l. 1 C. de assertione tollenda, "quam modo sub" Assertio "plenius laudauimus."

'''ASSERVIO''', iui, itum, ire. [ἐπιδουλεύω] Idem, quod simplex Seruio. Cic. Tusc. 2, 56 c. 24 Toto corpore atque omnibus vngulis (vt dicitur) contentioni vocis asseruiunt.

'''ASSERVO''', are. [προσφυλάττω] "Diligenter custodire." [...]

ASSESSOR, ASSESSIO, ASSESTRIX, "vid." ASSIDEO.

'''ASSEVERO''', "vel" ADSEVERO, are. [διαβεβαιοῦμαι, διϊσχυρίζω, ἰσχυρίζω] "Seriam voluntatem et seueritatem in affirmando ostendere." [...]

'''ASSEVERANS''', tis. Partic. Tacit. Ann. 13, 18 [...]

'''ASSEVERANTER''', ius, issime. Adu. [διϊσχυριζομένως] Cic. Att. 15, 19 [...]

'''ASSEVERATE''', Adu. [διϊσχυρισμένως] "Idem." Gell. 7, 5 [...]

'''ASSEVERATIO''', onis. f. [διϊσχυρισμὸς] "Affirmatio seria." [...]

'''ASSICCO''', are. [ἐπιξηραίνω] "Diligenter siccare." Colum. 12, 15, 5 Tum rursum in sole assiccauit. Paucis horis in sole habeto, deinde in vmbra adsiccato Idem de Arb. c. 28. "Saepius eo vtitur Columella."

'''ASSICCATVS''', a, um. Plurimum refert, non adsiccato succo fimum vires continere Columel. 1, 6, 22. "Add." Idem 2, 9, 18. "et" 12, 44, 7. Marc. Empir. c. 19.

'''ASSICCESCO''', ere. [ἐπιξηραίνομαι] "Siccum fieri." Columel. 12, 9, 1 Expressos in cratibus pandere, dum assiccescant.

'''ASSICVLVS''', "vid." ASSER.

'''ASSIDELAE''', "vid. post" ASSIDEO.

'''ASSIDEO''', "siue" ADSIDEO, edi, essum, ere. [προσεδρεύω, παρεδρεύω, παρακάθημαι] "Iuxta sedere, sine aliquo motu." [...]

'''ASSIDENS''', Partic. [παρεδρεύων] Horat. Epod. 5, 95 Et inquietis assidens praecordiis. Assidens implumibus pullis auis Idem Epod. 1, 19. Tacit. Ann. 4, 58 Saepe moenia vrbis assidens.

'''ASSESSVS''', a, um. Sil. Ital. 12, 453 Assessos Capuae muros.

'''ASSESSIO''', onis. f. [παρέδρευσις] "Assidendi actus." Cic. Fam. 11, 27, (28) Quae tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei "etc."

'''ASSESSOR''', oris. m. [σύνεδρος, πάρεδρος] "Qui assidet, in primis consulendi causa." [...]

'''ASSESSORIVS''', Vlpian. l. 5 §. 8 ff. De iniur. et famos. libell. Sabinus in Assessorio, "i. libro de officio Assessoris. Add." l. 12 D. de Pact.

'''ASSEDA''', "siue" ADSEDA, ae. f. "Sella quadriiugis in" Gloss. Isidor.

'''ASSEDO''', onis. "Antique, idem" qui Assessor Nonius 1, 312.

'''ASSESSVRA''', ae. [παρεδρία] Vlp. in l. 3 [...]

'''ASSESTRIX''', icis. f. [παρεδρευτὶς] "Ab Assessor." Afranius "ap." Non. 2, 39 Dimittit assestricem, me ad sese vocat. "Obstetricem interpretatur Scal. Coni. in Varr. p. 122. Conf." ASSISTRIX.

'''ASSIDELA''', ae. f. Festus. Adsidelae mensae vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciunt.

'''ASSIDO''', edi, essum, ere. [καθέζομαι] "Sedem capere, sessum ire, incipere assessionem." [...]

'''ASSIDVVS''', "vel" ADSIDVVS, Adi. [ἀδιάλειπτος, ἀκατάπαυστος, προσλιπαρῶν] "Proprie, qui semper assidet, deinde, qui semper adest, et in vniuersum frequens, continuus." [...]

'''ASSIDVITAS''', atis. f. [ἐπιμονὴ] "Perpetua praesentia et velut Assessio, it. perpetua diligentia, eiusdemque actionis frequens repetitio, omnis denique frequentia et continuatio." [...]

'''ASSIDVE''', Adu. [ἀδιαλείπτως, διὰ τέλους] "Frequenter, diligenter, perpetuo." [...]

'''ASSIDVO [1]''', [ἀκαταπαύστως] "Idem, quod" Assidue. Plaut. Mil. 1, 1, 50 Dum talem facies qualem adhuc, assiduo edis, communicabo te semper mensa mea.

'''ASSIDVO [2]''', are. Vulg. Int. Sirac. 30, 1 Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella.

'''ASSIGNO''', "vel" ADSIGNO, are. [προσνέμω, διανέμω] "Dare et attribuere: ad agros fere pertinet." [...]

'''ASSIGNATVS''', a, um. Partic. Cic. Phil. 5 [...]

'''ASSIGNANDVS''', a, um. L. 1 ff. de assign. lib. Senatus consulto, quod factum est Claudianis temporibus -- de assignandis libertis in haec verba cauetur.

'''ASSIGNATIO''', onis. f. [προσαπόθεσις] "Actus assignandi, Attributio." [...]

'''ASSIGNATOR''', oris. m. "esse dicitur" Vlpiani.

'''ASSILIO''', "vel" ADSILIO, ui "et" iui, ultum, ire. [ἐπιπηδάω] Ad aliquid salire, aggredi. [...]

'''ASSILIENS''', Partic. "Proprie" Columel. 6, 37, 9 [...]

'''ASSVLTVS''', ûs. m. [ἐπιπήδησις] "Assiliendi actus." [...]

'''ASSVLTO''', are. [ἐπιπηδῶμαι] "Cum impetu aggredi." [...]

'''ASSVLTANS''', antis. Ingruit assultans, "modo vidimus" Plin. 8, 40. Latera et frontem assultantes Tac. An. 1, 51, 5.

'''ASSVLTIM''', Adu. "Assiliendo." Plin. 11, 24 Phalangiae ex his appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium.

'''ASSIMILIS''', "s." ADSIMILIS, e. [προσόμοιος] "ex Ad et Similis, Prorsus similis." [...]

'''ASSIMILITER''', Adu. [προσομοίως] Plaut. Bacch. 4, 9, 27 Assimiliter mihi hodie obtigit.

'''ASSIMILO''', "siue" ADSIMILO, are. [ἀφομοιόομαι, ἀπεικάζω, ὁμοιόω, εἰκάζω] "esse volunt comparare, similem facere, vel fingere, vel ostendere: propugnat etiam pro verbis" Similare "et" Assimilare Barth. ad Claudian. [...]

'''ASSIMVLO''', "hodie fere conuenit, auctore praesertim I. Fr. Gronovio Diatr. Stat." c. 6. [...]

'''ADSIMVLANTER''', Adu. Non. 1, 190 [...]

'''ASSIMILATVS''', "s." ADSIMVLATVS, Partic. [προσποιηθεὶς] Cic. pro Cael. 14 c. 6 [...]

'''ASSIMVLANDVS''', Cic. de Inu. 1, 42 c. 28 Simile ex specie comparabili: comparabile autem ex conferenda atque assimulanda natura iudicatur.

'''ASSIMILATIO''', "vel" ADSIMVLATIO, onis. f. [προσποίησις] Plin. 11, 49 s. 109 [...]

'''ASSIMVLATICIVS''', Cod. Theodos.

'''ASSIPONDIVM [2]''', "vid. sub " AS.

'''ASSIR''', [αἶμα] Gloss. Lat. Gr. "Hinc"

'''ASSIRATVM''', apud antiquos dicebatur Genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod latini prisci Assir sanguinem vocarent. [...]

'''ASSIS [1]''', "pro" AS, "vid. h. v."

'''ASSIS [2]''', "s." AXIS, is. c. [σανὶς] "Tabula lignea, quam vulgo, sed male" Asserem "vocant, et huc referunt." [...]

'''ASSO [1]''', are. [σανιδόω] "Assibus sternere laudant ex" Vitr. 7, 1 "Sed quotquot consulere licuit, ita:" Cum coassatum fuerit, super altera coassatio transuersa sternatur "etc."

'''ASCVLA [2]''', ae. "Vid. s. l."

'''ASSVLA''', "vel" ASTVLA, ae. f. Diminut. [σκινδαλμὸς, σχίδαξ] Festus, Fomites sunt Assulae ex arboribus dum caeduntur, excussae -- Assulae, quae sunt securibus excussae. [...]

'''ASSVLATIM''', Adu. [κατὰ σκινδαλμοὺς] "Minutatim, et in assulas." [...]

'''ASSVLOSE''', Adu. Plin. 12, 22 s. 48 [...]

'''ASSISTO''', "vel" ADSISTO, adstiti "vel" astiti, astitum, ere. [παρίστημι] "Adstare est, h. e. Stando praesentem et iuxta esse." [...]

'''ASSISTENS''', Partic. [πάριστᾶς] Quinctil. 11, 1, 58 [...]

'''ASSISTRIX''', icis. f. "quae assistit." Vulg. Sapient. 9, 4 Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam. Gr. [πάρεδρον, "vt suspicari liceat" Assestricem.

'''ASSIVS [1]''', "lapis, ab vrbe Assos s. Assus."

'''ASSITVS [2]''', "vel" ADSITVS, a, um. "Vid." ASSERO, eui.

'''ASSO [2]''', are. "Vid. sub " ASSIS "s." AXIS. "it. sub" ASSVS.

'''ASSOCIO''', are. [συναγελάζω] "Socium adiungere." [...]

'''ASSOCIATVS''', Associati principali curae, secundam post eos potestatem gererent. Aurelius D. de offic. Praefect. Praetor.

'''ASSOCIVS''', Adi. Cassiod. 3 Ep. 47 de Salamandra, Animal associum lumbricis.

'''ASSOLET''', "s." ADSOLET, [εἴωθε, φιλεῖ] "Fieri solet." [...]

'''ASSOLO''', are. "Solo aequare." Tertull. adu. Nat. "vid." ADS.

'''ASSONO''', ui, itum, are. [παρηχέω] "Simul sonare." [...]

'''ASSOS''', "vid." ASSVS.

'''ASSVDESCO''', ere. "verbum antiquum." Varro de L. L. 4, 22 Dictum assum quod ab igne assudescit, "i. sudat quasi, humorem emittit. Thema forte est"

'''ASSVDO''', are. "valde Sudare, anxium esse." Plaut. Cas. 2, 6, 9 Eo dico, corculum assudascit iam ex metu. "Sic Gron. Sed varia est lectio." Assultassit, "Salmas." Assudassit "al."

'''ASSVESCO''', "s." ADSVESCO, eui, etum, ere. [ἐθίζομαι] "in consuetudinem venio."

'''ASSVETVS''', [συνήθης, σύντροφος, ἐθᾶς] Partic. "ab" Assuescor; "Qui vsu doctus est, vel quod quis vsu doctus est." [...]

'''ASSVETVDO''', "s." ADSVETVDO, inis. f. [συνήθεια] "Consuetudo." [...]

'''ASSVEFACIO''', "s." ADSVEFACIO, eci, actum, ere. [ἐθίζω] "Facere vt assuescas, Vsu docere." [...]

'''ASSVEFIO''', "vnde"

'''ASSVEFACTVS''', Partic. [ἐθισθεὶς] Cic. in Catil. 2, 9 c. 5 [...]

ASSVLA, ASSVLATIM, ASSVLOSE, "Vid." ASSIS.

ASSVLTO, ASSVLTVS, "Vid." ASSILIO.

'''ASSVM''', ades, affui, adesse. [πάρειμι] "Vid."ADSVM.

'''ASSVMO''', "s." ADSVMO, si, tum, ere. [παραδέχομαι, προσλαμβάνω, προσδέχομαι] "quasi ad se" sumere, "accipere, adhibere, appetere, arrogare sibi etc." [...]

'''ASSVMENS''', entis. Vulg. Iudic. 4, 21. ''et'' Iudith. 7, 5.

'''ASSVMTVS''', Partic. ''vt,'' Assumta lyra Ouid. de Arte Am. 3, 142. [...]

'''ASSVMTIO''', onis. f. [πρόσληψις] ''Acceptio.'' [...]

'''ASSVMTIVVS''', Adi. ''Nomen rhetorum, quo'' προσληπτικὸν ''Graecorum exprimunt.'' [...]

'''ASSVMTIVE''', Adu. M. Capell. 5 p. 147. ''Sed praestat legere,'' Illic Assumtiuae nomen accepit.

'''ASSVO''', ''vel'' ADSVO, ui, utum, ere. [προσράπτω] ''Suendo annectere.'' Hor. in Arte Poet. 16 Purpureus late qui splendeat vnus et alter, Assuitur pannus.

'''ASSVMENTVM''', i. Vulg. Interp. Marc. 2, 21.

'''ASSVRA [1]''', ''vid. sub '' ASSVS, a, um.

'''ASSVRGO''', s. ADSVRGO, rrexi, rrectum, ere. [προσανίστημι, προσεγείρομαι] ''Ad aliquem vel ad aliquid surgere.'' [...]

'''ASSVRGENS''', entis. E graui corporis morbo assurgens Tac. H. 2, 99, 1. Colles clementer assurgentes Id. Ann. 13, 38, 4.

'''ASSVS [1]''', [Ἄσσος] ''Vrbs Troadis. Hic memoranda vt sit, facit''

'''ASSIVS [2]''', lapis, ''de quo'' Plin. 36, 17 s. 37 [...]

'''ASSVS [2]''', a, um. [μόνος, ἁπλοῦς] ''Prima et generali notione solus est, merus, vel vnicus, vti supra ostendimus'' AS ''vel'' ASSIS vnum ''significare.'' etc.41

'''ASSO [3]''', are. [ὀπτάω] "Carnem assam parare." [...]

'''ASSATOR''', "Qui assat." Vet. Gloss. Assator [ὀπτανεὺς, ὀπτανάριος.

'''ASSATVRA''', ae. [ὀπτάνευσις] "Caro assa." [...]

'''ASSARIVS [3]''', a, um. "Est apud" Caton. R. R. c. 132 [...]

'''ASSVRA [2]''', ae. "Videtur eadem, quae" Assatura. [...]

'''ASSYRIA''', [Ἀσσυρία] "Regio Asiae, habens ab Ortu Indiam, ab Occasu Tigrim fluuium, a Meridie Mediam, a Septentrione Caucasum, cuius et" Syriae "nomina saepe permiscentur." [...]

'''ASSYRIVS''', Adi. [Ἀσσύριος] "vt," Amomum Assyrium Virg. Ecl. 4, 25. [...]

== AST ==

'''AST''', [ἀλλὰ] "Coniunctio, qua Poetae primum videntur vti, pro" At, "syllabam illam breuem, interiecto" s. "longam facientes." [...]

'''ASTABORES''', "vid." ASTAPVS.

'''ASTACI''', [ἀστακοὶ] "Ex genere sunt Cancrorum, apud" Plin. 9, 31 s. 51.

'''ASTAPHIS''', idis. f. [ἀσταφὶς] "Vua passa dicitur." [...]

'''ASTAPVS''', i. Plin. 5, 9 s. 10 [...]

'''ASTVSASPES''', quod latentis significationem adiicit.

'''ASTARTE''', [Ἀστάρτη] "Dea Syrorum nobilis, de qua illud modo huc pertinet, quod est" Cic. de Nat. Deor. 3, 59 c. 23 [...]

'''ASTEISMOS''', f. [ἀστεϊσμὸς] "Latine dicitur Vrbanitas et ciuilitas." [...]

'''ASTER''', m. "Graece" [ἀστὴρ, ἀστέρος; "Latine dicitur" Stella. [...]

'''ASTERIA''', [ἀστερία] Gemma candicans inclusam lucem pupillae modo quandam continens "Haec et plura" Plin. 37, 9 s. 47. Isid. 16, 10 Asteritin "vocat."

'''ASTERIACE''', es. f. [ἀστεριακὴ] "Sic legebant quidam" Plin. 20, 19 s. 79 "pro" Arteriace "de quo s. l."

'''ASTERIAS''', [ἀστερίας] Auis ex genere ardeolarum, a fulgore astrorum Plin. 10, 60.

'''ASTERICVM''', i. [ἀστερικὸν] "Herba, de qua" Plin. 22, 17 s. 20 [...]

'''ASTERIE''', vel ASTERIA, [Ἀστέρια] Titanis filia, "de qua ponamus verba" Hygin. [...]

'''ASTERION [1]''', i. [ἀστέριον] "Species aranei s. phalangii" virgulis albis distinctum, cuius morsus genua labefactat, "vt tradit" Plin. 29, 4 s. 27.

'''ASTERION [2]''', onis. [Ἀστερίων] "Argonautarum vnus, de quo ad" Val. Flac. 1, 355 "viri docti, et optime Burm. in Catalogo Argonautarum."

'''ASTERISCVS''', [ἀστερίσκος] "Inter signa critica s." notas sententiarum "refertur ab" Isidoro Orig. 1, 20 [...]

'''ASTERITES''', Gemma candida Isid. 16, 10 "eodem modo illam describit, quo" Plinius ASTERIAM, "vbi vid." 2 Basilisci genus stellati "apud" Apul. de herb. 128.

'''ASTERNO''', "s." ADSTERNO, astraui, astratum, ere. [παραστροννύω] "Iuxta sternere. Passiuum protulit" Ouid. Met. 2, 343 "de sororibus Phaetontis" Adsternunturque sepulcro.

'''ASTHMA''', [ἆσθμα] "Difficultas spirandi." Cels. 4, 4, 2 [...]

'''ASTHMATICVS''', [ἀσθματικὸς] "Nempe Suspiriosus, anhelus, qui difficilem habet et cum sonitu respirationem."

'''ASTICI''', s. ASTYCI, Ludi, "de quibus" Suetonius in Caligula 20, "qui sint quaeritur." [...]

'''ASTIPVLOR''', "siue" ADSTIPVLOR, ari. [συγκατατίθεμαι, συγκαταινῶ, προστίθεμαι] "Assentiri." Plin. 7, 48 [...]

'''ASTIPVLATIO''', onis. f. [συγκατάθεσις] "Assensus." [...]

'''ASTIPVLATVS''', ûs. m. [συγκαταίνεσις] "Assensus vel Attestatio." [...]

'''ASTIPVLATOR''', oris. m. [συγκάταινος, συνέπαινος] "Qui assentitur." [...]

'''ASTITVO''', s. ADSTITVO, ui, utum, ere. "Ex" Ad "et" Statuo, "significat in loco collocare." [...]

'''ASTITVTVS''', a, um. Plaut. Casin. 5, 2, 49 Continuo in genua astituto pectus mihi pedibus percutit.

'''ASTO''', s. ADSTO, iti, itum et atum, are. [παρίστημι] "Iuxta stare." [...]

'''ASTANS''', Partic. [παριστᾶς] Sil. 17, 646 [...]

'''ADSTANTIA''', ae. f. Παρουσία Gloss. Lat. Gr.

'''ASTATOR''', oris. Inscript. apud Fabrett. p. 164 "et" 183 DEO MAGNO LIBERO PATRI ET ADSTATORI. "Conf." Spon. Miscell. Erudit. Ant. p. 27.

'''ASTOMI''', [Ἄστομοι] "Indiae populi fabulosi." [...]

'''ASTRABA''', [ἀστράβη] Tabella, vbi pedes requiescunt Gloss. [...]

'''ASTRAEA''', [Ἀστραία] "Filia Astraei gigantis et Aurorae." [...]

'''ASTRAEVS''', [Ἀστραῖος] "Vnus ex Titanibus, qui contra deos arma sumserunt." [...]

'''ASTRAGALVS''', i. f. [ἀστράγαλος] "Latine dicitur Talus, ossiculum prope quadratum, intra infimos tibiae et surae processus comprehensum." [...]

'''ASTRAGALIZO''', are. Astragalizontes ex aere Plin. 34, 8 "quod fuit statuarium opus Polycleti, i. ludentes astragalis s, talis."

'''ASTRANGVLATVS''', "vel" ADSTRANGVLATVS, a, um. Filios adstrangulatos misero mortis genere elidere Min. Felix c. 30. "Pro simplici" strangulatos.

'''ASTRAPE''', es. f. [ἀστραπὴ] "Fulgur." Plin. 35, 10 Apelles pinxit et Astrapen.

'''BATRACHION''', "seu" BATRACHIVM, i. n. Plin. 25, 13 s. 109 [...]

'''BATRACHITES''', βατραχίτης] "Gemma" ranae similis colore Plin. 37, 10 s. 55. "Nempe" [βάτραχος "rana est."

'''BATRACHOMYOMACHIA''', [βατραχομυομαχία] "Ranarum et murium pugna." [...]

'''BATRACHVS''', [βάτραχος] "i. rana, Piscis mari peculiaris" Plin. 32, 11 s. 53.

'''BATTIADES''', [Βαττιάδης] "Callimachus dictus est, id est Cyrenaicus, vt quidam volunt, a Batto, qui Cyrenen condidit." [...]

'''BATTVS''', "heros, qui Cyrenen condidit, vt auctor est Strabo lib. 17" p. 376. [...]

'''BATTVO''', "vel" BATVO, ere, "est percutere, verberare." [...]

'''BATVATOR''', oris. Batuatores τοὺς βασανιστὰς dici puto, Adamantius "loco mox laudando. Sunt igitur, qui verberibus ingerendis verum extundunt ab illis, de quibus quaestio habetur."

'''BATVALIA''', orum. Gloss. Batualia, [γυμνασίαι τῶν μονομάχων. [...]

'''BATTVARIVM''', "al." BATVATORIVM, i. n. Gloss. Gr. Lat. [κοπανιστήριον.

'''BATVS''', i. Herbae genus, Festus "aut" Batis, "de qua s. l. aut Gr." [Βάτος, "rubus."

== BAV ==

'''BAVBOR''', ari. Dep. βαύζω] "Latrare: facticium verbum a voce canum, quumlatrant." Baubantur, [ὑλακτοῦσιν Vet. Gloss. Lucret. 5, 1069 Et quum deserti baubantur in aedibus.

'''BAVCA''', ae. f. "Patera." [...]

'''BAVCIS''', idos. f. [Βαῦκις] "Anus pauper, quae cum viro suo Philemone, Iouem et Mercurium hospitio suscepit, quorum fabula" Ouid. Met. 8, 631. 682 "etc." [...]

'''BAVIVS''', et Maeuius. "Ineptissimi Poetae fuisse putantur, qui suam Virgilio gloriam inuiderent." [...]

== BAX ==

'''BAXA''', "calceamenti genus deauratum." [...]

'''BAXEAE''', arum. f. [κρηπῖδες] "Crepidae et calceamenta, proprie Philosophorum." [...]

== BDE ==

'''BDELLIVM''', i. n. [βδέλλιον] "Arboris genus, cuius apud" Scribon. [...]

== BEA ==

'''BEATVS''', [μακάριος, ὄλβιος, εὐδαίμων] Cic. Tusc. 5, 29 [...]

'''BEATVLVS''', Dimin. "de homine delicato, qui sibi videtur beatus," Pers. Sat. 3, 103 -- tandemque beatulus alto Compositus lecto.

'''BEATE''', Adu. "Feliciter." Cic. Acad. 1, 33 c. 9 [...]

'''BEATITAS''', "et" BEATITVDO, [μακαριότης, ὄλβος] Cic. de Nat. Deor. 1, 96 [...]

'''BEO [1]''', are. [ὀλβιάζω] "Beatum facere." [...]

'''BEATIFICO''', are. Augustini "verbum," de Trinit. 14, 14 "etc."

'''BEATIFICVS''', "paullo antiquius est." Apul. de Habit. Mulier. et Doctr. Plat. 1 p. 3, 29 Deus beatus et beatificus.

== BEB ==

'''BEBELO''', onis. f. ("Harduin." Bebulo) "Argentifodinae Hispanicae nomen" Plin. 33, 6 s. 31.

'''BEBRA''', ae. "Missile telum, de quo" Veget. 1, 20 "cum de pilis dixisset," Barbari autem scutati pedites his praecipue vtuntur, quas bebras vocant, et binas etiam ac ternas in praeliis portant.

'''BEBRVS''', i. m. "Castor s. fiber." Scholiastes Iuuenal. Sat. 12. Bebrinae pelles. "Vid. Salmas. Exerc. Plin. f. 131."

'''BEBRYX''', y cis. [Βέβρυξ] "Rex fuit in montibus Pyrenaeis, teste" Silio 3, 423 [...]

'''BEBRYCIVS''', Adi. [Βεβρύκιος] "ab vtroque" Bebryce "ductum, correpto vtrobique Y, nisi in Pyrenaei appellatione Synizesin admittere malis." [...]

'''BEBVLO''', "vid." BEBELO.

== BEC ==

'''BECCESELENVS''', "Aristophanica vox," [βεκκεσέληνος, "qua hominem nimis antiquum, et paene delirum antiquitatis studio ridet: hic indicanda, quia Latinis literis eam recentiores quidam scribunt etc." [...]

'''BECHION''', i. n. [Βήχιον] "Herba." Plin. 26, 6 Tussim sedat Bechion, quae et Tussilago dicitur.

== BED ==

'''BEDELLA''', ae. f. "Eadem arbor, quae" Bdellium "dicitur" Marc. Emp. cap. 19 Balsama, Peucedanum, Spicam, crocum atque bedellam.

== BEE ==

'''BEE''', [βέε] "Vox ouium." Varro de R. R. 2, 1, 7 Non enim mee, sed bee sonare videntur oues vocem efferentes. "Hinc"

'''BEELO''', are, "et" extrita litera BELO, "et tandem" BALO: "vid." BELA.

'''BEELPHEGOR''', [Βεελφεγὼρ] "Idolum fuit Moabitarum, nomine" Beel, "siue" Baal, "quod in monte" Phegor "colebatur." [...]

'''BEELZEBVB''', BELZEBVL, [Βεελζεβοὺλ] "Idolum fuit Accaronitarum, quo nomine" Idolum muscae "significatur." [...]

== BEL ==

'''BELA''', [μῆλα] Oues "nominauerunt antiqui Latini, si recte ita legitur locus" Varron. [...]

'''BELBA''', "Legitur in Salmasiana editione." [...]

'''BELENVS''', i. m. "Aquileiensium numen tutelare: idem, qui Apollo." [...]

'''BELGA''', [Βέλγης] Caes. B. G. 1, 1 [...]

'''BELGICVS''', Adi. [Βελγικὸς] "vt, Esseda Belgica." Virg. Georg.

3, 204 Belgica vel molli melius feret esseda collo. "Vbi" Seruius, Belgica esseda, Gallicana vehicula.

'''BELGIVM''', "ap." Caes. B. C. 5, 24 "et al. pars Galliae Belgicae," Bellouacos, Atrebates, et Ambianos "complexa. Sed haec ad Geographos."

'''BELIAL''', "Spiritus malignus" 2 Cor. 6, 15. [...]

'''BELIADES''', ae. m. "pro Diabolo," Prudent. Hamart. 610 Coniuge Beliade.

'''BELIDES [1]''', "vid." BELVS.

'''BELISAMA''', in Inscr. Vet. "apud Selden. de Diis Syris 2, 2 p. 246 Regina caeli, vel Astoreth."

'''BELLARIA''', orum. n. [ἐπιδορπισμὸς, τραγήματα, πέμματα] dicuntur Cibi ad irritandam gulam compositi, "auctore" Donato. [...]

BELLATOR, BELLATRIX, "vid." BELLVM.

'''BELLATVLVS [1]''', BELLE, "vid." Bellus in BONVS.

'''BELLEROPHON''', ontis, "vel" BELLEROPHONTES, ae. m. [Βελλεροφόντης] Neptuni et Eurynomes filius "secundum" Hygin. [...]

'''BELLEROPHONTEVS''', Adi. [Βελλεροφόντειος] Propert. 3, 3, 2 [...]

'''BELLICA''', Columella erat ante Bellonae templum, super quam hastam iaciebant, quum bellum indicebatur Festus.

BELLICOSVS, BELLICREPA, BELLICVS, BELLIGER, BELLIGERO, "vid." BELLVM.

'''BELLIOR''', "vid." Bellus in BONVS.

'''BELLIPOTENS [1]''', "vid." BELLVM.

'''BELLIS''', idis. "Herbula est, de qua" Plin. 26, 5 s. 13 Bellis in pratis nascitur, flore albo aliquatenus rubente. "Add." Apul. de herb. 57.

'''BELLITVDINEM''', sicut Magnitudinem Verrius dixit. Festus.

'''BELLO [1]''', "vid." BELLVM.

'''BELLONA''', ae. f. [Ἐνυὼ] "Dea belli, sororque Martis." [...]

'''BELLONARII''', [Ἐνυώνειοι] "Sacerdotes Bellonae, qui lacertos humerosque concidebant." [...]

'''BELLONARIA''', ae. f. Herba, Graeci Strychnon vocant. "Vid." Apul. de Herb. cap. 74.

'''BELLOSVS [1]''', "vid." BELLVM.

'''BELLOVESVS''', "vid." AMBIGATVS.

'''BELLVA''', "vel" BELVA, "quod frequentius in bonis libris." [...]

'''BELLVALIS''', e. Adi. "rarissimi vsus, cuius solus adhuc auctor laudatur" Macrob. [...]

'''BELLVATVS''', Adi. [ζωωτὸς] "vt," Beluata tapetia, "in quibus beluae pictae sunt." Plaut. Pseud. 1, 2, 14. "Conf. Is. Voss. Animadu. in" Catul. p. 196.

'''BELLVILIS''', e. "Idem." Gloss. Lat. Gr. Belluile, [θηριῶδες.

'''BELLVINVS''', "aliud" Adi. [ζώδης] "vt," Exceptus inde belluinis faucibus Prud. Cath. 7 v. 115 "de Iona." Voluptates belluinae Gell. 19, 2.

'''BELLVOSVS''', Adi. [θηριώδης] "Belluis plenum" Hor. Carm. 4, 14, 47 Te belluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis, "etc. Conf." Auien. Or. Maritim. v. 203.

'''BELLVTVS [1]''', a, um. Bestiae similis. Festus.

'''BELLVVS''', a, um. "Idem." Gloss. Lat. Gr. Belluus, [θηριώδης. "et" Isidor. Gloss. Belluus, Moribus bestiarum.

'''BELLVLE [1]''', BELLVLVS, "vid." BENE.

'''BELLVM''', i. n. [πόλεμος] "est tum ipsa Pugna, tum status, et tempus, quo in militia sumus:" Praelium, "ipsum tantummodo armorum certamen." [...]

'''BELLICVS''', Adi. [πολεμικὸς] "Vt," Columella Fest. "voce" Bellona. [...]

'''BELLICOSVS''', [ἀρήϊος, πολεμιστήριος] "Ferox." Sall. in Iugurth. 18, 12 [...]

'''BELLICOSE''', ius, issime. [πολεμικῶς] Liu. 9, 6 Cepisse enim eos non Roinam, sicut ante Gallos: sed quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque.

'''BELLICREPA''', ae. f. [πολεμόβρομος] Festus, Bellicrepam saltationem dicebant, Quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, quum a ludis Sabinorum virgines rapuit. [...]

'''BELLIFER''', era, erum. [δαϊφόρος] "Idem, quod" Bellicosus. Claudian. in Eutrop. 1, 429 -- quid belliferam communibus vrunt Italiam maculis?

'''BELLIGER''', Adiect. [πολεμοφόρος] "Idem." Stat. Achil. 1, 504 [...]

'''BELLIGERO''', are. [πολεμέω] "Bellare." [...]

'''BELLIGEROR''', ari. "Forma deponentis." Hygin. Fab. 274 Belus Neptuni filius gladio belligeratus est.

'''BELLIGERATOR''', oris. m. Gloss. Vet. Belligerator, [πολεμάρχης. [...]

'''BELLIPOTENS [2]''', Adi. [πολεμοκράτωρ] "Qui bello pollet." [...]

'''BELLISONVS''', a, um. Paul. Nolan. 8. Nat. Fel. v. 423.

'''BELLOSVS [2]''', [μαχικὸς] "Vetustum est nomen, idem significans, quod Bellicosus." Caecil. "apud" Non. 2, 96 Tantum bellum suscitare conari aduersarios contra bellosum genus.

'''BELLO [2]''', are. [πολεμίζω] "Bellum gerere, it. pugnore." [...]

'''BELLANS''', antis. Hirt. Bell. Afric. cap. 61 Gaudium bellantibus Fortuna tribuit. Hor. Carm. saec. v. 51 Bellante prior, iacentem lenis in hostem.

'''BELLATOR''', oris. m. [πολεμιστὴς, μάχιμος] "Qui bellum gerit, vel qui longa belli exercitatione praestat et excellit." [...]

'''BELLATORIVS''', a, um. [πολεμιστικὸς] Plin. Epist. 7, 9 Et quasi bellatorium stylum suaserim. Ammian. 23, 5 Bellatoria iumenta.

'''BELATRIX''', icis. f. [πολεμιστὶς] "Femina bellicosa." [...]

'''BELLAX''', acis. "Bellicosus." Bellaci consisus gente Lucan. 4, 406.

'''BELLVS [1]''', "vid." BONVS.

'''BELLVTVS [2]''', Est Belluae similis, "vt ait" Festus. Gl. Isid. Belluus moribus Belluarum. Belutus Siciniorum "cognomen."

'''BELO''', are. "Pro" balare "dicebant veteres Latini, teste" Varrone de R. R. 2, 1, 7, "cuius verba damus in" BELA.

'''BELOACOS''', "et" BELOTOCOS. "Herba, al. Dictamnus." Apul. de Herb. cap. 62.

'''BELOCVLVS''', "vid. mox" BELI OCVLVS, "in" BELVS.

'''BELONE''', es. f. [Βελόνη] "Piscis est, qui Latino nomine dicitur" Acus, "nomine a tenui, recta et oblonga figura deducto, qualem fere in acu cernimus." [...]

'''BELOS''', βέλος] "Latine dicitur" Telum. Caius de Verborum significatione. Quod nos telum appellamus, illi [βέλος appellant: eoque nomine vulgo quidem Id significatur, quod ab arcu mittitur.

'''BELVA''', "vid." BELLVA.

'''BELVS''', [Βῆλος] "ex" Bel, Beel, Baal, "ductum, et diuinae et regiae venerationis nomen, quibusdam Aegypti, Assyriae, et Phoenices regibus proprium." [...]

'''BELIAS''', adis. f. "Beli Aegyptii neptis, Danai filia." Sen. Herc. Oet. 960 Stricto cruenta Belias ferro stetit. "Gronou. malit," Belis et "etc."

'''BELIDES [2]''', [Βηλούδης] "Patronym. masc." Stat. Theb. 6, 291 [...]

'''BELIS''', idis. [Βηλὶς] "Patronym. fem. Pl." Belides, "Beli Aegyptii neptes, quae et Danaides, a patre Danao." [...]

== BEN ==

'''BENACVS''', [Βήνακος] "Lacus Venetiae." [...]

'''BENDIS''', "vt scribit Hesychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde et" Bendidia "eius feriae Athenis vocabantur." [...]

BENE, BENEDICO, BENEFACIO, BENEFICIARIVS, BENEFICIVM, "vid." Bene, "in" BONVS.

'''BENNA''', [βέννα] Lingua Gallica Vehiculi genus appellatur: vnde vocantur Combennones, in eadem benna sedentes. [...]

'''BENNARIVS''', a, um. Gloss. Lat. Gr. Bennarius, [σκηνάρχης.

'''BEO [2]''', are, "vid." BEATVS.

== BER ==

'''BERBEX''', icis. m. "Antique pro" Veruex. [...]

'''BERBECVLVS''', Diminut. "Reines. in Schol. ad" Petron. Fragm. Trag. cap. 37.

'''BERECYNTVS''', [Βερέκυντος] "Mons Phrygiae est, et nomen oppidi, in quo mater Deûm Cybele priscorum ritu colebatur: vnde" Berecyntia "dicta est." [...]

'''BERECYNTIVS''', Adi. [Βερεκύντιος] "Vt," Cornu Berecyntium, Horat. Carm. 1, 18, 13. [...]

'''BERECYNTIACVS''', "Aliud" Adi. "Vt," Berecyntiacus sacerdos Prudent. adu. Symmach. 2, 51.

'''BERECYNTIADES''', ae. "Patronym." Ouid. in Ibin 508 Venator Berecyntiades.

'''BERENICE''', "vel" BERONICE, es. f. [Βερενίκη] "Aliquot Aegyti reginarum nomen: hic ponendum propter sidus." [...]

'''BERENICEVS''', Adi. [Βερενίκειος] Catul. 64, 1 E Bereniceo vertice caesariem.

'''BERENICIS''', idis. [Βερενικὶς] "Tractus Africae Cyrenaicae, qui est circa" Berenicem "vrbem." [...]

'''BERGIOS''', "et" Albion, "vid. supra" ALBION.

'''BERILLVS''', "vid." BERYLLVS.

'''BERINVS''', a, um. "A colore, qui" Berus, Birrus, "vel" Burrus "dicitur, legunt quidam" Berinum vestimentum Plaut. Epid. 2, 2, 49. "vbi editur" Melinum.

'''BERO''', onis. "Saccus, qua dictione sunt, qui putent vsum fuisse" Alfenum in l. 31 [...]

'''BEROE''', [Βερόη] "Semeles matris Bacchi nutrix." [...]

'''BERONICE''', "vid." BERENICE.

'''BERVLA''', ae. f. Herba, Graece Cardamine dicta Marc. Emp. cap. 36.

'''BERYLLVS''', i. m. "et" f. [βήρυλλος] "Lapis pallidus transparens." [...]

'''BERYTVS''', "siue" BERYTOS, [Βήρυτος] "Nobilis ob scholam praesertim ICtorum, Phoeniciae vrbs, de qua hoc solum nobis obseruandum, penultimam tutius produci, auctoritate Dionysii Periegetae" v. 911, "et interpretis illius" Prisciani 853 [...]

'''BERYTIVS''', a, um. "Vt," Vinum Berytium Plin. 14, 7. Vua Berytia Idem 15, 17.

== BES ==

'''BES''', siue BESSIS, is. m. [δίμοιρον,] Vitruu. 3, 1. [...]

'''BESSALIS''', e. Adi. [διμοιριαῖος] "Quod bessem habet, vel valet." Vitruu. 5, 10 [...]

'''BESSI''', [Βέσσοι] "Populi sunt Thraciae ad Strymonem, magna ex parte Haemum incolentes montem, latrociniis insignes, vt ait Strabo lib. 7." Cic. in Pison. 84 [...]

'''BESSICVS''', Adi. [Βεσσικὸς] Cic. in Pison. 84 Idemque tu Rabocentum Bessicae gentis principem, quum te trecentis talentis regi Cotto vendidisses, securi percussisti.

'''BESTIA''', ae. f. [θηρίον] "Animal irrationale, sed ita fere, vt crudelitatem exprimat, sicut Belua, magnitudinem et quasi monstrositatem." [...]

'''BESTIOLA''', ae. f. Dimin. [θηρίδιον] Plin. 11, 6 [...]

'''BESTIALIS''', e. Prudent. Hymn. ieiun. s. Cathem. 7, 153. [...]

'''BESTIARIVS''', i. m. [θηριόμαχος] "Sic dicebantur, qui ludis publicis in Amphitheatro cum bestiis depugnabant." [...]

== BET ==

'''BETA''', ae. [τεῦτλον] "Herba notissima, quae in hortis seritur." Plin. 19, 8 [...]

'''BETACEVS''', "forma Adiectiui primum videntur dixisse." Varro de R. R. 1, 2, 27 [...]

'''BETALIS''', e. "Mollis instar betae." Comula betalis Petron. 58. "Sed al. legunt" BESSALIS, "quam vide."

'''BETIZARE''', "pro Languere vsurpauit Augustus, teste" Suet. cap. 87 "vt Graeci suum" [λαχανίζειν. Catull. 68, 21 Languidior tenera cui pendens sicula beta, "etc."

'''BETO''', ere. [εἶμι] "Verbum obsoletum, pro Ire." [...]

'''BETONICA''', "vid." VETTONICA. Scribon. 153.

'''BETVLA''', "et" BETVLLA. [σημὺς] "Arbor," de qua Plin. 16, 18 s. 30 [...]

'''BETVLI''', Gemmae sunt e genere Cerauniarum, nigrae, rotundaeque, quibus vrbes expugnari, et classes, ex Sotaco "refert" Plin. 37, 9.

== BIA ==

'''BIAEON''', [βίαιον] "i. Violentum. Vini facticii genus, vid."BION.

'''BIAEOTHANATVS''', i. m. "Violenta morte peremtus." Tertull. de anima c. 57. "Vid."BIOTHANATOS.

'''BIARCHI''', [βίαρχοι] "videntur esse, qui praesunt commeatibus, vitaeque necessariis comparandis." [...]

'''BIARCHIA''', ae. f. [βιαρχία] "Officium biarchi." Leg. 1 Cod. de Off. Magistr. Off. Ad biarchiam nemo suffragio, sed labore vnusquisque perueniat.

'''BIAS''', antis, [Βίας] "Prienaeus, vnus e septem sapientibus Graeciae, qui quum patriam captam fugeret, nihilque, vti caeteri, exportaret, roganti causam, illud vulgatum apud" Cic. in Parad. 1 "respondit," Omnia mea mecum porto. [...]

== BIB ==

'''BIBACITAS [1]''', BIBACVLVS, BIBAX, BIBOSVS, BIBVLVS, "vid." BIBO.

'''BIBESIA [1]''', ae. "Vocabulum a Plauto confictum, si audimus" Paullum Festi "epitomatorem in" Peredia. "Sed" Perbibesia "modo hodie superest. v. v."

'''BIBLION''', i. n. [βιβλίον] "Volumen, libellus: in plur." Biblia, orum, "Libelli: quo nomine appellantur Libri sacri per excellentiam." [...]

'''BIBLIOPEGVS''', i. m. [βιβλιοπηγὸς] "Librorum concinnator vulgo vocatur, quem magis Latine" Glutinatorem "dixeris."

'''BIBLIOPOLA''', ae. m. [βιβλιοπώλης] "Qui libros vendit" Martial. 4, 72 [...]

'''BIBLIOTHECA''', ae. f. [βιβλιοθήκη] Festus; Bibliothecae, et apud Graecos, et apud nos tam Librorum magnus per se numerus, quam Locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellantur. [...]

'''BIBLIOTHECVLA''', ae. f. Dimin. Symmach. Epist. 4, 18 Sume ephimeridem C. Caesaris, decerptam bibliotheculae meae.

'''BIBLIOTHECALIS''', e. "vt," Bibliothecalis copia, "apud" Mart. Capell. lib. 4. Thesauri Symm. Ep. 8, 2.

'''BIBLIOTHECARIVS''', i. m. "Qui bibliothecae praeest." [...]

'''BIBLOS''', i. f. [βίβλος] "Iuncum significat, et papyrum illam Aegyptiam, qua in scribendo vti consueuerant." [...]

'''BIBLIS''', idis. [Bίβλις] "Vid."BYBLIS.

'''BIBO [1]''', bibi, bibitum, ere. [πίνω] "humorem alendo corpori necessarium ore assumere: dicitur etiam de animalibus brutis." [...]

'''BIBENS''', entis. Horat. Epist. 2, 2, 9 Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti. Martial. 11, 7 Possum nil ego sobrius, bibenti Succurrent mihi quindecim Poetae.

'''BIBITVS''', a, um. "Vt," Bibitum vinum Macer. 3, 6, 10. E vino bibitus Plin. Val. 2, 18.

'''BIBER''', "Infinitiuus nominascens, pro" Bibere, "nisi malis substant. n. ad formam" Verber, "etc." Charis. l. 1 p. 99 [...]

'''BIBAX''', acis. [πολυπότης] "Audiamus de hoc nomine" Gell. 3, 12 [...]

'''BIBACVLVS''', a, um. Dimin. [φιλοπότης] "vt," Bibacula anus. Onomast. vet. Bibaculus, [φιλοπότης. Plin. praef. Qui Bibaculus erat, et vocabatur: "de" M. Furio Bibaculo.

'''BIBACITAS [2]''', [πολυποσία] Denom.

'''BIBESIA [2]''', ae. f. Festo in Peredia est Cupiditas bibendi, "vid." PERBIBESIA.

'''BIBILIS''', e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 11 Cibum dare varium et bibilem, vt ouum sorbile, cerebrum, olus quod non sit virtutis acrioris, et magis nutribile.

'''BIBIBILIS''', e. "Idem." Gloss. Gr. Lat. [πότιμον, bibibile.

'''BIBITOR''', oris. m. Sidon. Epist. 1, 8 Bibitor Araricus.

'''BIBO [2]''', onis. "Idem quod" Bibax. Firmic. 5, 4 [...]

'''BIBIONES''', "Insecti genus." Isidor. 12, 8 [...]

'''BIBONIVS''', i. m. Vet. Gloss. Bibonius, [πολυπότης.

'''BIBOSVS''', "vid. in" BIBAX.

'''BIBVLVS''', Adi. [πότης] "Bibax: deinde qui facile sorbet, vel admittit recipitque humorem." [...]

'''BIBREVIS''', e. "Vt," Pes bibreuis, "Pyrrichius, duas breues habens syllabas" Diomed. pag. 471.

== BIC ==

'''BICAMERATVS [1]''', BICENSVS, BICEPS, "vid." BIS. BICERRA, "vid." BIGERRA. [...]

'''BICLINIVM [1]''', [δικλίνιον] "Lectus duobus stratus, aut duo lecti" [...]

"iuxta positi."

== BID "vsque" BIG ==

BIDENS, BIDENTAL, BIDVANVS, BIDVVM, BIENNIS, BIENNIVM. BIFARIAM, BIFAX, BIFERVS, BIFESTVS, BIFIDVS, BIFORIS, BIFORMATVS, BIFORMIS, BIFRONS, BIFVRCVS, "vid." BIS. BIFOLIVM. BIGA, BIGAE, BIGAMVS, BIGARIVS, BIGATVS, BIGEMMIS, BIGENER, "vid." BIS.

'''BIGERONES''', "vel" BIGERRONES. "Aquitaniae populi sunt," ap. Caes. Bell. Gall. 3, 27 [...]

'''BIGERRICVS''', a, um. "Vt," Bigerricus turbo Sidon. Epist. 8, 12.

'''BIGERRITANVS''', a, um. "Idem." Auson. Epist. 11 "extr." In fundo patriae Bigerritanae. "Phaleucus est. Ergo prima Syllaba breuis."

'''BIGERRA''', Vestis, "et" BIGERRICA, ae. f. "Est quasi" Bicerra, "vel" Bicirra "potius, hoc est, ex vtraque parte villosa," ἀμφίμαλλος "vti docuit Salmas. ad" Capitol. Pertin. c. 8 p. 549 [...]

'''BIGLA''', Vigilia, BIGLATICVM, "pro Vigiliis soluendum vectigal: Semibarbara. Vid." Buleng. Vectig. cap. 86.

'''BIGNAE''', Geminae dicuntur, quia bis vna die natae sunt. Festus. "Comparat Scaliger" Priuignum, "quasi" prius genitum. "Dacerius legendum putat," quia binae vna die natae sunt.

'''BIGRADVM [1]''', BIHORIVM, BIIVGVS, BILANX, "Vid."BIS.

== BIL ==

'''BILBILIS''', [Βίλβιλις] "Ciuitas Hispaniae Tarraconensis, ferri et Poetae sui Martialis gloria nobilitata." [...]

'''BILBIO''', ire. Factum est a similitudine sonitus, qui fit in vase. Naeuius, Bilbit amphora, inquit. "Haec" Festus.

'''BILIBRIS [1]''', BILINGVIS, "vid." BIS.

'''BILIS''', is. [χολὴ] "Fel, non tantum flauum illud et subuiride, quod in vesicula fellis colligitur, sed vehemens quiddam et calidum toto sanguine mixtum, illud" flauam bilem, "hoc" atram "vulgo vocant Medici." [...]

'''BILIOSVS''', Adi. [χολώδης] "Bile abundans." Cels. 2, 8 Aut lividum, aut biliosum. Idem 2, 6 Sputum etiam biliosum aut purulentum. Biliosa reiicere Scribon. 186.

'''BILIX''', icis. Adi. [δίμιτος, Gloss. Gr. Lat.] "Duplici filo," binis liciis "textus." Virgilius Aen. 12, 375 -- rumpitque infixa bilicem Loricam, "i. filo metallico duplicato plexam textamque. Vid."TRILIX.

'''BILLIS''', apud Afros appellatur Semen humanum humi profusum. Festus.

'''BILVSTRIS [1]''', BILYCHNIS, "vid." BIS.

== BIM "vsque" BIO ==

'''BIMARCVS [1]''', BIMARGVS, VIMARGVS, "tot enim modis scriptum inuenitur," Nomen Satirae Varronis, "in qua videtur fastum et arrogantiam stolidam et ineptam Romanorum incessisse, idque Romano praenomine, quo sibi placebant, duplicato indicasse, quasi quis non semel, sed" bis Marcus "sit." [...]

BIMAMMIA, BIMANVBRIATVS, BIMARIS, BIMATER, BIMATVS, BIMEMBRIS, BIMENSIS, BIMESTRIS, BIMETER, BIMVLVS, BIMVS. BINARIVS, BINIONES, BINOCTIVM, BINOMINIS, BINOMIVS, BINVS, "Vid." BIS.

'''BIOCOLYTAE''', [βιοκωλύται] "Magistratus quidam, a vi" [...]

"prohibenda vocatus, quorum mentio fit in" Nouell. const. 8 c. 13.

'''BION [1]''', [Βίων] "Borysthenites, Cratetis auditor, Cynicae, et celebratae in Satira dicacitatis, vnde est"

'''BIONEVS''', [βιώνειος] "Satiricus." Horat. Epist. 2, 2, 60 Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis, Ille Bioneis sermonibus, et sale nigro.

'''BION [2]''', "Vini species, de quo" Plin. 14, 8 [...]

'''BIOTHANATOS''', [βιοθάνατος] "Violenter mortuus, vt est, qui serro, vel alia vi interficitur, et non sua, id est naturali morte moritur." [...]

== BIP "et" BIR ==

BIPALIVM, BIPALMIS, BIPARTIO, BIPATENS, BIPENNIS, BIPENNIFER, BIPES, BIPEDALIS, "etc." BIPENNELLA. BIREMIS, BIROTA, "vid." BIS.

'''BIRRETVM''', "vel" BIRRETVS, "quod capitis tegumentum sollemne Doctorum est, huc non pertinet, cum sit infimae tantum et Barbarae aetatis. Sed dicendum de nomine, vnde ortum videtur"

'''BIRRVS''', "quod primo adiectiuum nomen fuisse putamus, quod" byrrum, burrhum, [πυῤῥὸν, rufum "s. igneum colorem denotaret." [...]

== BIS ==

'''BIS''', Adu. "numerandi, significat id, quod Graecis" [δὶς, "est enim quasi" DVIS, "vt," Duini Bini, Duellum Bellum, Duona Bona, "etc." [...]

'''BICAMERATVS [2]''', a, um. Hieron. adu. Iouin. 1 c. 9 [...]

'''BICENSVS''', a, um. Bis censum professus: "tribuitur" Festo: "Sed non inuenio."

'''BICEPS''', itis. Adi. [δικέφαλος] "Quod habet duo capita." Plin. 10, 62 [...]

'''BICEPSOS''', antique aut potius corrupte pro Biceps, apud Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 26 [...]

'''BICESSIS''', Varro de L. L. 4, 36 p. 40, 28 Bicessis a duobus decussibus "dicitur. Significat igitur duos decusses, i. viginti. Scioppius p. 68 dedit" Vicessis. "v. v."

'''BICHORDVLVS''', a, um. Apul. Apol. p. 154 Stew. Aureae vlices, bichordulae, "quasi ex duabus chordulis plexae. Sed mire variat lectio. Vid. Scipio Gentil. n. 354. et conf. Elmenh. Emend. p. 337 extr."

'''BICIRRIS''', e. "Vt," Vestes bicirres, "quae ab vtraque parte cirres habent." [δίμαλλοι, δίκροσσοι. Gloss. Vet. "Vid. supra" BIGERRA.

'''BICLINIVM [2]''', "vid. supra."

'''BICOLOR''', oris. Adi. [δίχροος] "Duorum colorum." Plin. 10, 52 Intus omne ouum volucrum bicolor. Myrtus bicolor Ouid. Met. 10, 98. Bacca Id. Met. 8, 664.

'''BICOLORVS''', a, um "formauit" Vopisc. Aurel. cap. 13. "Vid. ibi Salmas."

'''BICOMIS''', e. "Vt," Equus bicomis Veget. de Re Vet. 1, 56, 36. "cui ab vtraque parte iubae dependent."

'''BICORNIGER''', a, um. Ouid. Epist. 13, 33 Bacchi epitheton, "duobus cornibus insignis."

'''BICORNIS''', e. [δίκερος] "Quod habet duo cornua, vel proprie dicta, vel per metaphoram." [...]

'''BICORPOR''', oris. Adi. [δίσωμος] "Duorum corporum." Cic. Tusc. 2, 22 c. 9 Haec bicorporem afflixit manum, "de Centauris semihominibus et semiequis."

'''BICORPOREVS''', Adi. Firmic. 2, 12 [...]

'''BICORS''', cordis. c. Virginem bicordem Commodian. Instruct. c. 11 "appellat fallacem."

'''BICOXVS''', a, um. Gloss. Gr. Lat. Bicoxum, [δίμηρον, "a duabus coxis, s. femoribus."

'''BICVBITALIS''', e. [διπηχναῖος] "Quod duorum est cubitorum. Vt," Bicubitalis caulis Plin. 20, 23 pr.

'''BICVBITVS''', a, um. "Idem." Herba ramulis tenuibus bicubitis Apul. de Herb. cap. 72.

'''BIDENS''', entis. f. [διοδοὺς] Festus; Bidentes sunt Oues duos dentes longiores caeteris habentes. [...]

'''BIDENTAL''', dicebant antiqui quoddam Templum, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. [...]

'''BIDENTATIO''', onis. f. Gloss. Gr. Lat. σκαφετὸς occatio, bidentatio, "i. fossio ope bidentis."

'''BIDVANVS''', a, um. Raban. Maur. de Inst. Cler. 2, 26 Biduanus mos ieiunii inde sumtus, quod Apostoli ieiunauerunt illo biduo, quo Dominus passus et sepultus est. "Nempe"

'''BIDVVM''', i. n. [δύο ἡμέραι] "Spatium duorum dierum." Ter. Eun. 4, 2, 8 [...]

'''BIENNALIS''', e. "Duorum annorum. V. g." Metae C. Iust. l. 12 t. 7 l. 2. Pensio C. Theod. l. 11 t. 20. Tempus C. Iust. l. 4.

'''BIENNIS''', e. "Idem." Plin. 2, 82 Vtpote quum quidam annuo et bienni spatio durauerint.

'''BIENNIVM''', i. n. [διετία] "Spatium duorum annorum." [...]

'''BIFARIAM''', Adu. [διχῶς] "In duas partes, aut Duobus modis." Cic. Tusc. 3, 24 c. 11 [...]

'''BIFARIVS''', a, um. "Duplex, in vtramque partem aptus." Apul. Dogm. Plat. 3 pag. 39 [...]

'''BIFAX''', "vel" DIFAX, "Habens duas facies." Gloss. Lat. Gr. Bifax, difax, [διπρόσωπος. "Vid. Meurs. Exerc. 2. 4. 15."

'''BIFER''', Adi. [δίφορος, δίκαρπος] "vt," Bifera arbor, "quae bis in anno fert fructum." [...]

'''BIFESTVS''', a, um. Prudent. Pass. Petr. et Paull. extr. Diem bifestum sic colas memento.

'''BIFIDVS''', Adi. [δίχηλος] "Quod in duas partes fissum est." Plin. 11, 37 Lacertis bifida et pilosa lingua. Ouid. Met. 14, 303 [...]

'''BIFIDO''', are. "bifariam findere." Zeno Veronens. "Hinc"

'''BIFIDATVS''', Adi. [διχηλωτὸς] Plin. 13, 4 Folia cultrato mucrone, lateribus in sese bifidatis, bellas primum demonstrauere gemmas. "De palmis loquitur."

'''BIFISSVS''', a, um. "Idem." Solin. cap. 51 Bifissae vngulae.

'''BIFOLIVM''', "Herba, ex" Plin. 26, 9 "extr. laudatur. Verum ipsum nomen non habet. Sed ista:" Ophrys herba, denticulato oleri similis, foliis duobus.

'''BIFORIS''', e. [δίθυρος] "Duplices ianuas habens, s. valuas." Ouid. de Pont. 3, 3, 5 [...]

'''BIFORVS''', a, um. "Idem." Vitruu. 4, 6 Forium ornamenta non fiunt cerostrata, neque bifora, sed valuata. "Vid. Salmas. in" Solin. p. 651.

'''BIFORMATVS''', Adi. [διμορφωτὸς] Cic. Tusc. 2, 20 c. 8 -- non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo. Biformatus impetus "a biformi vel duplicis corporis centauro factus."

'''BIFORMIS''', e. [δίμορφος] "quod duas formas habet." [...]

'''BIFRONS''', ontis. Adi. [διμέτωπος] "qui geminam frontem ac faciem habet." Virg. Aen. 12, 198 Latonaeque genus duplex, Ianumque bifrontem. Idem 7, 180.

'''BIFVRCVS''', Adi. [δίζηλος] "Geminatus in furcam, duo acumina, cornua, habens: vt," Bifurcum ferramentum Columel. 3, 18, 6. [...]

'''BIGA''', ae; "et" BIGAE, arum. f. [συνωρὶς, ζεῦγος] "Currus duorum equorum iugo actus, interdum ipsi equi, quod de" Curru "etiam obseruamus." [...]

'''BIGARIVS''', i. m. "Auriga Bigarum." [...]

'''BIGATVS''', Adi. "vt," Argentum bigatum Liu. 23, 33 "quod bigas impressas habet." Plin. 33, 3 [...]

'''BIGEMMIS''', [δίλιθος] "Vitis epitheton, quae habet duas gemmas." [...]

'''BIGENER''', is; "vel" BIGENERIS, e. [διγενὴς] Festus, Bigenera animalia dicuntur ex diuerso genere nata, vt leopardalis ex leone et panthera, cicur sus ex apro et scrofa domestica, mulus ex equa et asino. [...]

'''BIGENS''', entis. o. "Ortus ex duabus gentibus." Cathol.

'''BIGERMEN''', minis. n. "Seges duplici germinum genere constans," s. "Semen duo germina producens." Cathol.

'''BIGNVS''', a, um. "pro bigenus, vid. supra" BIGNAE.

'''BIGRADVM [2]''', i. n. Gloss. Gr. Lat. [δίβαθμον, bigradum.

'''BIHORIVM''', i. n. "Tempus duarum horarum forte non absurdum fuerit dicere ad analogiam" Trihorii "v. v."

'''BIIVGVS''', "et" BIIVGIS, e. Adi. [δίζυγος] Biiuges "equi dicuntur, quod bini ad vnum iugum alligati sint." [...]

'''BIIVVENIS''', "infelici coniectura fictum nomen a Barthio Adu. 32, 6 qui" Apul. Met. 2 p. 126, 21 "pro" Superbi iuuenis "legi suadet," semper biiuuenis Adonei.

'''BILANX''', ancis. f. [ζυγὸς] "Libra, instrumentum, quo res duabus impositas lancibus ponderantur. Videtur adiectiuum origine:" Mart. Capell. 2 p. 42 Sine bilance libra.

'''BILEX''', δίμιτος Vet. Gl.] "et" pl. Bilices "eaedem. Est igitur vt" Trilix "a" licio "s. filo deriuatum, et forte melius legatur" Bilix.

'''BILIBRA''', ae. [δίλιτρον] "Duarum librarum pondus." Liu. 4, 15 [...]

'''BILIBRALIS''', e. Gloss. Cyril. Bilibralis, [διλιτριαῖος.

'''BILIBRIS [2]''', e. Adi. δίλιτρος Gloss. Cyrill.] "Duarum librarum." [...]

'''BILINGVIS''', e. [δίγλωσσος] Festus, Bilingues Brutales Ennius dixit, quod Brutii et Osce et Graece loqui soliti sint. [...]

'''BILVSTRIS [2]''', e. [δεκαετὴς] "vt," Beilum bilustre, "quod duo lustra, id est decem annos durauit" Ouid. Amor. 2, 12, 9. "et" Sidon. Carm. 23, 299.

'''BILYCHNIS''', e. "Duos lychnos habens." Petron. cap. 30 Lucerna bilychnis de camera pendebat.

'''BIMAMMIA''', ae. f. Plin. 14, 3 Vuae bimammiae, "a figura credo dictae."

'''BIMARCVS [2]''', "vid. paullo ante."

'''BIMARIS''', e. Adi. [διθάλασσος] "Quod est inter duo maria, vt," Corinthus bimaris Hor. Carm. 1, 7, 2. [...]

'''BIMARITVS''', a, um. "Duarum simul mulierum contra leges maritus." Bimaritum appellas, vt verba etiam fingas, non solum crimina Cic. pro Planc. 30 c. 12.

'''BIMATER''', tris. Adi. [διμήτωρ] "Qui duas habet matres." [...]

'''BIMATVS''', us. m. [διετία] "Spatium siue aetas duorum annorum." [...]

'''BIMEMBRIS''', e. [δίκωλος] "Quod gemina habet membra, vt," Ouid. Epist. 9, 99 [...]

'''BIMENSIS''', is. [δίμηνος] "Tempus duorum mensium." Liu. 45, 15 Et ad opera quae locassent probanda, anni et bimensis tempus prorogaretur.

'''BIMENSTRVVS''', a, um. "Idem." Gloss. Cyrill. Bimenstruus, [διμηνιαῖος.

'''BIMESTRIS''', e. "Idem." [διμηνιαῖος] "vt," Bimestre stipendium Liu. 9. [...]

'''BIMETRVS''', a, um. "Duobus metris constans, s." διποδίαις "Iambicis." [...]

'''BIMVS''', Adi. [διετὴς] "Duorum annorum, vt," Bimae nuces Cato cap. 17. [...]

'''BIMVLVS''', Adi. [διετήδιος] Dimin. "Idem" Tranquillus Calig. c. 8 Quo tempore prope bimulus, deductus ab vrbe sit. Catul. 17, 12 -- nec sapit pueri instar Bimuli.

'''BINARIVS''', a, um. "vt," Binariae formae, "i. Numi binis aureis valentes" Lamprid. Alex. Seuer. cap. 39.

'''BINIO''', onis. "Aureus maioris formae, duplicisque aestimationis." [...]

'''BINOCTIVM''', i. n. "Spatium duarum noctium." Tacit. Ann. 3, 71, 4 Vt plus quam binoctium abesset. "Conf." Ammian. 30, 2.

'''BINOMIVS''', [διώνυμος] Cui geminum nomen: "vt," Numa Pompilius, Tullus Hostilius. Festus.

'''BINOMINIS''', e. [διώνυμος] "Idem." Ouid. Met. 14, 609 [...]

'''BINI''', ae, a. [σύνδυο] Adi. "numerale distrib. quasi" duini ("vid." BIS) "a" Duo, "pro quo interdum ponitur." [...]

'''BIPALIVM''', i. n. [διμάκελλα] "Instrumentum quo terra foditur, quasi" Bina pala. Columel. 3, 5 [...]

'''BIPALMIS''', e. [δίδωρον] "Duorum palmorum." [...]

'''BIPALMVS''', a, um. "Idem." Apul. de Herb. cap. 7.

'''BIPARTIOR''', "siue" BIPERTIOR, iri. [διχομερίζω] "In duas partes diuido." [...]

'''BIPARTITVS''', a, um. "Passiue." Genus bipartitum Cic. Topic. 85. Hiems bipartita Columel. 3, 2. Melos bipartitum Cato "apud" Non. 2, 10.

'''BIPARTITO''', "siue" BIPERTITO, Adu. [διχῶς] Cic. de Invent. 2 c. 29 [...]

'''BIPATENS''', Adi. [διανοικτὸς] "vtrinque patens." Virg. Aen. 2, 330 [...]

'''BIPEDA''', ae. "Duorum pedum tegula." Pallad. 1, 40, 5 [...]

'''BIPEDALIS''', e. [διποδιαῖος] "Quod habet longitudinem duorum pedum." [...]

'''BIPEDANVS''', Adi. [διποδιαῖος] "Idem." Columel. 2, 2, 21 Frumentis autem sat erit, si aeque bona suberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abunde est. "Sed melius al." Bipedaneus.

'''BIPEDANEVS''', [διποδιαῖος] "Idem." Columel. 4, 1, 2 [...]

'''BIPENNIS''', is. [πέλεκυς] "Securis quae vtrinque aciem habet: a" Pinna "deriuatum nomen, quod Acutum veteres dicebant." [...]

'''BIPENNIFER''', Adi. [πελεκυφόρος] "Bipennem ferens." Ouid. Met. 8, 391 Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas. Idem Trist. 5, 3, 39 Ossa bipenniferi Lycurgi, "Thraciae tyranni."

'''BIPENSILIS''', e. Forcipes bipensiles dentarpages Varro "ap." Non. 2, 237 Graecorum ὀδοντάγρας "vocauit."

'''BIPES''', edis. Adi. [δίπους] "Quod habet duos pedes." Cic. pro Domo 48 c. 18 [...]

'''BIPINNA''', "apud" Martialem "ex sententia Turnebi, vocatur Pars ea, qua viri sunt, male crassa, quae duarum pennarum tubos, vel cannas duplicis pennae amplitudine, id est crassitudine non superet." [...]

'''BIPLEX''', icis. Gloss. Gr. Lat. [διπλοῦς, biplex, duplex.

'''BIREMIS''', is. f. [διήρης] "Nauis, quae duplici remorum ordine agitur, s. vt ait" Isid. 19, 1 [...]

'''BIROTVM''', [δίτροχον, Onomast. Vet. "seu" BIROTA, Genus vehiculi, a duabus rotis denominatum. [...]

'''BISACVTVS''', a, um. Non si occidas eos gladio bisacuto Augustin. Conf. 12, 14. "Add. Barth. Adu." 45, 25.

'''BIPRORVS''', a, um. Biprora nauis Hygin. fab. 168. "Add." Idem fab. vltim.

'''BISACCIVM''', i. n. "Geminus saccus." Petron. 31 [...]

'''BISELLIARIVS''', i. m. "Qui bisellia fabricabat." Vet. Inscr. Grut. p. 1099, 2, "et" 1103, 6.

'''BISELLIVM''', [διφορεῖον] "Sella, in qua duo tantum sedere possunt." Varr. de L. L. 4, 28.

'''BISETA''', Porca dicitur: a cuius ceruice setae bifariam diuiduntur, quum iam esse incipit maior sex mensium. Festus.

'''BISSENI''', ae, a. Auson. in Monosyll. Edyll. 12 Bissenas partes quis continet aequipares? As. "Add." Prudent. Cathem. 12, 192 Bissena fratrum semina, "XII tribus Iudaeorum."

'''BISEXTIALIS''', e. Adi. "Vt," Olla bisextialis Marcell. Empir. cap. 15 "videtur, quae duos sextarios capit."

'''BISSEXTILIS''', e. "Vt," Annus bissextilis, "vulgo dicitur, in quo est" Bissextus. "Veteres" Intercalarem "dicunt."

'''BISSEXTVM''', i. n. Ammian. 26, 2 Bissextum vitans Februarii tunc illucescens, "i. diem" bissextum. "Nempe" cons. Vales. ad loc.

'''BISSEXTVS [1]''', [ἐμβολιμαῖος] "Dies dicitur proprie" Sextus Kalendas Martii, "in anno ex Iulii Caesaris instituto intercalari, geminatus, et" bis "numeratus, ne reliquorum dierum ordo turbaretur." [...]

'''BISOMVM''', "vel" DISOMVM, i. n. "Sepulchrum duorum corporum." Vet. Inscr. "apud Aringh. Rom. Subterr." 1, 26 §. 21. "Reines. Inscript." sect. 20. 40. 116. 344. 369.

'''BISVLCILINGVA''', ae. c. "Bilinguis, veterator." Plaut. Poen. 5, 2, 74 Bisulcilingua quasi proserpens bestia. "Nempe"

'''BISVLCVS [1]''', Adi. [δίχηλος] "Velut sulco interposito in duas partes diuisus: et frequenter de vngulis adhibetur." [...]

'''BISVLTOR''', oris. m. [Δισέκδικος] Mars, "ita dictus quibusdam videtur a" Bis vlciscendo, "cui hoc nomine templum consecrarit Augustus: primo, quod adiutus ab ipso fuisset, quum Iulium Caesarem a coniuratis interfectum vlcisceretur: deinde quod signa Romana a Parthis erepta, victor eiusdem beneficio recepisset, Crassique manes vltus esset." [...]

'''BISYLLABVS''', "duas Syllabas habens. Vtitur" Varro de L. L. 8, 52.

'''BIVERTEX''', icis. "Vertex geminus." Stat. Theb. 1, 628 -- summaque biuerticis vmbra Parnassi residens. "Conf." Sidon. Epist. 9, 15, "in Metro."

'''BIVIRA [1]''', ae. [βίγαμος] "Duorum virorum vxor, sed succedentium sibi." [...]

'''BIVIVM''', i. n. [ἄμφοδος] "Locus in duas vias abiens." Virgil. Aen. 9, 218 [...]

'''BIVIVS''', Adi. [ἄμφοδος] Virgil. Aen. 11, 516 Vt biuias armato obsidam milite fauces, "i. quae ad duo loca ducunt." Biuii, Triuii, Quadriuii DIV. Inscr. Grut. 84, 5.

'''BISALTAE''', arum. m. [Βισάλται] "Macedoniae gens." Virgil. Georg. 3, 461, "de morbis ouium," [...]

'''BISALTIS''', idis. f. ("vitiosum enim est" BISALPIS) [Βισαλτὶς] "Nomen puellae, quam Neptunus in arietem conuersus compressit, vnde natus aries ille, qui Phryxum vexit." [...]

'''BISON''', ontis, "et" onis. m. [βίσων] "Animal e boum siluestrium genere." Plin. 8, 15 [...]

'''BISPELLIO''', onis. "Quibusdam a" Bina pelle "dictus videbatur, et idem esse, qui Versipellis: i. Veterator, planus."

'''BISSEXTVS [2]''', "vid. inter composita ex" BIS.

'''BISTON''', onis. [Βίστων] "Martis et Callirrhoes filius, qui" Bistoniam "Thraciae vrbem condidit: vnde omnes Thraces" Bistones "et" Bistonios "dixere Poetae; ipsamque Thraciam," Bistoniam, "aut" Bistonidem. [...]

'''BISTONIS''', idis. f. [Βιστονὶς] Adi. "idem, quod Thracia, Thressa, Threicia." [...]

'''BISTONES''', um. [Βίστονες] "Populi in Thracia," teste Plin. 4, 11. [...]

'''BISTONIVS''', Adi. [Βιστόνιος] "Thrax." Ouid. Met. 13, 1430 Est vbi Troia fuit, Phrygiae contermina tellus, Bistoniis habitata viris. Niues Bistoniae Stat. Theb. 11, 194. "Conf." Sen. Herc. fur. 226.

'''BISVLCVS [2]''', BISVLTOR, BISYLLABVS, "vid. compositae ex" BIS.

== BIT ==

'''BITHVS''', i. m. "Nomen gladiatoris. Vid."BACCHIVS.

'''BITHYAE''', [Βιθύαι] "Feminae quaedam vocantur in Scythia, quae pupillas binas in oculis singulis habeant." [...]

'''BITHYNIA''', [Βιθυνία] "Regio minoris Asiae, aduersa Thraciae, et proxima Troadi, primum" Bebrycia, "postea" Mygdonia, "deinde a" Bithyno Bithynia "dicta." [...]

'''BITHYNICVS''', a, um. [*᾿βιθυνικὸς] Pompeius dictus est Bithynicus, quod deuicta Bithynia, ex ea supellectilem regis Nicomedis deportarit. [...]

'''BITHYNVS''', a, um. Adi. [Βιθυνὸς] Iuuen. Sat. 7, 15 [...]

'''BITIENSES''', dicuntur, qui peregrinantur assidue. Festus. A Bito.

'''BITO''', "vid." BETO.

'''BITON''', "vid. infra in" CLEOBIS; "et" Martial. 2, 48.

'''BITVAE''', "vid." BITHYAE.

'''BITVMEN''', inis. n. [ἄσφαλτος] "Genus terrae pinguis, quod, si quando accenditur, exstingui facile non potest." [...]

'''BITVMINATVS''', [ἀσφαλτώδης] "Participii formam habet. V. g." Aqua bituminata, "Cui est admistum bitumen, vel quae per venas terrae bituminosas transit" Plin. 31, 6.

'''BITVMINEVS''', Adi. [ἀσφάλτειος] "Vt," Ouid. Met. 15, 350 Siue bitumineae rapiunt incendia vires.

'''BITVMINOSVS''', a, um. "Idem. Vt," Bituminosi Fontes Vitruu. 8, 3.

'''BITVRIX''', igis. [Βιτούριξ] Bituriges, Galliae Aquitanicae populi liberi Plin. 4, 19. Lucan. 1, 423 Et Biturix, longisque leues Axones in armis.

'''BITVRICVS''', a, um. "Vt," Vineta Biturici generis Columel. 3, 9. Vites Bituricae fructibus optimae Idem 3, 21.

== BIV "et" BIZ ==

'''BIVIRA [2]''', BIVIVM, "vid. in Compositis a" BIS.

'''BIVRVS''', i. m. M. Cicero tradit animalia Biuros vocari, qui vites in Campania erodant Plin. 30, 15 s. 52. "Sic Harduin. ex" MSS. "Alii legunt" Byturos.

'''BIZYA''', ae. [Βιζύη] Arx regum Thraciae, a Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus.

== BLA ==

'''BLACEOLVS''', "vid." BACELVS.

'''BLACTERARE''', [βληχᾶσθαι] "Vocem esse arietis, ait ille, quicunque est auctor carminis, quod inter Ouidii opera legitur inscriptum" de Philomela 56 Blacterat hinc aries, et pia balat ouis.

'''BLAESVS''', Adi. [τραυλὸς, βλαισὸς] "Qui lingua impeditus est." Martial. 10, 65 [...]

'''BLANDIOR''', iri. [ἀρεσκεύομαι, κορίζομαι] "Molliter et ad voluptatem tractare." [...]

'''BLANDIENS''', entis. Iustin. 1, 4, 12 In illo dulcis quidam blandientis risus apparuit. Tacit. Agric. 16, 4 Blandientia vitia. Sueton. Neron. cap. 20 Blandiente profectu prodire in scenam concupiuit.

'''BLANDITVS''', Partic. "actiuae significationis:" [Ἐπαγωγὸς, Vet. Gloss. [...]

'''BLANDITIM [1]''', Adu. "Per blanditias." Lucret. 2, 173 Vt res per Veneris blanditim saecla propagent. "Al." Blanditum, "quod seriei orationis repugnat."

'''BLANDVS''', Adi. [ἄρεσκος, ἤπιος, μείλιχος] Blandum "est, quidquid vel sensum suauitate quadam demulcet, vel ad animum iucunditate quacunque afficiendum pertinet: cum hominis vel actionis humanae attributum est, placendi studium denotat." [...]

'''BLANDICVLVS''', "et" BLANDICELLVS, a, um. "Diminutiua sunt a" Blandus; "sicut ab eo, quod est" Mollis, "fit" Molliculus "et" Mollicellus. [...]

'''BLANDICVLE''', Adu. Apul. Met. 10 p. 252 Blandicule respondere.

'''BLANDVLVS''', a, um. Dimin. Animula vagula, blandula Spartian. Adrian. 25. "ex carmine ipsius Imperatoris."

'''BLANDE''', Adu. [ἀρεσκευομένως] "Vt," Blande alloqui Ter. Phorm. 1, 5, 22. [...]

'''BLANDITER''', "aliud Adu." [προσηνῶς] "Idem, quod" Blande. Plaut. Pseud. 5, 2, 3 Magis cogito, saeuiter, blanditerne alloquar. Idem Asin. 1, 3, 69.

'''BLANDITIM [2]''', [μειλιχῶς] "Aliud item Adu. i. Blandiendo." [...]

'''BLANDIDICVS''', [χρηστολόγος] "Qui blandis verbis vtitur." Plaut. Poen. 1, 1, 10 Nunc mihi blandidicus es. "Obsoletum."

'''BLANDIFICVS''', a, um. "Vt," Fax blandifica Mart. Capel. 9 pag. 301.

'''BLANDIFLVVS''', a, um. "Vt," Blandifluae vuae Fortunat. Carmin.

'''BLANDILOQVVS''', [χρηστολόγος] "Qui blanda verba loquitur. Vt," Vox blandiloqua Sen. Agam. 289. "Conf." Plaut. Bacch. 5, 2, 54. "et" Paullin. 5, 91.

'''BLANDILOQVENS''', "apud" Macrob. Saturn. 2, 7, "ex" Laberio.

'''BLANDILOQVENTVLVS''', Dimin. [χρηστολογῶν] Plaut. Trin. 2, 1, 13.

'''BLANDILOQVENTIA''', [χρηστολογία] Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 25 Nam vt ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.

'''BLANDILOQVIVM''', i. n. Augustin. Epist. 19, 4.

'''BLANDIMENTVM''', i. n. [θελκτήριον] "Quidquid fit, vel dicitur blandiendi causa." [...]

'''BLANDITIA''', ae. [κολακία] Cic. pro Planc. 29 c. 12 [...]

'''BLANDITIES''', ei. f. "Idem." Apul. Met. 9 p. 230 Sermonis blanditie cauillatum deducebat puerum.

'''BLANDITIAE''', arum. pl. [ἀρεσκεύματα] "Idem." Cic. de Amicit. 62 c. 25 [...]

'''BLANDVSIA''', [Βλανδουσία] "Sabini agri regio, in qua fuit ager Horatii, de quo ipse" Horat. Carm. 3, 13, 1 [...]

'''BLAPSIGONIA''', ae. f. βλαψιγονία] "Latine dici potest" Prolis detrimentum, [ἀπὸ τοῦ βλάπτω "quod noceo est, et" γόνος "foetus: Morbus apum, quum deficit alicuius aluei foetus." [...]

'''BLASPHEMIA''', ae. f. [βλασφημία] "Maledictum, vituperatio, conuicium, et quasi" nocens famae "dictum, ex vsu Graeco." [...]

'''BLASPHEMIVM''', "Idem, apud" Commodian. Instr. 31, 7. "Et" Prudent. Psychom. 715 Non tulit vlterius capti blasphemia monstri Virtutum regina Fides.

'''BLASPHEMO''', are. [βλασφημέω] "Maledicere, honorique et dignitati alterius derogare, quin execrari." Hieron. Epist. 75 "extr." Tertull. contra Iud. cap. 13. Vulgat. Leu. 24, 16.

'''BLASPHEMANS''', antis. Hieron. in Es. cap. 37. Vulgat. Iob. 15, 5.

'''BLASPHEMATIO''', onis. f. Tertull. de Cult. Fem. c. 12 pr.

'''BLASPHEMABILIS''', e. Tertull. ibid.

'''BLASPHEMVS''', a, um. "Qui blasphemat." [...]

'''BLATEAS''', Bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis eraditur, appellabant. Festus. "Vid."BLATTA.

'''BLATERO [1]''', are. ψέλλω, ψελλίζω] Est Stulte et praecupide loqui, quod a Graeco [βλὰξ originem ducit. [...]

'''BLATERANS''', antis. Apul. Met. 8 p. 213 Haec et huiusmodi mutuo blaterantes. Pacuu. "apud" Fulgent. 12 Ni ego te blaterantem aspicerem.

'''BLATERATVS [1]''', a, um. Apul. Met. 4 p. 153 His et his similibus blateratis. Idem Apol. 1 p. 275.

'''BLATERATVS [2]''', ûs. m. Sidon. Epist. 9, 11 "extr." Cuius abundante blateratu. Mart. Capell. p. vlt. Canini blateratus.

'''BLATERATIO''', onis. f. [βαττολογία] "Idem. Laudatur" Apul. Met. 4,...

'''BLATERO [2]''', onis. m. [στωμύλος, ψελλίζων] "Qui blaterandi vitio laborat." [...]

'''BLATO [1]''', onis. m. "Idem." Vet. Gloss. Blato, [ματαιολόγος, "nisi forte leg." blatero. In Gloss. Isidor. Blato est Cubicularius.

'''BLATIO''', ire. [ψέλλομαι] "Idem, quod Blaterare." [...]

'''BLATO [2]''', "siue" BLATTO, are. In Vet. Gloss. exponitur [φλυαρῶ. In alio Gr. Lat. [φλυαρῶ, arguto, garrio, blatto, effutio. "Sed forte pro" Blatto, "legendum est" Blatio.

'''BLATTA''', ae. [σίλφη] "Vermiculus exiguus, laeto corpore, multis pedibus etc. de quo" Plin. 11, 28 s. 34 [...]

'''BLATTARIA''', ae. f. Herba est verbasco similis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Haec abiecta blattas in se contrahit, ideoque Romae Blattaria vocatur Plin. 25, 9 s. 60. "Nempe"

'''BLATTARIVS''', Adi. "est, vt," Blattaria balnea, Sen. Epist. 86, "in quibus frequentes sunt blattae." Ex humido enim balneorum vapore progenerantur, "vt e Plinio paullo ante vidimus."

'''BLATTEARIVS''', i. m. [πεταλουργὸς, Gloss. Vet. "i. bractearius, e quo vitio blaesi hominis dictantis ortum videtur."

'''BLATTEVS''', a, um. "Purpureus." Eutrop. 7, 9 [...]

'''BLATTIARIVS''', i. m. "Qui sericum purpuratingit." Leg. 1 Cod. Theod. de Excus. Artif.

'''BLATTIFER''', a, um. Sidon. Apoll. Epist. 9, 16 Blattifer Senatus, "i. purpureus, s. purpuratus."

'''BLATTOSERICVS''', a, um. "Vt," Pallium blattosericum. [...]

'''BLAX''', acis. m. [βλὰξ] vox Graeca est, quae Bardum et stupidum significat, "vt ait" Festus in Blitum. [...]

== BLE ==

'''BLECHNON''', [βλῆχνον] Herba, de qua Plin. 27, 9 s. 55 [...]

'''BLECHON''', [βλήχων] Plinio Siluestre est pulegium, simile origano, minoribus foliis quam satiuum, quod a quibusdam dictamnus vocatur. [...]

'''BLEMMYES''', [Βλέμμυες] "seu" BLEMYAE. m. pl. "(vtrumque enim legitur) fabulosi Populi in Aethiopia, Austrum versus," capitibus carentes, ore et oculis pectori affixis, "vt ait" Plin. 5, 8. [...]

'''BLENNIVS''', i. m. Piscis mugil, "laudatur, falso, arbitror" Plin. 32, 9.

'''BLENNOS''', [εὐήθεις] Stultos esse Plautus indicat (Bacch. 5, 1, 2) qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. [...]

'''BLEPHARO''', onis. [βλεφάρων] "Comicum nomen a superciliorum"

(τῶν βλεφάρων) "magnitudine fictum, vt" Chilo "s." Labeo, "et id genus. Insignis fuit persona superciliis. Vtitur v. g." Plaut. Amphit. 4, 3, 3.

== BLI ==

'''BLITVM''', i. n. "et" BLITVS, m. βλίτον] Genus oleris, a saporis stupore appellatum esse ex Graeco putatur: quod ab his [βλὰξ dicitur stupidus. [...]

'''BLITEVS''', Adi. [βλίτιος] "Inutilis, insulsus et vecors: a" Blito, "herba nullius saporis." [...]

== BOA ==

'''BOA''', ae. f. Serpens est aquatilis, quam Graeci ὕδρον vocant, a qua icti obturgescunt. [...]

BOARE, BOALIA, BOARIVS, BOATIM, "vid." BOS.

== BOC ==

'''BOCA''', BOCAS, BOCCA, "vnum nomen videtur." [...]

'''BOCCHO''', onis. m. "Fatuus laudatur ex" Apul. Apol. 2 p. 206. "Sed rectius legitur" Bucco, "v. v."

== BOD ==

'''BODONES''', "videntur iidem, qui" BOTONES, "de quibus s. l." Iul. Paullus Recept. Sentent. 5, 22 [...]

== BOE ==

'''BOEBE''', es. f. [Βοίβη] "Thessaliae oppidum, a quo dicta"

'''BOEBEIS''', idos. [Βοιβηὶς] "Lacus Poetis celebratus." [...]

'''BOEBEIVS''', Proles Boebeia, "nymphae lacum illum inhabitantes. Sed"

'''BOEBICIVS''', "quod laudatur ex" Lucan. 6, 382 "nimis incertum est: et praestat forte legere, quod etiam Oudendorpio videtur, nec improbat Burmannus," Boeboeo.

'''BOETHI''', [βοηθοὶ] "dicuntur ab Imperatore," Adiutores scribarum: "quos alii" Subadiuuas, "alii" Adiutorios "appellant," vt in l. Vnicuique. C. de Proximo. sacr. scrin. [...]

'''BOEOTIA''', [Βοιωτία] "Graeciae regio, cuius caput Thebae, fabularum antiquarum Theatrum." [...]

'''BOEOTIVS''', [Βοιώτιος] Nep. Alcib. s. 7, 11 Omnes Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inseruiunt. [...]

'''BOEOTVS''', [Βοιωτὸς] "aliud" Adi. "vt," Tellus Boeota, "i. e. Boeotia." Ouid. Met. 12, 8. Hor. Epist. 2, 1, 244 Boeotum in crasso iurares aere natum.

'''BOEOTICVS''', a, um. "Vt," Boeoticum genus cucumerum Plin. 19, 5 s. 23. "Graeca prouerbia sunt" Auris Boeotica, Sus, Ingenium, et Aenigmata Boeotica "apud Erasmum."

== BOI ==

'''BOIA [1]''', ae. f. "Annulus s. Circulus, quo colla vel pedes maleficorum vinciuntur." [...]

'''BOIA [2]''', ae. f. "Forte Regio" Boiorum "in Gallia" Caes. Bell. Gall. 7, 14. "Sed locus est dubius."

'''BOICVS''', Ager dicitur, Qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quae Togata dicitur. Festus.

'''BOII''', [Βόϊοι] "Populi Galliae." Plin. 4, 18. Liu. 5, 35. Sil. 4, 159 -- spissaeque ruunt conferta per arma Vndae Boiorum.

== BOL ==

'''BOLA''', ae. f. "Gemma laudatur" Plin. 37, 10 s. 53. "Sed Harduinus dedit" Boloe, [βῶλοι. "Vid." BOLVS. "Sunt qui legant" Bolenia.

'''BOLBITVM''', i. n. [βόλβιτον] "Graecis" Fimum "significat, et proprie" bubulum: "vnde" Imbulbitare "dictum putat" Festus, "pro eo quod est," Puerili stercore inquinare. [...]

'''BOLENIA''', "Gemma," quae nimbo inuenitur glebae similitudine Plin. 37, 10. "Sed Hard." Boloe. "Vid."BOLVS.

'''BOLETVS''', i. m. [βωλίτης] "Genus fungi inter omnes optimi: de quo abunde" Plin. 22, 22 s. 46 [...]

'''BOLETAR''', is. "it." BOLETARIVM, i. n. [βολιτήριον] "Vasis nomen, quod et aliis obsoniis, quam boletis seruiebat." [...]

'''BOLIS''', idis. f. [βολὶς] "q. d. Iaculum, pondus funiculo affixum, quo demisso nautae explorant altitudinem maris: vocatur perpendiculum nauticum, dictum" [ἀπὸ τοῦ βάλλειν, "id est a mittendo." [...]

'''BOLITES''', ae. [βολίτης] Radicem "herbae Lychnidis" Asiani Boliten vocant, qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur Plin. 21, 26 s. 98.

'''BOLVS [1]''', i. [βόλος] Iactum "significat, vel in alea, vel retis ad piscandum." [...]

'''BOLVS [2]''', "gemmae nomen." Plin. 37, 10 s. 55 Boloe [βῶλοι] nimbo inueniuntur, glebae similitudine. [...]

'''BOLONAE''', m. [βολῶναι] "ab emendis" iactibus piscatorum, [ἀπὸ τοῦ ὠνεῖσθαι τὰς βολὰς] "dicuntur: siue ipsa illa negotiatio ita dicatur, quod" Donatus "probare videtur ad" Terent. Heaut. 2, 2, 26 [...]

== BOM ==

'''BOMBAX''', Adu. "probantis vel vere vel per Ironiam." [βόμβαξ] Plaut. Pseud. 1, 3, 131 Fur. B. babae. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planissume.

'''BOMBILO''', are. [βομβέω] Bombilare "dicuntur apes." Auctor Philomelae v. 36 Bombilat ore legens munera mellis apes. "Sed leg." bombitat "Giphan. in Ind. Lucr. voce" PERFICE. "Vid."BOMBITATIO.

'''BOMBOMACHIDES''', "fictum Imperatoris nomen" Plaut. Mil. 1, 1, 14 "a vano, vt videtur, strepitu. Nimirum"

'''BOMBVS''', i. m. [βόμβος] "Sonus est, praesertim raucus, nec valde acutus, et videtur ex ipso sono fictum vocabulum." [...]

'''BOMBVLVS''', i. m. Dimin. Io. de Ianua in Cath.

'''BOMBICVS''', a, um. Fortunat. de S. Mart. 4,.. Intolerabilium per inania bombica iactans.

'''BOMBOSVS''', a, um. Adhelm. de Virgin. cap. 10 Bombosae vocis mugitus.

'''BOMBINO''', are. "interpretatur Papias," Conuiciari.

'''BOMBINATOR''', oris. m. Mart. Capell. 9 p. "vlt. videtur apem notare. Grotius malit" Bombilator.

'''BOMBIO''', ire. Vet. Gloss. [βομβῶ, bombio, "idem quod"

'''BOMBITO''', are. Auct. Carm. de Philomela v. 36. "Al." Bombilo.

'''BOMBITATIO''', onis. f. "secundum aliquos, apud" Festum. "Alii legunt"

'''BOMBIZATIO''', [βομβισμὸς] Est Sonus apum, ab ipso sonitu dictus; vt Mugitus, boum; Hinnitus, equorum. Festus. Bombilatio "probat Grot. ad" Martian. Capell. "extr."

'''BOMBYLIS''', "vid." BOMBYX.

'''BOMBYLIVS''', "vid. statim" BOMBYX.

'''BOMBYX''', ycis. m. [βόμβυξ, βομβυλιὸς] "Animal ex insectorum genere cum vespis et crabronibus memoratum." [...]

'''BOMBYCIAS''', ae. m. [βομβυκίας:] "Calami" s. "Arundinis genus, de quo" Plin. 16, 36 s. 66. [...]

'''BOMBYCINVS''', a, um. [βομβυκινὸς] "Vt," Vestis bombycina "apud" Plinium 24, 12 s. 66. Vestes bombycinis similes. Iuuen. Sat. 6, 260 -- quarum Delicias et panniculus bombycinus vrit.

'''BOMBYCINA''', orum. [βομβύκια] ''Vestes sunt tenuissimae, ex bombyce confectae, vt vidimus ex'' Plin. 11, 22 s. 25. [...]

'''BOMBYCINO''', are. Purpuram facere. Gloss. Isidor.

'''BOMBYCINATOR''', oris. m. Purpuram faciens. ibid.

== BON ==

'''BONA DEA''', ''vid. in'' BONVS ''s. l.''

'''BONASVS''', [βόνασος] ''Fera, de qua'' Plin. 8, 15 s. 16 [...]

'''BONITAS [1]''', BONITARIVS, ''Vid.''BONVS.

'''BONVS''', [ἀγαθὸς, καλὸς] Adi. ''vulgatissimae significationis, et vsus latissimi.'' [...]

'''BONIFACIES''', Adi. Εὐπρόσωπος Gloss. Gr. Lat.

'''BONIFATVS''', a, um. Εὔμοιρος Gloss. Gr. Lat.

'''BONIMORIS''', e. Καλότροπος Gloss. Gr. Lat.

'''BONITARIVS''', ''verbum est a Theophilo, et similibus fictum: item vt eius contrarium'' Quiritarius. [...]

'''BONVSCVLA''', orum. n. Dimin. Sidon. Epist. 9, 6 Quantum de bonusculis auitis paternisque abligurisset.

'''BONE''', ''pro'' Bene. Adu. ''est in veteribus quibusdam libris apud'' Lucret. 2, 7. 4, 576. ''et'' 6, 996. Sosipatrum ''etiam laudat in Collectan. Gifanius.''

'''BONVM''', ''per Interiect. quidam accipiunt illud'' Apul. Met. 10 p. 246 Sciscitatus quid bonum rideret familia.

'''BONATVS''', a, um. ''Idem ac Bonus, placidus videtur'' Petron. 74 At ego dum bonatus ago, et nolo videri leuis. ''Sed locus corruptus putatur, et tentatur varie.''

'''MELIOR''', us. [ἀμείνων] ''Compar. a'' Bonus, ''tractatus a nobis in'' BONVS.

'''MELIVS [1]''', Adu. [ἄμεινον] ''Vid.'' post BENE.

'''MELIVSCVLVS''', a, um. Dimin. Columel. 9, 3, 2 [...]

'''MELIVSCVLE''', Adu. Cic. Fam. 16, 5 Volebam ad te Marionem remittere: quem quum meliuscule tibi esset, ad me mitteres. Plaut. Most. 4, 2, 51 Vide ne forte -- meliuscule, quam satis fuerit, biberis.

'''MELIORESCO''', ere [βελτιοῦμαι] ''Meliorem fieri.'' [...]

'''MELIORO''', are. [βελτιόω] "Melius reddere." [...]

'''MELIORATIO''', onis. f. Gloss. Gr. Lat. ἐπιβελτίωσις melioratio. "Add." Iustinian. l. 2 et 3 de Iure Emphyt. "vbi et pl." Meliorationes.

'''OPTIMVS''', a, um. superl. a Bonus. [...]

'''OPTIMITAS''', atis. [βελτιστόστης] "Vtilitas, commodum." [...]

'''OPTIMAS''', "nondum, puto, obseruatum: sed pl." OPTIMATES [οἱ ἄριστοι] "vel principes ciuitatis, vel optimarum partium ciues." [...]

'''BELLVS [2]''', Adi. [κομψὸς] "Diminutum ex" Benus, Benulus, "significat aliquantulum" Bonum "vel" Pulchrum, "et vt reliqua diminutiua, nunc blandientis est et molliter laudantis, nunc vero ad contemtum pertinet, quod ex contextu orationis est diiudicandum." [...]

'''BELLATVLVS [2]''', a, um. "Blandientis vocabulum, idem significans,"

"quod" Bellulus. Plaut. Casin. 4, 4, 28 Cur ergo non imus cubitum bella bellatula? "Sed Douza emendari vult" Belle, Bella tu mea.

'''BELLVLVS''', Dimin. Plaut. Mil. 4, 1, 42. Edepol equidem bellula es. Casin. 4, 4, 22 Edepol papillam bellulam. "vtitur etiam" Poen. 1, 2, 134.

'''BELLIATVS''', Adi. "Idem." Plaut. Rud. 2, 5, 6 Hem tibi aquam mea tu belliata. "Sic Mss. Sed edunt," mea tu bella.

'''BELLIFICOR''', ari. "Affictum temere verbum" Caelio ad Cic. Fam. 8, 10 Ne bellificatus alicui dicaris. "Nempe habent Mss. quidam" belificatus "pro" velificatus, alternatione "fere perpetua, s. confusione potius librariorum."

'''BELLITVDO''', inis. f. Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit. Festus.

'''BELLE''', Adu. [καλῶς, κομψῶς] "Quasi" Benule. Plaut. Truc. 2, 2, 35 [...]

'''BELLVLE [2]''', apud Plautum diminutiuum aduerbium est a Bene, quod facit Belle et Bellule.

'''BONITAS [2]''', atis. f. [ἀγαθότης, ἀγαθοσύνη] "Aeque late patet, quam" bonus, "vt omnem praestantiam, in primis in quantum ad alios refertur, et illis commoda est, significet." [...]

'''BENE''', [εὖ, καλῶς] "Ab antiquo" Benus, "pro Bonus. Adu. Compar." Melius, "et Superl." Optime. Plaut. Bacch. 1, 1, 6 [...]

'''BENEDICO''', ere. [εὐλογέω, εὐφημέω] "Modo sit verbum compositum, et non praestet separatim semper scribere, certe vim separatorum verborum simpliciter seruat, estque adeo bona verba s. bene ominata dicere, prospera precari, laudare, etc." Plaut. Asin. 3, 3, 155 [...]

'''BENEDICE''', Adu. [εὐφήμως] Plaut. Asin. 1, 3, 54 [...]

'''BENEDICTVM''', i. n. [εὐλόγημα, εὐφημία] "Melius et hoc diuidi videtur." [...]

'''BENEDICTVS''', a, um. "Vox frequens apud Ecclesiasticos. Vid." Tertul. ad Mart. cap. 1. Idem de Baptism. cap. 8. et de Anima cap. 27. "Conf." Hieron. in Vita Hilar. Herba benedicta Apul. de Herb. c. 61.

'''BENEDICTIO''', onis. f. "Alia vox in sacris vsitatissima. Vid." Apul. Trismeg. p. 92. et Paul. Nolan. Epist. 32. n. 8.

'''BENEDICVS''', a, um. Adi. [χρηστολόγος] "Ab hoc formatum videri potest Adu." Benedice, "et suadet" Maledicus, "de quo s. l."

'''BENEFACIO''', ere. [εὐποιέω, ἀγαθύνω] "In antiquioribus editionibus saepe ad vnam vocem iungitur, nescio quam bene." [...]

'''BENEFIO''', eri. Pass. Plin. Paneg. 70 [...]

'''BENEFACTVS''', "editum est etiam in Gronouiana" Cic. de Vniu. c. 13 Nisi quatenus ipse benefactus sibi aliquid miseriae quaereret. "Sed leg. diuise" bene factus.

'''BENEFACTIO''', onis. f. Tertull. adu. Mare. 4, 12.

'''BENEFACTOR''', oris. m. [εὐεργέτης] Coripp. de Laud. Iustin. Imp. 1, 12 Communis benefactor alens. "Vid." Sciopp. in Voss. de Vit. Serm. L. p. 9.

'''BENEFACTVM''', i. n. [ἀγαθοποιὸν] "pro Beneficio." [...]

'''BENEFICVS''', a, um. [εὐεργέτης, εὐποιὸς] "Qui beneficium praestat." [...]

'''BENEFICE''', Adu. Gell. 17, 5 Benefice liberaliterque facimus, non vt exigamus gratiam.

'''BENEFICIARIVS''', a, um. Sen. Epist. 90 Res beneficiaria. "Hinc"

'''BENEFICIARII''', "genus militiae Romanae, cuius antiqua et ipsius" Verrii "videtur definitio apud" Festum, Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneri. [...]

'''BENEFICIVM''', i. n. [εὐεργέτημα, εὐποιΐα, ἀγαθοποιΐα] "Quid sit, et quam late pateat, ipsa etymologia nominis satis declarat: Quomodo ex aliorum sententia differat ab" officio "et" ministerio, "docet" Sen. de Benef. 3, 18 [...]

'''BENEFICENTIA''', [εὐεργεσία] "Est Benignitas, vel Liberalitas virtus nimirum, quae amat conferre beneficia." [...]

BENEMEREOR, BENEMERENS, BENEMERITVS, "vid." MEREOR. "Melius enim diuiduntur. Sic etiam"

BENEPLACITVM, BENESVADVS, BENEVALENS, BENEVELLE, "vid." PLACEO, SVADEO, VALEO, VOLO.

'''BENEVOLENS''', Partic. [εὐνοῶν] "A" Bene volo, "quod vnica voce non scribitur." [...]

'''BENEVOLVS''', "aut" BENIVOLVS, ("quod probat Lipsius)" a, um. [εὐνοϊκὸς, εὔνους] "Idem." Ter. Hec. 5, 1, 35 [...]

'''BENEVOLE''', Adu. [εὐνοϊκῶς] Cic. de Fin. 1, 34 c. 16 [...]

'''BENEVOLENTIA''', "vel melius" BENIVOLENTIA, ae. f. [εὔνοια, εὐγνωμοσύνη, φιλοφροσύνη] Amor, quasi Bona voluntas. [...]

'''BENIGNVS''', Adi. [χρηστὸς, εὐποιὸς, ἐλευθέριος] "Liberalis, beneficus, clemens." [...]

'''BENIGNE''', [φιλοφρόνως, ἐλευθερίως] "Liberaliter, siue large et abunde." [...]

'''BENIGNITER''', [φιλοφρόνως] "pro Benigne." Titinn. Nimium te patrocinari censeo benigniter Nonius 11, 9.

'''BENIGNITAS''', atis. f. [χρηστότης, ἐλευθεριότης] "Liberalitas et beneficentia." [...]

'''BENIGNOR''', ari. Vulgat. 2 Esdr. 4, 39.

== BOO ==

'''BOO [1]''', BOARIVS, "vid." BOS.

'''BOOPES''', [βοώπης] "Cerefolium." Apul. de Herb. c. 104 Graeci Paederota vocant, alii boopes, alii arctophyllon, Latini Cerefolium.

'''BOOTES''', is, "et" ae. [βοώτης] "A boue deductum nomen." [...]

== BOP ==

'''BOPGYRVS''', i. m. "Piscis nomen in scopulis viuentis ex Ouidio referri aiunt a" Plin. 32, 11 s. 54. "Sed Harduin." Bouem, Cercyrum in scopulis viuentem "edidit."

== BOR ==

'''BORAGO''', "vid." BORRAGO.

'''BOREA''', "s." BORIA, ae. f. "Gemma est e Iaspidum genere." Plin. 37, 8 s. 37 Quarta apud eos vocatur Borea, caelo autumnali matutino similis: et haec erit illa, quae vocatur aerizusa.

'''BOREAS''', ae. m. [Βορέας] Ventus Aquilo. [...]

'''BOREALIS''', e. Adi. "Vt," Boreali fusus ab alto Auien. Perieg. v. 84. [...]

'''BOREVS''', Adi. [Βόρειος] "Vt," Quid. Trist. 4, 8, 41 Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est. "i. sub polo Arctico, siue Septentrionali. Vid." Hygin. Astr. 3, 29.

'''BORITH''', "Herba saponaria." [...]

'''BORRAGO''', "vel" BORAGO, ginis. f. "Herba."

'''BORSYCITES''', Plin. 37, 11 s. 73 "Gemma est," in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus.

'''BORYPTES''', ae. m. "Gemma" nigra, sanguineis et albis nodis, aliis sacra dicitur, velut portentosa. [...]

'''BORYSTHENES''', "Fluuii, Insulae, Lacus Scythiae nomen petatur a Geographis." [...]

'''BORYSTHENIDAE''', arum. m. "Populi ad" Borysthenem "amnem." Propert. 2, 7, 18 Gloria ad hibernos lata Borysthenidas.

'''BORYSTHENIVS''', Adi. [Βορυσθένιος] Ouid. e Pont. 4, 10, 53 Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes. Borysthenius "igitur" amnis "est" Borysthenes.

== BOS ==

'''BOS''', bouis. [βοῦς] "Communis generis, prout taurum aut vaccam notat: femininum etiam saepius, cum non respicitur sexus, obseruante Voss. de Anal. 1, 15: qui etiam 1, 36" [...]

'''BOARIVS''', Adi. [βοϊκὸς] "Quod ad bouem pertinet." [...]

'''BOO [2]''', are. "Clamare: et boum est proprium, etiam ab ipsa voce; quemadmodum" Baubare, "canum, a Graeco descendit" [βοάω, "quod et ipsum ist clamo." [...]

'''BOANS''', antis. "vt," Ouid. de Arte Am. 3, 450 Redde meum, toto voce boante foro.

'''BOO [3]''', ere. [βοάομαι] "Idem." Pacuuius Medea, Clamore et sonitu colles resonantes bount. Varro Parmenone, Exeunt citi, strepunt, bount Nonius 2, 80. "Antiquum est et inusitatum."

'''BOVO''', are, [βοΐζω] "dicuntur boues, quum vocem emittunt." Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 37 A boue "sumtum ait illud" Ennii clamore bouantes.

'''BOVATIM''', "vel" BOATIM, Adu. "ad similitudinem bouis." Nigid. Figulus "apud" Non. 1, 190 Sunt etiam assimilanter dicta haec, Canatim, Suatim, Bouatim, quae ab animalibus sumuntur.

'''BOATVS''', ûs. m. Apul. Miles. 3 p. 130 Praeconis amplo boatu citatus accusator.

'''BOVICIDIVM''', i. n. "Caedes bouis, vel boum, a Bos et Caedo." Solin. cap. 2 Inter ritus sacrorum factis bouicidiis.

'''BOVILE''', is. n. "stabulum boum, vt" ouile, equile, "vt," Ceruus se bouili "(Burm." Bubili) condidit Phaedr. 2, 8, 4. "Vid. mox" BVBILE.

'''BOVILLVS''', Adi. βοϊκὸς] "a" Boue: Oct. Hor. 1, 7 Bouillae carnis iure facile curatur. "Vulgo" Bubalae. Bouilla, [βοοστασία Gloss. "Forte melius" Bouile.

'''BOVINVS''', a, um. Theodor. Med. Antiq. de Diaeta cap. 15.

'''BOVINOR''', ari. "proprie esse putat Scaliger, Bouis strigantis in arando; per metaph. de Homine tergiuersante dici. Sed" Bouinatur, conuiciatur. Festus.

'''BOVINATOR''', oris. m. Nonio 2, 84 [...]

'''BVBALVS [1]''', i. m. [β᾽ούβαλος] a Boue dicitur: Plin. 8, 15 [...]

'''BVBALINVS''', a, um, "vt," Laridum bubalinum Vopisc. in Probo 4. [...]

'''BVBALIS''', e. "Idem. vt," Bubale frustum Petron. cap. 35. "i. de boue."

'''BVBALION''', i. n. Cucumis siluaticus Apul. de Herb. 113.

'''BVBETII''', Plinio 18, 3 "memorati his verbis," Ludos boum causa celebrantes Bubetios vocabant.

'''BVBILE [1]''', is. n. [βούσταθμον, βουστασία] "Locus vbi boues morantur." [...]

'''BVBONA [1]''', ae. f. "Dea boum apud antiquos esse dicitur" August. de Ciu. Dei 6, 9.

'''BVBSEQVA [1]''', ae. m. "Idem qui Bubulcus." [...]

'''BVBVLCVS''', i. m. [βουκόλος, βούτης] "Qui vel bobus arat, vel boves fundi aratorios pascit." [...]

'''BVBVLCARIVS''', i. m. "Idem." Gloss. Gr. Lat. βοώτης bubulcarius.

'''BVBVLCITOR''', ari. [βουκολέω] "Bubulci officium facere." [...]

'''BVBVLARIVS''', i. m. "Qui offam bubulam parabat Macellarii aut Lanionis genus." Hieron. in testam. Grun. Porc. Bubulariis intestina. "Nempe"

'''BVBVLVS''', Adi. [βοϊκὸς] "Idem significat, quod Bouinus, quod est bovis." [...]

'''BVBVLINVS''', "Idem." Bubulina vrina Veg. Mulom. 3, 4, 29. Bubulinum seuum Id. 3, 4, 8.

'''BVCERAS [1]''', "herba, vid. infra s. l."

'''BVCERIAE [1]''', [βουκέριος] "Boum greges" Lucret. 2, 660 [...]

'''BVCERVS''', a, um. Adi. [βούκερως] "Vt," Ouid. Met. 6, 395 [...]

'''BVCAEDA''', "vel" BVCIDA, ae. m. "Qui caeditur loris bubulis." Plaut. Most. 4, 2, 1 Illi bucaedae erunt potius, quam ego sim restio.

'''BVCETVM''', i. n. "vel" pl. BVCETA, "it." BVCITA, "Boum pascua." [...]

'''BVCOLICVS''', Adi. [βουκολικὸς] "vt," Carmen bucolicum, dictum a custodia boum, id est [ἀπὸ τῶν βουκόλων. [...]

'''BVCVLA [1]''', ae. f. [βοΐδιον] Dimin. Virg. Georg. 1, 376 [...]

'''BVCVLVS''', i. m. [βοϊδάριον] Columel. 6, 2, 4 Quum deinde buculos comprehenderis, extra stabulum producito, "i. Nouellos boves et tirunculos."

'''BOSCIS''', idis. f. "Volucris, quae" clausa pascitur, et stagna ac paludes rimatur, vt anas, querquedula "etc." Columel. 8, 15, 1. Βοσκᾶς "nota Aristoteli; de" Boscide "nihil dum praeterea obseruatum."

'''BOSPHORVS''', i. m. "seu rectius" BOSPORVS. [Βόσπορος] "Mare angustum significat: dictus a bouis meabili transitu, propter angustiam freti." [...]

'''BOSPORANVS''', a, um. Adi. [Βοσπορανὸς] "vt," Mithridates Bosporanus "rex" Tacit. Ann. 12, 15, 1. [...]

'''BOSPORIVS''', "aliud" Adi. [Βοσπόριος] "vt," Ouid. Trist. 2, 298 Egerit Ionio, Bosporioque mari.

'''BOSTAR''', "Vates Poenus" Sil. Ital. 3, 647 [...]

'''BOSTRYCHITES''', ae. m. Gemma crinibus mulierum similis Plin. 37, 10. Marc. Empir. c. 8. "Nempe" βόστρυξ "et" [βόστρυχος, "est capillus, caesaries, plexi mulierum aut longiores virorum crines. Hinc"

'''BOSTRYCHVS''', Adi. Firmicus 4, 12 Spissis capillis, aut molliter flexis, vel gradata pulchritudinis venustate compositis: crispos quoque, aut crinibus bostrychis comatos, "etc."

== BOT ==

'''BOTANE''', es. f. [βοτάνη] "Herba est, vt" Hiera Botane Scribon. Comp. 163. [...]

'''BOTANICE''', es. f. [βοτανικὴ] "Ars herbaria vulgo dicitur: et"

'''BOTANICVM''', i. n. Herbarium dicitur, quod ibi herbae notentur Isidor. 4, 11.

'''BOTANISMVS''', [βοτάνισμος] "Aegyptiorum arandi modus, de quo sic" Plin. 18, 18 s. 47 [...]

'''BOTELLVS [1]''', "vid." BOTVLVS.

'''BOTHYNVS''', i. m. "Cometa vel Meteoron potius, figuram foueae habens" Apul. de Mundo p. 58 et 64.

'''BOTONES''', um, "et" BOTONTINI, orum. "Tumores aggesta terra excitati. Vid." Auct. Rei Agr. p. 225. 306 "etc. Conf." Rigalt. Gloss. Agr. p. 294.

'''BOTRONATVM''', i. n. "Ornamentum muliebre ap." Tertull. de Cultu fem. c. 10. [...]

'''BOTRVS''', i. m. "Vua, racemus:" a Graeco [βότρυς, Vulg. Interpr. Mich. 7, 1. "vid." BOTRYS.

'''BOTRVOSVS''', a, um. "racemosus." Apul. de Herb. cap. 67 Botruosum semen.

'''BOTRYON''', onis. m. [Βοτρύων] "Idem quod" Botrus, "i. vua." Pallad. [...]

'''BOTRYS''', βότρυς "Diosc. 5, 67"] "Herbae nomen, de quo" Plin. 25, 7 s. 36 [...]

'''BOTRYITES''', [βοτρυίτης] "Gemma." Plin. 37, 10 s. 55 Botryites alia nigra est, alia pinea, incipienti vuae similis.

'''BOTRYITIS''', idis. f. [Βοτρυτὶς] "Cadmiae species, quae testitudini aerariarum fabricarum vuae modo adhaeret, vnde et nomen habet. vid." Plin. 34, 10 s. 22. [...]

'''BOTRYODES''', Cadmia, "eadem quae" Botryitis. "Sic de sententia Cl. Morgagni dedimus" Veg. Mulom. 4, 11, 1.

'''BOTVLVS''', "siue" BOTELLVS, φύσκος Vet. Gloss.] "Farciminis genus e carne suilla." [...]

'''BOTELLVS [2]''', Dimin. Martial. 5, 79 [...]

'''BOTVLARIVS''', "confector venditorque Botulorum" Sen. ep. 56.

== BOV ==

'''BOVA''', Vas vinarium longum, turgidum et amplum, bouaeque serpenti simile. [...]

BOVARE, BOVATIM, BOVICIDIVM, BOVILE, BOVILLVS, "Vid." BOS.

'''BOVVS''', non nisi singularem numerum capit. Nam pluralem nemo dixit. "Haec" Charis. l. 1 p. 58. "neque quidquam aliud constat."

'''BOX''', bocis. [βόξ, βόηξ, βόαξ] "Genus piscis marini, a boando, vt putatur, dictum, cuius meminit" Plin. 32 cap. vlt. Festo "dicitur" Boca.

== BRA ==

'''BRABEVTES''', ae. m. [βραβευτὴς] "Dispensator, praefectus gymnicis agonibus:" Designator "Latine dicitur." [...]

'''BRABIVM''', "seu" BRABEVM, i. n. [βραβεῖον] "Victoriae praemium in ludis Gymnicis." [...]

'''BRABYLA''', ae. f. [βράβυλα] "Herba, de qua" Plin. 27, 8 [...]

'''BRACA''', "vel" BRACCA, (BRACHA "plane vitiosum: vid. Graeu. in" BRACCATVS) ae. [βράκκα, ἀναξυρὶς, περισκελῆ] "Vestis fluxa, qua vtebantur frigidioris plagae homines, ad tegenda femora in primis comparata, interdum tamen ita prolixa, vt totum paene corpus tegeret." [...]

'''BRACCARIVS''', i. m. Braccarum "confector. Apud" Lamprid. in Alex. 24. "Alexander imperator vectigal instituit" braccariorum, linteonum, et pellionum.

'''BRACCATVS''', "siue" BRACATVS, Adi. "Bracca indutus." [...]

'''BRACE''', "vid." BRANCE.

'''BRACHIVM''', i. n. [βραχίων] "Vel totum illud nobilissimum corporis nostri instrumentum notat, vel eam partem, quae inter" cubitum "et" manum "proprie dictam interposita est." [...]

'''BRACHIOLVM''', Dimin. Catul. 62, 181 [...]

'''BRACHIALIS''', e. Plaut. Poen. 5, 4, 99 [...]

'''BRACHIALE''', is. n. [βραχιόνιον] "Ornamentum brachiorum." [...]

'''BRACHIATVS''', Adi. [βραχιωτὸς] "In brachia diuisus, vitium et arborum epitheton." [...]

'''BRACHIOLARIS''', e. "Vt," Musculi brachiolares Veget. 1, 25, 5. "vt vidimus modo in" BRACHIOLVM, n. 2.

'''BRACHIONARIVM''', i. n. Gloss. Gr. Lat. [ψελλίον ἀνδρὸς, brachionarium; "est itaque Armilla."

'''BRACHMANAE''', arum. m. pl. [Βραχμάναι] "Indiae populi, de quibus" Plin. 6, 17 [...]

'''BRACHYCATALECTON''', [βραχυκατάληκτον] "Breuius iusto in fine carmen, quod, vt est apua" Diomedem 3 p. 501 pedem minus habet, quam poscit pedum dispositio.

'''BRACHYLOGIA''', ae. f. [βραχυλογία] "Breuiloquium dicas." [...]

'''BRACTEA''', "vel" BRATTEA, ae. f. [ἐλασμὸς] "Est Lamina metallica tenuis, et facile plicabilis, vt prae tenuitate etiam a leni motu interdum crepitet." [...]

'''BRACTEALIS''', "vel" BRATTEALIS, e. Prudent. Hymn. Rom. v. 1025 Setasque fulgor bractealis inficit, "de hostia aurata."

'''BRACTEAMENTVM''', "s." BRACTAMENTVM, i. n. "Subtile figmentum." [...]

'''BRACTEARIVS''', i. m. [ἐλασμοποιὸς] "Qui aurum malleis tusum, et in quamuis tenuitatem ductile, vel conficit, vel rebus inaurandis inducit." [...]

'''BRACTEATOR''', oris. m. "Idem." Firmic. 8, 16 Quicunque habuerit horoscopum in XVII parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, et bracteator.

'''BRACTEATVS''', a, um. Sidon. Epist. 2, 10 [...]

'''BRACTEOLA''', ae. Dimin. [ἐλασμίδριον] Iuuen. Sat. 13, 152 -- qui bracteolam de Castore ducat. "i. abradat, furetur." Arnob. 6 p. 205. Prudent. Psych. 355.

'''BRAMBARICARII''', "sic vitiose scribuntur in" Not. Dignit. Imp. Barbaricarii "vbi vid. in" BARBARVS.

'''BRANCA''', ae. f. "Idem quod extremus pes, vt" Branca lupi, branea vrsi, "cum" vngula pecoris bifurca "parallelos ponuntur" Vet. Auct. de Limit. Goes. p. 310. "Vid. Salmas. ad Solin. p. 378. it. 224."

'''BRANCE''', "s." BRACE, Galliae far est. [...]

'''BRANCHIAE''', arum. f. [βραγχίαι] "dicuntur in piscibus, secundum ceruicem follium more hiantes partes, quibus aquam velut anhelitu reddere, ac per vices recipere existimantur." [...]

'''BRANCHVS [1]''', "Filius Apollinis, vates nobilis, cuius miram historiam ex" Varronis diuinar. [...]

'''BRANCHIDAE''', "illius successores tenuerunt, de quo" Mela 1, 17 [...]

'''BRANCHVS [2]''', "vel" BRANCHOS, [βράγχος] "Raucedo." [...]

'''BRASMA''', atis. [βράσμα] "Bulla aquae feruentis: vnde etiam piper cassum et inane" Brasina "dixisse putatur Dioscor. 2, 189: quam deinde vocem etiam" Plinio 12, 7 s. 14 [...]

'''BRASMATIAE''', arum. f. βρασματίαι, βράσσω "ebullio"] "Terrae motus" Ammian. 17, 7 [...]

'''BRASSICA''', ae. f. [κράμβη] A Praesecando est dicta, "auctore" Festo. [...]

'''BRATHY''', [βράθυ] Herba Sabina "aliter dicta," duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. [...]

'''BRATVS''', "vid." BRVTA arbor.

'''BRAVIVM''', "vid." BRABIVM.

'''BRAXEAE''', arum. f. Calceamenta comoedorum et mulierum Isid. 19, 34. "Forte" [παρὰ τὸ βράξαι, "quod crepent inter eundum. Affine" BAXA "et" BAXEAE.

== BRE ==

'''BRECHMASIS''', is. f. "Vitium est in piperis arboribus apud" Plin. 12, 7. "Sed vid."BRASMA.

'''BREGMA''', atis. [βρέγμα] "A medicis proprie appellatur pars anterior capitis, supra frontem capillis tecta, quae et Sinciput a Latinis dicitur." [...]

'''BRENDA''', a Poetis breuitatis causa appellatur Apuliae vrbs Brundusium. Festus. "Vid." BRVNDVSIVM, n. 2.

'''BREPHOTROPHIVM''', i. n. [βρεφοτροφεῖον] "Paruulorum hospitium dicitur," s. "domus est alendis infantibus parata" l. 19 C. de sacrosanct. eccl. "Conf." Curotrophium.

'''BREVIS''', e. [βραχὺς, βαιὸς, σύντομος] "proprie opponitur Longo." [...]

'''BREVIO''', are. [ἐπιτέμνω, συντέμνω] Quinctil. 1, 9, 2 [...]

'''BREVIATVS''', a, um. ''vt,'' Sidon. Ep. 2, 2 In hac stibadium, et nitens abacus, in quorum aream siue suggestum a subiecta porticu sensim non breuiatis angustatisque gradibus ascenditur.

'''BREVIATIO''', onis. f. Augustin. Epist. 80 ad Hesych. Quod dictum est de dierum breuiatione propter electos.

'''BREVIATOR''', oris. m. P. Oros. Hist. adu. Pagan. 1, 8 Pompeius historicus, eiusque breuiator, Iustinus.

'''BREVIARIVM''', i. n. [ἐπιτομὴ, Gloss. Vet.] ''Breuis recensus, compendium, epitome.'' [...]

'''BREVIARIVS''', a, um. ''Vt,'' Breuiariae rationes, ''quae in breue contractae sunt.'' [...]

'''BREVICVLVM''', i. n. ''Libellus breuis. Laudatur'' Rubrica Cod. de sententiis ex breuiculo recitandis. ''Sed meliores agnoscunt'' ex Periculo, ''de quo s. l.''

'''BREVICVLVS''', a, um. Dimin. ''vt,'' Homo breuiculus Plaut. Merc. 3, 4, 54. Grabatulus breuiculus Apul. Miles. 1 p. 107.

'''BREVIGERVLVS''', i. m. Qui breue gerit. Gloss. Isid. ''Forte ex eo intellectu, quo'' Breue ''epistolam significare Barbara aetate, diximus.''

'''BREVILOQVENS''', entis. Partic. [βραχυλόγος] Qui paucis aliquid scribit, aut dicit. Cic. Att. 7, 20 Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.

'''BREVILOQVENTIA''', ae. f. [βραχυλογία] ''Breuiter loquendi studium.'' Cic. de Republ. Breuiloquentiam in dicendo colat ''apud'' Gell. 12, 2.

'''BREVILOQVVS''', a, um; ''vel'' BREVILOQVIS, e. [βραχυλόγος] Gloss. ambo Labbaei: ''item'' H. Steph. p. 413.

'''BREVITAS''', atis. f. [βραχύτης, συντομία] ''Aeque late patet, atque Adiectiuum'' Breuis, ''a quo abstractum est.'' [...]

'''BREVITER''', Adu. [ἐν ἐπιτομῇ, συντόμως] Cic. de Amicit. 6 [...]

== BRI ==

'''BRIA''', ae. εἶδος ἀγγείου Vet. Gl.] "Vas vinarium." Arnob. 7 p. 235 Scyphos, Brias, pateras Simpuuiaque depromite. "Hinc deducunt nomina" Ebrius "et" Sobrius.

'''BRIAREVS''', [Βριάρευς] "Gigas, Caeli et Terrae filius, alio nomine" Aegaeon "dictus, quem pulchre his versibus depinxit" Virg. Aen. 10, 565 [...]

'''BRIAREIVS''', a, um. Adi. "quinque syllabarum." Claud. de Rapt. Proserp. 3, 188 Appetiit centum Briareia turba lacertis.

'''BRIGANTES''', um. pl. [Βρίγαντες] "Populi Britanniae, etusque quae hodie est Anglia" Iuuen. Sat. 14, 196 [...]

'''BRIMO''', ûs. f. [Βριμὼ] "Vnum est ex Hecates, siue Proserpinae nominibus," [ἀπὸ τοῦ βριμᾷν, "hoc est a Terrendo impositum, eo quod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur, vt ex Apollonii 3, 861" [...]

'''BRISA''', ae. "Vua ad exprimendum vinum calcata." Columel. 12, 39, 2 [...]

'''BRISAEVS''', i. m. "Cognomen Bacchi, (vel a" Brisa "Lesbi promontorio, vel quod vuam inuenerit et expresserit)" Pers. Sat. 1, 76 [...]

'''BRISEIS''', idis. f. [Βρισηὶς] "Homero Iliad. 1 Phrygia puella, forma nobilis, quae capta ex Lyrnesso, Achilli in sortem cessit, cui cum ablata esset ab Agamemnone, hinc ille irae, argumentum Iliadis." [...]

'''BRITANNIA''', Βρετανὶς "et" [Βρετανία] "Insula in Oceano Septentrionali," insularum "(vt ait" Tac. Agr. 10, 2) quas Romana notitia complectitur, maxima, "quam Caesar primus Romanorum aperuit: qui" insulam "ipse quoque fama magis quam certa ratione vocat." [...]

'''BRITANNVS''', i. m. [Βρετανὸς] "Incola Britanniae. Epitheta:" [...]

Aequorei Ouid. Met. 15, 753. [...]

'''BRITANNICVS''', [Βρετανικὸς] " Adi. vt," Apul. de Mundo p. 60, 14

'''BRITANNIS''', idis. [βρετανὶς] "Eadem, quae" Britannia. Priscian. in Paraphr. Dionysii 576 Sunt geminae, Rhenique Britannides ostia cernunt.

'''BRITIA''', "vel" BRITTIA pix, "vid." BRVTIA.

'''BRITTO''', onis. "Non tantum incola regionis Gallicae ad Oceanum Britannicum sitae, quod quibusdam videtur, sed simpliciter idem, qui" Britannus. [...]

'''BRITOMARTIS''', [Βριτόμαρτις] "Iouis et Carmes filia, Dianae in primis cara, alio nomine Dictynna appellata," [ἀπὸ τῶν δικτύων, "hoc est a retibus, quorum vsum in venatione traditur inuenisse." [...]

== BRO ==

'''BROCHON''', "an" BROCHOS, "quid sit, ponamus ex" Plin. 12, 9 s. 19. [...]

'''BROCCHVS''', BROCHVS, "vel" BROCCVS, "it." BRONCHVS, "vel" BRONCVS, Adi. "Dentium affectionem significat, de qua" Varro de R. R. 2, 7, 3 [...]

'''BROCHITAS''', atis. f. [προδοντία] Plin. 11, 37, s. 64 Absumta hac obseruatione, senectus in equis, et caeteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.

'''BROMIVS''', [Βρόμιος] "Bacchi nomen," [ἀπὸ τοῦ βρέμειν, "id est a fremendo, scil. a fragore tonitruum in natiuitate eius." [...]

'''BROMOS''', i. m. [βρόμος] Semen est spicam ferentis herbae: nascitur inter vitia segetis auenae genere, folio et stipula triticum imitatur. [...]

'''BROMOSVS''', a, um. Graueolens "videtur ex ea notione, qua" βρόμος "interdum foetorem significat." [...]

'''BRONCHOCELE''', [βρογχοκήλη] Celso 7, 13 [...]

'''BRONCHVS''', BRONCVS, "vid." BROCCHVS.

'''BRONIA''', "vid." BRONTIA.

'''BRONTE''', "vid." BRONTIA.

'''BRONTES''', ae. m. [Βρόντης] "Vnus Cyclopum, et minister Vulcani: q. d. effector" Tonitrus. [...]

'''BRONTEVM''', i. n. [βροντεῖον] "Machina sub scena, qua efficiebantur ea, quae" Claudiana tonitrua Festus "appellauit, de quibus s. l. sub" CLAVDIVS.

'''BRONTIA''', ae. f. [βροντία] "Gemma." Plin. 37, 10 s. 55 [...]

'''BROTEAS [1]''', "Lapitharum vnus, ab Grynaeo Centauro iniecta ara oppressus." Ouid. Met. 12, 262.

'''BROTEAS [2]''', "et" AMMON, "Gemini fratres fuerunt caestibus clari, qui a Phineo occisi sunt in aula regis Cepheniorum" Ouid. Met. 5, 107 [...]

'''BROTHEVS''', [Βροθεὺς] "Vulcani filius, qui propter oris deformitatem illusus, sese in ignem iniecit, vitamque incendio finiuit." [...]

== BRV ==

'''BRVCHION''', s. BRVCHIVM, i. n. [Βρυχίον, Βρούχιον, Πυρουχεῖον] "Locus publicus Alexandriae, in quo viri docti regum Aegyptiorum liberalitate alebantur." [...]

'''BRVCHVS''', "vel" BRVCVS, [βροῦχος, βροῦκος] "Insecti nomen agris infesti." [...]

'''BRVCTERI''', [Βρουκτέροι] "Populi sunt in Germania, quos Drusus nauali praelio in Amisia flumine superauit." [...]

'''BRVCVM''', antiqui Grauem dicebant. Festus. "Sed melius hodie legunt" Brutum.

'''BRVGES''', Ennius "apud" Cic. Orat. c. 48. "et" Quinct. 1, 4, 15 "semper pro" Phrygibus "scripsit."

'''BRVMA''', ae. f. [τροπὴ χειμερινὴ] "Proprie dicitur Dies solstitii hiemalis, totius anni breuissimus." Festus: Bruma, a Breuitate dierum dicta, quasi [βραχὺ ἦμαρ. [...]

'''BRVMALIS''', e. [χειμερινὸς] "Vt," Brumale tempus Cic. de Nat. Deor. 2, 57. [...]

'''BRVMARIA''', ae. f. Herba alias Lentopodium. Apul. de Herb. c. 7.

'''BRVNDVSIVM''', "siue" BRVNDISIVM, [Βρενδήσιον] "Vrbs et portus Calabriae," quam Graeci Mesapiam vocant, et ante Peucetiam a Peucetio Oenotri fratre, "auctore" Plin. 3, 11. [...]

'''BRVNDISINVS''', a, um. "Vt," Foedus Brundisinum Tacit. Ann. 1, 10, 5. [...]

'''BRVPEO''', in Gl. Philox. "explicatur" [καταπλήττομαι. "Sed videtur corruptum ex" Stupeo.

'''BRVSCVM''', i. n. "Tuber in acere arbore, de quo sic" Plin. 16, 16 s. 27 [...]

'''BRVTA''', "Arbor, laudatur ex" Plin. 12, 17 s. 39 [...]

'''BRVTIVS''', "vel" BRVTTIVS, a, um. Adi. [Βρέττιος, Βρούττιος] "vt" Brutii "populi Italiae." [...]

'''BRVTIANVS [1]''', "s." BRVTTIANVS, ("in" MSS. "etiam" BRETTIANI "sunt") a, um. "aliud Adi." Bruttiani "memorantur" a Catone "apud" Gell. 10, 3 [...]

'''BRVTVS''', Adi. [ἀναίσθητος, ἄλογος] "Si audimus" Isidorum l. 10 [...]

'''BRVTESCO''', ere. "Brutum fieri" Sidon. Epist. 4, 1 [...]

'''BRVTIANVS [2]''', a, um. "a" Bruto "proprio nomine deriuatum, vt," Bello ciuili Brutiano Lactant. 2, 7 "extr." Brutiana castra, Brutianae partes Paterc. 2, 72 "et" 74.

'''BRVTINVS''', a, um. "Quod" Brutum "decet, simile factis" Bruti. Cic. ad Brut. 15 p. 136 Consilia inire coepi Brutina plane (vestri enim haec sunt propria sanguinis) Reipublicae liberandae.

== BRY ==

'''BRYA''', ae. f. [βρυὰ] "Fruticis species, gallae similem fructum ferens." Plin. 13, 21 Myricen et Italia fert, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryan syluestrem, "etc."

'''BRYON''', i. n. Herbae "nomen, de qua" Plin. 12, 23 s. 50 [...]

'''BRYONIA''', ae. f. [ἄμπελος λευκὴ, βρυονία] "Herba duplex, altera" alba Bryonia, "quae et" vitis alba, "vt docet" Plin. 23, 1 s. 16. [...]

== BV ==

'''BV''', "Syllaba in verbis Graecae originis auget significationem, quasi tu dicas bouis instar." [...]

== BVA ==

'''BVA''', ae. "Potio est puerorum paruulorum" Varro de Liberis educandis, "apud" Non. 2, 97 [...]

== BVB ==

'''BVBALVS [2]''', BVBALINVS, BVBALIS, BVBALION, "vid." BOS.

'''BVBALVS [3]''', Pictor. "vid." BVPALVS "et" HIPPONAX.

'''BVBASTIS''', "Diana (vel ipsa adeo Isis) nominata ab Aegyptiis, a qua et vrbs dicta" BVBASTVS, "et" Bubastites Nomos. [...]

'''BVBASTIA''', orum. "Sacra, quae in honorem Dianae quotannis apud" Bubastum "celebrantur." Gratian. Cyneg. 42 Vix operata suo, sacra ad Bubastia, lino Velatur sonipes aestiui turba Canopi.

'''BVBASVS''', "alii" BVBASSVS, "Regio est Cariae" Plin. 5, 28 "in descriptione Cariae," Bubassum "regionem ponit" Bubessum "vocant alii."

'''BVBASIS''', idis. "Nomen gentile." Ouid. Met. 9, 643 Byblida non aliter latos vlulasse per agros Bubasides videre nurus. "Agitur etiam haec res in Caria."

'''BVBBATIO''', "vid." BVLLATIO.

'''BVBILE [2]''', "vid." BOS.

'''BVBINO''', are. [βολβίζω] Est Menstruo mulierum sanguine inquinare. [...]

'''BVBLEVM''', "vel" BVBLINVM, i. n. "Genus vini." Fest. "est" Byblinum, [βύβλινον.

'''BVBO [1]''', onis. m. et f. [βύας] "Auis feralis et sacra." [...]

'''BVBVLO''', are. [βυάζω] "Dicitur" bubo, "cum vocem edit." Auctor. carm. de Philomela, "apud" Ouid. v. 37 Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

'''BVBO [2]''', ere. "Significat vocem," quam "reddit butio auis palustris." Auctor Philomel. 42 Inque paludiferis butio bubit aquis. "Al." Butit.

'''BVBONA [2]''', "vid. sub " BOS, "est enim boum Dea."

'''BVBONIVM''', i. n. [βουβώνιον] "Herba, quae et" Aster "alio nomine appellatur." [...]

'''BVBONOCELE''', [βουβωνοκήλη] "Herniae genus." Cels. 7, 18 "extr." Inguen quoque nonnunquam ramices implent [βουβωνοκήληadpellant.

'''BVBSEQVA [2]''', BVBVLARIVS, BVBVLCVS, BVBVLCITARI, BVBVLVS, "vid." BOS.

== BVC ==

'''BVCAR''', Vasis genus "profertur ex" Festo. "Sed editur" BACAR "v. v."

'''BVCARDIA''', [βουκάρδια] Lapillus bubulo cordi similis, in Babylone tantum nascens Plin. 37, 10.

'''BVCCA''', [γνάθος] "Proprie partes illae oris nostri molles, quae vtrumque caui illius latus claudunt, inflarique et introrsum trahi possunt." [...]

'''BVCCVLA [1]''', ae. Dimin. [γνάθιον] Apul. Met. 6 p. 182

'''BVCCVLARIVS''', "Quidam, nominatim Turn." 9, 16 [...]

'''BVCCEA''', ae. f. [ἔνθεσις, ψωμὸς] "Frustulum alicuius rei esui aptae, quantum scilicet bucca commode capit." [...]

'''BVCCELLA''', ae. f. Dimin. ψώμιον Onomast. Vet.] Martial. [...]

'''BVCCELLARIS''', e. Adi. "vt," Buccellaris farina Plin. Valer. 1, 6.

'''BVCCELLARE''', is. n. "Ollae genus, vasis certe ad coquendum apti." Marcell. Emp. cap. 23 In buccellari decoquere.

'''BVCCELLARIVS''', "qui aliena" buccella "viuit." Gl. Isid. Assecla, buccellarius. [...]

'''BVCCELLATVM''', i. n. "dicitur a" Bucca "vel" Buccea. [...]

'''BVCCVLENTVS''', Adi. [πρόστομος] "Grandi ore vel malis plenioribus," Plaut. Merc. 3, 4, 54 [...]

'''BVCCINA''', "vel" BVCINA, ae. f. [σάλπιγξ] "Incuruum genus tibiae s. cornu potius." [...]

'''BVCCINVM''', i. n. "Est" clangor buccinae, "vt vidimus ex" Isid. 18, 4. [...]

'''BVCCINVS''', i. m. "Qui canit buccina" Petron. 74 Hic buccinus signum dedit. "Item ipse" Clangor tubae. Barth. Aduers. 39, 6. "Conf." Vel. Longum de Orthogr. p. 2243.

'''BVCCINO''', are. [σαλπίζω] Varro de R. R. 2, 4, 20 [...]

'''BVCCINATOR''', oris. m. [σαλπικτὴς] "Qui buccina canit: speciatim horarum et vigiliarum index." [...]

'''BVCCO''', onis. m. "Qui amplas a crebra inflatione buccas habet, fatuus." [...]

'''BVCCONIATIS''', "Genus vuae," Capnias, et Bucconiatis et Tarrupia, in Thurinis collibus, non ante demetuntur, quam gelauerit Plin. 14, 3.

'''BVCCVLA [2]''', BVCCVLARIVS, "vid." BVCCA.

'''BVCEA''', "per simplex" C, Folliculus grani fabae interior, qui albus est. "Sic Calepinus nescio vnde."

'''BVCEPHALVS''', i. m. [Βουκέφαλος] "Equus Alexandri Magni, de quo" Plin. 8, 42 s. 64 [...]

'''BVCERAS [2]''', atis. n. "Herba, de qua sic" Plin. 24, 19 Nec foeno graeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, aliqui Buceras, alii aegoceras: quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam.

'''BVCERIAE [2]''', BVCERVS, BVCETVM, "vid." BOS.

'''BVCHIANOS''', Festus: Buccinam quam nos appellamus, Graeci Buchianon a similitudine soni dicunt. "Scaliger emendat" [βυκάνην.

'''BVCIDA''', "vid." BOS.

'''BVCINVM''', "vid." BVCCINVM.

'''BVCOLESIA''', ae. f. [βουκολησιὰ] "Inanis et falsa cogitatio, vana imaginatio." Ita in Petron. cap. 41. "pro" Bacalusiis "legit Reines. vid."BACALVSIA.

'''BVCOLVS''', BVCOLICVS, "vid." BOS.

'''BVCRANIVM''', [βουκράνιον] "Herba est Galeno, alio nomine" Antirrhinum appellata. Apul. de Herb. c. 86.

'''BVCVLA [2]''', BVCVLVS, "vid." BOS, "it." BVCCVLA "sub" BVCCA.

== BVD ==

'''BVDA''', "vel" PVDA, est Papyrus, vt ostendit Voss. ad Melam 3, 9 p. 599 [...]

== BVF ==

'''BVFO''', onis. m. [μύοξος] Rana terrestris, nimiae magnitudinis. [...]

== BVG ==

'''BVGILLO''', onis. "Herba, forte eadem, quae" Bugula. Bugillonis succus Marc. Emp. 8.

'''BVGLOSSA''', ae. f. "vel" BVGLOSSVM, i. n. [βούγλωσσος] "Herba." [...]

'''BVGONES''', um. f. [βουγόνες] "Apum epitheton, quasi tu" bouigenas "dicas." [...]

'''BVGONIA''', ae. f. "Apum ex boue generatio." [...]

== BVL ==

'''BVLAPATHVM''', i. n. [βουλάπαθον] "Herba inter" Lapathi "genera memorata" Plin. 20, 21 s. 86.

'''BVLBINE''', es. f. [βουλβίνη] Plin. 20, 9 s. 41 Herba porraceis [...]

foliis, rubicundo bulbo. Traditur vulneribus mirum in modum vtilis duntaxat recentibus. "Conf." Plin. 19, 5.

'''BVLBINVS''', "pro" PVLVINVS, "antiquae editiones" Pallad. Febr. 23, 6 et 13.

'''BVLBITO''', are. [βολβιτίζω] "Puerili stercore foedo. Vid." in BVBINO.

'''BVLBITVM''', i. n. [βόλβιτον] "Fimus." Plin. 28, 17.

'''BVLBVS''', i. m. [βολβὸς] "In quantum speciei nomen est, nescio an satis definitum sit hodie." [...]

'''BVLBACEVS''', Adi. "Quod bulbi similitudinem habet." Plin. 21, 26 Radix est bulbacea. "De hyacintho loquitur."

'''BVLBOSVS''', Adi. "Idem." Plin. 27, 8 Radice bulbosa, oblonga. "Add." Id. 21, 17 "et" 21.

'''BVLBVLVS''', i. m. Dimin. Pallad. 3, 21, 3 [...]

'''BVLE''', es. f. [βουλὴ] "Senatus vrbium Graecarum." Plin. Epist. 10, 117 Solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare. "Et" Epist. 111 "et" 113 In bulen legi. "Hinc"

'''BVLAEVS''', [Βουλαῖος] Iupiter, "et" Bulaea Pallas, "in numis apud Spanh. de Vsu, etc." diss. 3 p. 133. "quasi consilii publici praesides."

'''BVLEPHORVS''', "vocabatur" Summae rei rationalis. Const. Imp. Cod. leg. 7. "Vid." Panciroll. Notit. dign. Imp. Orient. 75.

'''BVLEVTA''', ae. m. [βουλευτὴς] "Consiliarius, Senator, vrbis Graecae, siue Decurio." Plin. Epist. 10, 48 [...]

'''BVLEVTERION''', [βουλευτήριον] Cyzici et Buleuterium vocant Aedificium amplum, sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur: quod item Romae in ponte Sublicio religiosum est, postea quam Coclite Horatio defendente, aegre reuulsus est. [...]

'''BVLGA''', ae. f. [πήρα] Festus: Bulgas Galli Sacculos scorteos appellant. [...]

'''BVLIMA''', ae. "s." BVLIMVS, i. [βούλιμος, βουλιμία] "Est quam medici" famem caninam "appellare solent." [...]

'''BVLIMO''', are. Theod. Prisc. 2, 26 ("al." 29) Edaces, bulimantes.

'''BVLLA''', ae. f. [πομφόλυξ] "Tumor ille inanis, qui oritur in aquis" bullientibus, "vel alias agitatis atque aere permixtis." [...]

'''BVLLATVS''', a, um. "Bullis ornatus" Iuuen. Sat. 14. 5. [...]

'''BVLLIO''', ire. [ζέω, φλύω, βράσσω] "Feruere significat." [...]

'''BVLLIENS''', Vitr. 8, 3 Venti -- bullientes crebro per fontes egrediuntur.

'''BVLLITVS [1]''', a, um. "Feruefactus." Veget. Veterin. 1, 45, 5.

'''BVLLITVS [2]''', ûs. m. Aquae Vitr. 8, 3 p. 158 Capita fontium cum sunt angustiis compressa, ruunt in summo Spiritus aquae bullitus.

'''BVLLESCO''', ere. Ampel. de Mirac. Mundi "pr." Pix alte attollitur, et quasi ab aqua bullescit, "i. in bullas abit, ebullit."

'''BVLLO''', are. [πομφολυγέω] "Bullas facere, hoc est tumorem illum excrescentem, qui spiritu in aqua excitatur." [...]

'''BVLLATIO''', onis. f. "Hoc substantiuum Harduinus ex Libris MSS." [...]

Plinio "restituit" 34, 14

'''BVLLVLA''', ae. f. Dimin. [πομφολύγιον] "Parua bulla." [...]

'''BVLYSIS''', "totum Graecum est" [Βούλυσις, "boum a iugo soluendorum tempus, Vespera." Cic. Att. 15, 27 "extr." Aduentabat autem [βουλύσει, coenantibus nobis. "Vocant Graeci etiam" [βουλυτόν.

== BVM ==

'''BVMAMMA''', [βούμαμμα] Vua, "eadem, quae et" Bumastos "dicitur." Varro de R. R. 2, 5, 4. Macrob. Saturnalium 2 vlt. Bumamma, "aut," vt Graeci dicunt, [βούμαστος. "Nempe"

'''BVMASTOS''', "siue" BVMASTVS, i. f. [βουμαστὸς] "Magna mamma." [...]

'''BVMELIA''', ae. f. "Fraxini species" in Macedonia amplissima et lentissima Plin. 16, 13. Bu "etiam hic auget."

== BVN ==

'''BVNIAS''', adis. f. [βουνιὰς] "Napi species" est, "diuersa a" Bunio.

'''BVNITES''', ae. m. [βουνίτης, scil. [οἶνος. "Vid." Plin. 24, 16.

== BVP ==

'''BVPAES''', [βούπαις] Bupaedas, Magnos pueros Graeci dicunt, qui fecerunt finem excrescendi. Festus "in" BVLIMA. "Add." Varro de R. R. 2, 5, 4. "quem laudamus in" BV.

'''BVPALVS''', "vid." HIPPONAX. Horat. Epod. 6, 3 Qualis Lycambae spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo.

'''BVPHTHALMOS''', i. f. [βούφθαλμος] Herba similis boum oculis, folio foeniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui et manduntur decocti. "Haec" Plin. 25, 8.

'''BVPLEVROS''', f. [βούπλευρος] "Herbae nomen, quam sic describic" Plin. 22, 22 [...]

'''BVPRESTIS''', is. f. [βουπρῆστις] Animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. [...]

== BVR ==

'''BVRA''', ae; "siue" BVRIS, is. f. [βοῦρα] "Quasi" Bouis cauda; "dicitur pars aratri posterior, decuruata." [...]

'''BVRDEGALA''', "vel" BVRDIGALA, "vt scribit Suidas," [Βουρδίγαλα, "Strabo autem" BVRDIGALIAM, "Ciuitas Galliae, Aquitanorum nobilissimum emporium, hic memorandum propter quantitatem penultimae, quam doceat" Auson. Clar. vrb. 14, 8 [...]

'''BVRDIGALVS''', i. m. "pro Burdigalensi." [...]

'''BVRDO''', onis. "Est, quem" Hinnum "veteres appellarunt, ex equo et asina natum." [...]

'''BVRDVBASTA''', ae. m. "Asini stratum, aut Asinus gibbosus, esse videtur Burmanno," Petron. cap. 45. "Vbi Schefferus legendum suspicatur" Buttubata, "et Nodot. habet" Gurdus atta. "Nihil certi."

'''BVRDVNCVLVS''', i. m. "Herba." Marc. Empir. c. 5.

'''BVRGI''', [Πύργος, turris, burgus, Gloss. Gr. Lat. Castellum paruulum, quem burgum vocant Veget. 4, 10. [...]

'''BVRGARIVS''', i. m. "Qui ex" Burgo, s. "castro est. Vid." Cod. Theod. 7, 14. Isid. 9, 4.

'''BVRICHVS''', "aut" BVRICVS, i. m. "Minor equus." [...]

'''BVRIS''', "Posterior pars aratri. Vid."BVRA.

'''BVRRAE''', arum. f. "Quisquiliae." Auson. praefat. ad Latinum Pacatum, Burras, quisquilias, ineptiasque. Scaliger "apud Aquitanos adhuc in vsu esse hoc nomen, hoc intellectu, ait."

'''BVRRHINON''', i. n. "Herba." Apul. de Herb. c. 86.

'''BVRRHVS''', "vel" BVRRVS, a, um. "Est Graecum" [πυῤῥὸς, "ignei coloris, rufus: Quod indicat" Quinctil. 1, 4, 15 "ex" Cic. Orat. c. 48 [...]

'''BVRRIO''', ire. Apul. Met. 8 p. 211 [...]

== BVS ==

'''BVSELINVM''', i. n. [βουσέλινον] "Herba est" satiuo "apio similis, solaque" caulis breuitate, "et" rufo radicis colore "ab eo" differens. Plin. 20, 12 s. 47.

'''BVSIRIS''', is, "vel" idis. m. [Βουσῖρις] "Neptuni filius, ex Libya Epaphi filia susceptus, rex Aegypti, qui suis diis hospites immolabat: sed ab Hercule tandem interemtus est, quum etiam eum voluisset occidere." [...]

'''BVSTAR''', "Idem, quod Bustum." Charisius lib. 1 p. 25 "pr." Bustar locus, vbi concremantur mortuorum corpora. "Add. Meurs. Auctar. Philosoph. p. 168."

'''BVSTVM''', i. n. [τύμβος] Proprie dicitur Locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum, quasi bene vstum. [...]

'''BVSTICETVM''', i. n. "Idem." Arnob. 7 p. 222 [...]

'''BVSTEVS''', a, um. "Morti proximus." Plaut. Truc. 2, 7, 58, "sed incerta lectio est."

'''BVSTVALIS''', e. Adi. "Apud" Sidon. Epist. 3, 12 "pr." Prudent. Cathem. 9, 52.

'''BVSTVARIVS''', a, um. Adiect. "Vt," Bustuarii Gladiatores. [...]

'''BVSTVARIVM''', i. n. Bustum. [Καῦσις νεκρῶν, bustuarium, vstrina, Gloss. Gr. Lat.

'''BVSTIRAPVS''', i. m. "Nefarius, qui lucri causa nefanda audet, vel qui e bustis et flamma cibum petit." [...]

'''BVSYCON''', Ficus "praecipuae magnitudinis, sed fatuo sapore, quae alio nomine" Marisca "dicitur." Fest. et Varro de R. R. 2, 5.

== BVT ==

'''BVTEO''', onis. m. [τριόρχης] "Accipitris genus." [...]

'''BVTES''', [Βούτης] "Nomen ab Argonautarum inde tempore celebratum, de quo vid. Burmann. in Catalogo Argonautarum, quem Valerio Flacco praeposuit." [...]

'''BVTHROTVM''', "siue" BVTHROTIVM, i. n. [Βούθρωτον] Epiri colonia est non longe ab Ambracio sinu. [...]

'''BVTHROTII''', orum. m. pl. "Gentile." Cic. Att. 16, 16 Causa Buthrotiorum.

'''BVTHYSIA''', ae. [βουθυσία] Bouicidium, "i. Magnum sacrificium, quale est Hecatombe, et immolatio magnarum hostiarum." Sueton. Neron. 12 Gymnico, inter buthysiae apparatum barbam primam posuit.

'''BVTIO [1]''', onis. "Auis circa paludes versans." Auctor Philomelae 42 Inque paludiferis butio bubit aquis. "Dicitur etiam" Botaurus "vel" Butorius.

'''BVTIO [2]''', ire, "vid." BVBO, ere

.

'''BVTTVBATA''', orum. n. pl. Naeuius pro Nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis. [...]

'''BVTYRVM''', i. n. [βούτυρον] "Quid sit, declarat" Plin. 28, 9 s. 35 [...]

== BVV "et" BVX ==

'''BVVINO''', "vid." BVBINO.

'''BVXVS''', i. f. "et" BVXVM, i. n. [πυξὸς] "tam pro Arbore, quam pro ipso Ligno." [...]

'''BVXEVS''', a, um. Adi. [πυξινὸς] "Quod ex buxo est, aut buxi colorem refert." [...]

'''BVXETVM''', i. n. [πυξεὼν] "Locus buxis consitus." Martial. 3, 58 [...]

'''BVXOSVS''', a, um. Adi. [πυξοειδὴς] "Quod buxum refert, buxoque est simile: vt," Lignum balsami buxosum Plin. 12, 25 s. 54 Ex hoc buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

'''BVXIFER''', a, um. Adi. [πυξοφόρος] "vt," Buxifer Cytorus Catul. 4, 13.

'''BVXANS''', antis. Buxanti pallore trepidus Apul. Met. 8 p. 211.

== BVZ ==

'''BVZYGES''', is. m. [Βουζύγης] "Quasi tu iunctorem boum dicas, Heros Athenis fuit, Herculem vocat Suidas, Hesychius Epimenidem, qui omnium primus iunctis bobus arasse terram creditur," Varro R. R. 2, 5, 4 [...]

== BYB ==

'''BYBLIS''', idis. [Βύβλις] "Filia fuit Mileti, Apollinis F. ex Cyane"

"nympha filia Maeandri, quae fratris Cauni amore capta, et ab eo repulsam passa, tandem lacrymis, ob impatientiam amoris consumta, miseratione deorum in fontem sui nominis versa est."

== BYR ==

'''BYRRHVS''', i. m. ''Lacerna, vid.''BIRRVS.

'''BYRSA''', [Βύρσα] ''Arx fuit in media vrbe Carthaginensium, cuius nominis origo ex Graecorum fabulis, et Seruio talis est:'' Appulsa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba pelleretur, petiit callide, vt emeret tantum terrae, quantum posset corium bouis tenere, quod quum permisisset, corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit, occupauitque modum stadia XXII. [...]

== BYS ==

'''BYSSVS''', i. f. [βύσσος] ''Genus lini subtilissimi et pretiosi: de quo Pausanias, Pollux etc.'' Paullin. Iambo ad Cytherium v. 779 [...]

'''BYSSINVS''', a, um. Adi. [βύσσινος] ''vt,'' Byssinum linum. Plin. 19, 1 s. 4

'''BYSSICVS''', a, um. Adi. ''Idem ac Byssinus, vt,'' Opus byssicum, l. 16. §. 7. ff. de Public.

== BYT ''et'' BYZ ==

'''BYTVRI''', ''vid.'' BIVRI.

'''BYZANTIVM''', i. n. [Βυσάντιον] ''Nobilissima et munitissima olim Thraciae ciuitas ad Bospori Europaeum litus sita, de cuius situ, origine, et potentia vetere'' Tacit. Ann. 12, 63. ''Hinc''

'''BYZANTIVS''', a, um. Adi. [Βισάντιος] ''vt,'' Ouid. Trist. 1, 9, 31 [...]

'''BYZANTIACVS''', a, um. ''aliud'' Adi. [Βυζαντιακὸς] Stat. Silu. 4, 9, 13 Aut Byzantiacos colunt lacertos. Lacerti ''genus piscium hoc loco.''

'''BYZANTINVS''', a, um. ''aliud Gentile; vt,'' Exitus Byzantinus Tertull. ad Scapul. cap. 3.

'''BYZIA''', ''vid.'' BIZYA.

== Litera C. ==

'''C [1]''', ''Litera tertia in ordine, quae, vt ait'' Capella 3 p. 58 [...]

'''C [2]''', "Condemnandi nota erat, in tabella iudiciaria insculpta, quod docet" Ascon. Ped. ad Cic. Diu. in Verr. 24 c. 7. [...]

== CAB ==

'''CABALLVS''', i. m. [ἵππος ἐργάτης] "Equus," a cauando dictus, "si credimus" Isidoro 12, 1 [...]

'''CABALLINVS''', a, um. Adi. [ἵππειος] "Vt," Caballina caro Plin. 28, 20. [...]

'''CABALLARIVS''', i. m. Eques κέλης ἱππεὺς Gloss. Lat. Graec. Item, [ἱπποκόμος, "i. qui equos curat," Caballarius in Gloss. Vet. Firmico "etiam" sub Equi caelestis sidere nati Caballarii "dicuntur."

'''CABALLATIO''', onis. f. [ἱπποτροφὴ] "Munus alendi equos publicos, vel potius ipsum pabulum equis annonae loco praebendum," L. His scholaribus, "quae est" 14 C. Iust. et 34 C. Theod. de erogat. mil. annonae.

'''CABALLION''', i. n. Herba, Splenion Apul. de Herb. 96.

'''CABALLIONES''', marini Veg. Mulom. 1, 20, 2. "et" 4, 12, 3 "putantur" Hippocampi, "vbi vid."

'''CABATORES''', Inscript. Grut. p. 622 n. 1 "pro" Cauatores, "vt volunt. Sic"

'''CABIALIS''', resina Veget. Mulom. 3, 54, 2. "et" 4, 14, 1 "est" Cauealis, "doliis picatis derasa, vel qualis condiendo vino adhibetur. Vid." Cadialis "sub" CADVS.

'''CABELLA''', "falso legitur apud" Aug. de mus. 3, 1. "quum legendum sit" scabella.

'''CABIRVS''', i; "et" pl. CABIRI, [κάβειροι] "Epitheton diuinum ex oriente arcessitum, haud dubie"

"enim s." Cabhir "magnus est, s. potens." [...]

== CAC ==

'''CACA''', "Soror Caci, de qua" Lactant. de fals. rel. 1, 20, 36 [...]

'''CACABO''', are. [κακαβίζω] "Proprium vacis perdicum." [...]

'''CACABVS''', "vel" CACCABVS, i. m. [κάκαβος] "Vas est, in quo pulmentarium coquitur." [...]

'''CACCABVLVS''', i. m. "vel" CACABVLVM, i. n. Tertull. Apol. 13 [...]

'''CACABACEVS''', a, um. Adi. Tertull. adu. Hermog. cap. 41 [...]

'''CACALIA''', [κακαλία] siue Leontice vocatur semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. "Haec" Plin. 25, 11. "Add." 26, 6.

'''CACATVRIO [1]''', "vid." CACO.

'''CACCABE''', es. [Κακκάβη] "Olim appellata fuit" Carthago. "Significat autem haec vox proprie" Caput equinum, "quod omen fuit futurae magnitudinis. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 410."

'''CACEMPHATON''', "siue" CACOPHATON, "prius probante H. Stephano de abusu Gr. L." [κακέμφατον] "oratio, quae turpe quiddam indicat, praeter consilium, certe praeter naturalem vim vocum," siue "(vt ait" Quinctil. 8, 3, 44) [...]

'''CACHECTES''', "seu" CACHECTA, ae. [κάχεκτης] "Qui malo est corporis habitu, et cui macie corpus confectum est." [...]

'''CACHECTICVS''', i. m. "Idem." Plin. 32, 10 s. 39 Cachectici, quorum corpus macie conficitur.

'''CACHEXIA''', ae. f. [καχεξία] "A medicis appellatur," Malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt; aut cum malis medicamentis corpus affectum est "etc." [...]

'''CACHINNVS''', i. m. [κιχλισμὸς, καγχλασμὸς] "Solutus risus et immoderatus: a sono factum vocabulum." [...]

'''CACHINNO [1]''', are, [καγχάζω, καγχαλάω] "et" CACHINNOR, ari. [...]

'''CACHINNANS''', antis. Petulantius Aur. Vict. Epit. c. 28. Saevitia Mamertin. Paneg. Iul. c. 24. "Vid." Saeuitia.

'''CACHINNATIO''', onis. f. [καγχασμὸς] "Risus immoderatus." Cic. Tusc. 4, 66 c. 31 Vt si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

'''CACHINNO [2]''', onis. m. [μῶκος] "Qui immoderate ridet, Risor vel irrisor immodicus." Pers. Sat. 1, 12 Quid faciam? sed sum petulanti splene, cachinno.

'''CACHINNABILIS''', e. Apul. Miles. 5 p. 132 Populus risu cachinnabili diffluens, "i. vehementi risu, qui cachinnus potius esset."

'''CACHINNOSVS''', a, um. "Ad cachinnos procliuis." Cael. Aurel. Acut. 1, 3 Hilares natura et cachinnosi.

'''CACHLA''', "vel" CALCHA, Plin. 25, 8 "Herba est, quae alio nomine" Buphthalmus "appellatur, vbi vid."

'''CACHRYS''', "plur." CACHRYES, [κάχρυες] "sunt Oblonga panicularum modo nucamenta, quae squamatim compacta propendent e ramis." [...]

'''CACIZOTECHNOS''', i. m. [κακιζότεχνος, a [κακίζω, "improbo et" [τέχνη, "ars, quasi Improbans suum artificium; ita appellatus" Callimachus statuarius, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiae, "etc." [...]

'''CACO''', are. [χέζω, ἀφοδεύω] "Ventris onus deponere." [...]

'''CACANS''', tis. Martial. 3, 89 Vtere lactucis et mollibus vtere maluis Nam faciem durum, Phoebe, cacantis habes.

'''CACATVS''', a, um. [κεχεσμένος] "Vt," Catull. 37, 1 Annales, Volusi cacata charta.

'''CACATVRIO [2]''', ire. [χεζητιάω] "Desideratiuum verbum, velle cacare, desidendi libidinem habere." Martial. 11, 78 Coenaturit Vacerra, non cacaturit.

'''CACOCHYMIA''', ae. f. "Vitium naturalium humorum in corpore, apud Medicos."

'''CACOCHYMVS''', a, um. "Malum praebens succum." Celsus 2, 19 Aliae res boni succi, aliae mali sunt, quae εὔχυμα et κακόχυμα Graeci vocant.

'''CACODAEMON''', onis. [κακοδαίμων] "Malus genius." [...]

'''CACOETHES''', n. [κακοηθὲς] "Malus mos, praua consuetudo, quae velut in morbum abiit." Iuucnal. Sat. 7, 52 [...]

'''CACOPHATON''', "vid." CACEMPHATON.

'''CACOMEMNON''', onis. m. Mimus ita dictus Laberii Gell. 16, 7.

'''CACOSTOMACHOS''', [κακοστόμαχος] "Qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est ventriculum: os enim ventriculi (qui proprie" stomachus "dicitur) pro ipso ventriculo sumi solet." [...]

'''CACOSYNTHETON''', i. n. [κακοσύνθετον] "Mala seu deformis compositio: vt apud" Virg. Aen. 9, 610 [...]

'''CACOTECHNIA''', ae. f. [κακοτεχνία] "Mala ars ad verbum." Quinctil. 2, 20, 2. "et" 15, 2 Cacotechniam quidam nominauerunt Artis prauitatem.

'''CACOZELIA''', ae. f. [κακοζηλία] "Mala affectatio, peruersa imitatio, quoties inscite affectantes virtutem aliquam, in vitium labuntur." [...]

'''CACOZELVS''', Adiect. [κακόζηλος] "Ineptus imitator vel affectator." [...]

'''CACTOS''', i. f. [κάκτος] "Herba, ex carduorum genere, teste" Plin. 21, 16 s. 57. [...]

'''CACVBALVM''', i. n. "Sunt qui legant, (al." Culicum, Culiculum, "et vulg." Cucubalum) Plin. 27, 8 s. 44 [...]

'''CACVLA''', ae. m. [ἀκόλουθος] Festo "docente, Seruus militis." [...]

'''CACVLATVS''', ûs. m. Caculatum seruitium, Festus. "Videtur esse Accusatiuus."

'''CACVMEN''', inis. n. [αἶπος, κορυφὴ, κόρυμβος] "Vertex, siue Summum cuiuscunque rei." [...]

'''CACVMINO''', are. [αἰπίζω] "Acutum reddere" Ouid. Met. 3, 195 Dat spatium collo, summasque cacuminat aures. "De Actaeone in ceruum mutato."

'''CACVMINATVS''', a, um. Adi. [αἰπισθεὶς] Plin. 10, 52 Aquatilium oua rotunda: reliqua fere fastigio cacuminata. Apex in conum cacuminatus Sidon. Epist. 2, 2.

'''CACVS''', [Κάκος] Secundum fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. [...]

== CAD ==

'''CADAVER''', eris. n. [νεκρὸν, πτῶμα] "Corpus quodcunque mortuum: a" Cadendo "deriuatur" Hieron. in Matth. 24, 28. [...]

'''CADAVERINVS''', a, um. Tertull. de Anim. 32 Cadauerinam "dixit absolute, vt" ferinam, vitulinam, "carnem de cadauere."

'''CADAVEROSVS''', a, um. Adi. [νεκρώδης] "Vt," Cadauerosa facies Ter. Hec. 3, 4, 27. [...]

'''CADETVM''', "vid." CANDETVM.

'''CADISCVS''', " Dimin. a" Cadus, "vid." CADVS

'''CADIVVS [1]''', "vid." CADO.

'''CADMEA''', "vid. sub " CADMVS.

'''CADMIA''', ae. καδμία, "quae et" [καδμεία "dicitur Dioscoridi"] "Lapis aerosus, id est multum aeris habens." [...]

'''CADMVS''', [Κάδμος] "Agenoris filius, missus a patre ad inquirendam Europam a Ioue raptam, iussusque sine illa non redire, ex Apollinis responso sequutus bouem, Boeotiam vbi illa constitit, regionem vocauit: Thebasque ex nomine Aegyptiarum Thebarum, vnde originem habuit, civitatem condidit." [...]

'''CADMEIVS''', a, um. "Vt," Stat. Theb. 8, 519 -- leuius Cadmeius Aemon, Tela rotat. "i. Thebanus. Sed filia Cadmi" Cadmeia Ino Sen. Oed. 446.

'''CADMEIDES''', Patronym. a Cadmo deductum. [...]

'''CADMEVS''', a, um. "Aliud" Adi. [Καδμεῖος] "A Cadmo ortus, Thebanus." [...]

'''CADMITIS''', idis. f. "Gemma. Vid." Plin. 37, 10 s. 56 Cadmitis eadem esset, quam Ostracitin vocant, nisi quod hanc caeruleae interdum cingunt bullae. "MSS. ap. Hard." Calamitis.

'''CADO''', cecidi, casum, ere. [πίπτω] "Idem fere quod labi." [...]

'''CADENS''', Partic. [πίπτων] ''Praeter exempla in ipso verbo,'' Excipere cadentem Stat. Silu. 1, 2, 109. Supponere aliquid cadenti Ouid. Epist. 15, 179. Sustinere cadentem Ouid. Met. 8, 148

'''CASVRVS [1]''', a, um. Partic. a Cado. Cic. Fam. 15, 1 Quid casurum sit, incertum est, ''i. Euenturum.'' [...]

'''CASVS''', ûs. m. [πτῶσις, σύμπτωμα, αὐτοματία] ''Ex prima notione verbi lapsum s. delapsionem, aut collapsionem significat.'' [...]

'''CASVALIS''', e. "Quod casu fit, sine ratione nota, vt," Casualis conditio, "quae ab incerto euentu pendet," leg. vlt. Cod. de necessar. Seru. "Grammaticis Casus declinationum respicit: vt," Genus casuale Varr. de L. L. 7, 29. [...]

'''CASVALITER''', Adu. "Fortuito." Sidon. Epist. 9, 11.

'''CASO [1]''', are. [πίπτω] "Videtur ad" Cadere "ita referri, vt ad" Labi Labare. [...]

'''CASANS''', antis. "Ad lapsum pronus." Casanti capite incedit Plaut. Asin. 2, 3, 23. "recte Gronou." quassanti: "vt et" Bacch. 2, 3, 71.

'''CASITO''', are. "Frequenter cadere." Paullus D. de seruit. vrb. praed. l. Seruitutes, Si seruitus stillicidii imposita sit: non licet domino servientis areae ibi aedificare, vbi casitare coepit stillicidium. [...]

'''CASABVNDVS''', a, um. [πτώσιμος] Adi. Crebro cadens Festus. Varr. de L. L. 6, 3 [...]

'''CADAX''', acis. Claudus, qui saepe cadit Gloss. Isid. "Conf. Barth. Adu." 35, 9,

'''CADVCVS''', a, um. [πτώσιμος, ἀμυδρὸς] Adi. "Quod in ruinam procliue est, et casum minatur, caditque adeo sua sponte, vi non adhibita." [...]

'''CADVCARIVS''', a, um. ''Vt,'' Homines August. de Beata Vita col. 488 ed. Frob. ''i. epileptici.'' [...]

'''CADVCITER [1]''', Adu. antiquum, pro Praecipitanter. Varro Erratione, Aut frigidos nimbos, aqua ista caduciter ruentes pertimuerint aquatulae (''al.'' aquatiles) querquetulae natantes. ''Haec'' Nonius, 2, 172.

'''CADIVVS [2]''', a, um. Adi. [πτώσιμος] ''Idem, quod Caducus.'' [...]

'''CADVCEVM''', ''et'' CADVCEVS, ''sed illud vsitatius.'' [...]

'''CADVCEATOR''', oris. m. [κήρυξ] Festus: Caduceatores, Legati pacem petentes. [...]

'''CADVCEATVS''', a, um. "i. e. Caduceum ferens. Ita extat Romae." ABITE HINC VESTRO CVM MERCVRIO PETASATO CADVCEATOQ. "vide I. B. Ferretii Mus. Lapid." p. 5.

'''CADVCIFER''', [κηρυκειοφόρος] "Mercurius, cuius esse caduceum, modo vidimus." [...]

'''CADVCITER [2]''', CADVCVS, "Vid."CADO.

'''CADVRCI''', [Καδοῦρκοι] Narbonensis prouinciae populi in Aquitania. Plin. 4, 19. "Hinc"

'''CADVRCVS''', a, um. Sidon. Carm. 9, 278 [...]

'''CADVS''', [κάδος] "Genus vasis vino seruando apti." Columel. 12, 28, 4 [...]

'''CADIALIS''', e. "Cadis conditus et aduectus; vt," Resina cadialis Cael. Aurel. Tard. 2, 108. [...]

'''CADYTAS''', [καδύτας] "Herba, de qua Plin." 16, 44 s. 92 Est et in Syria, "inquit," herba, quae vocatur cadytas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumuoluens sese.

== CAEC ==

CAEA, siue CAEOS, "vid." CEA.

'''CAECIAS''', ae. [Καικίας] "Ventus inter Boream et Subsolanum interiectus." [...]

'''CAECIGENVS [1]''', "vid." CAECVS.

'''CAECILIA''', "Genus serpentis." [...]

'''CAECILIVS''', "familiae Romanae nomen." [...]

CAECITAS, CAECO, as. "vid." CAECVS.

'''CAECVBVM''', i. n. [Καίκουβον] "Oppidum Campaniae in Italia, quod licet paludibus adiaceat, vineta tamen vini feracissima enutrit arboribus."

'''CAECVBVS''', a, um. [Καίκουβος] "Vt," Plin. 3, 5 s. 9 [...]

'''CAECVLTO [1]''', CAECVLVS, Dimin. "vid." CAECVS.

'''CAECVLVS [1]''', [Καίκουλος] "Huius mirabilem e scintilla conceptum cum enarrasset" Seru. "ad" Aen. 7, 681, "pergit." [...]

'''CAECVS''', a, um. Adi. [τυφλὸς] "Qui facultate videndi caret, et passiue, qui non videtur; neque tantum de oculis corporis dicitur, sed etiam de mente atque intellectu, vt" caecus "sit, qui nihil intelligat," caecum, "quod non intelligatur." [...]

'''CAECVLVS [2]''', a, um. Dimin. "Qui parum videt." Plaut. Pers. 2, 4, 11 Tua caecule causa? "Al. cum Gronovio" Cucule "legunt."

'''CAECLVS''', "Neptuni Filius, et" CAECILIA, "vid. paullo antesuis locis."

'''CAECITAS''', atis. [τυφλότης, ἀβλεψία] "Fucultatis videndi" [...]

"orbitas: et est proprie corporis; ad animum vero saepe transfertur."

'''CAECITVDO''', inis. f. "Idem" Gloss. Gr. Lat. [ἀβλεψία, Caecitudo. Festus in Nuscitiosus ex Popilio Aurelio "adfert," Nuscitiones esse caecitudines nocturnas.

'''CAECIGENVS [2]''', a, um. Adi. [τυφλογενὴς] "Qui caecus natus est." Lucret. 2, 740 [...]

'''CAECIGENA''', ae. c. "Idem." Gloss. Gr. Lat. [τυφλογενὴς, Caecigena.

'''CAECO''', are. [τυφλόω,] "Visu priuare." [...]

'''CAECATVS''', a, um. Rapina et celeritate caecata oratio Cic. in Brut. 264 c. 76. "i. obscurata." Libidinibus caecati velut domesticis vitiis Id. Tusc. 1 c. 30.

'''CAECVLTO [2]''', are. [Vet. Gl. [ἀμβλυώττω] Festus, Caecultant: caecis proximi sunt oculorum acie obtusa: Plaut. Numnam mihi oculi caecultant: Estne hic noster Hermio? [...]

'''CAECVTIO''', ire. [ἀμβλυώττω, παραβλέπω] "Parum videre:" Varro "ap." Non. 2, 133 Vtrum oculi mihi caecutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos?

== CAED ==

'''CAEDES [1]''', "vid." CAEDO.

'''CAEDICIVS [1]''', i. m. "Iudicis seuerissimi nomen apud" Iuuen. Sat. 13, 197.

'''CAEDICIVS [2]''', a, um. Caediciae tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae, Festus.

'''CAEDO''', cecidi, caesum, ere. [κόπτω] "Proprie significat pulsare, ferire, percutere, deinde etiam amputare, decidere, atque adeo interficere." [...]

'''CAESVS''', a, um. [κεκομμένος] " Partic. vt" Caesis copiis Cic. ad Brut. 10. [...]

'''CAESVRA [1]''', ae. f. τμῆμα, διακοπὴ Gloss. Gr. Lat.] "Incisura, caesio." [...]

'''CAESVRATIM''', Adu. [κατὰ τμήματα] "Incisim, Succincte, Breuiter, per caesuras, i. commata, s. incisa." Sidonius Epist. 4, 3 Tota illa dictio sic caesuratim succincta, quod profluens.

'''CAESIO''', onis. f. [τμῆσις] "Pro Caesura." Columel. 4, 33, 1 Et post quinquennium caesa, more salicti recreatur, atque in palum formata fere vsque in alteram caesionem perennat, "de castanea."

'''CAESIM''', Adu. [τμήδην] "Caedendo." Ceruicem gladio caesim grauiter percutere Suet. Cal. c. 58. [...]

'''CAESO''', "vid. s. l."

'''CAESOR''', oris. m. "qui Caedit," Hieron. Epist. 103 cap. 6. "Habet quoque" Val. Probus Grammat. p. 1458.

'''CAEDES [2]''', is. f. [φόνος, σφαγὴ] "Mors caedendo illata." [...]

'''CAEDECVLA''', ae. f. Parua caedes. Cathol.

'''CAEDVVS''', a, um. Adi. [κοπτικὸς] Caedua silua, "quae habetur in eum vsum, vt materia caedatur ex ea, apud" Caton. R. R. 1, 7. [...]

'''CAEIX''', "vid." CEYX.

== CAEL ==

'''CAEL''', pro Caelum dixit Ennius per apocopen. Ausonius in monosyllabis, Vnde Rudinus ait Diuûm domus altisonum Cael. "Vid." Do, "pro" Domus.

'''CAELASSIS''', Antiquum vocabulum, pro Caelaueris. Festus.

'''CAELATVRA [1]''', "vid." CAELO.

'''CAELEBS''', ibis. [ἄγαμος, ἠΐθεος] "Dicitur tam qui caruit semper vxore, quam qui nunc caret." [...]

'''CAELIBATVS''', ûs. [ἀγάμιον] Felix Capell. 1 p. 3 [...]

'''CAELIBARIS''', e. Adi. Caelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abiecti, occisique: vt quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit: vel quod nuptiali iure imperio viri subiicitur nubens, quia hasta, summa armorum et imperii est. [...]

CAELESTIS, CAELICOLA, CAELITES, "vid." CAELVM.

'''CAELESTVS''', "Africae Deus. Laudatur ex" Tertull. Apologet. c. 24 [...]

'''CAELICVLVM''', "Nomen loci, cuius meminit" Cic. de Arusp. Resp. 32 c. 15 [...]

'''CAELIVS''', "vel" COELIVS, "Mons vnus e septem, de quo" Varro [...]

de L. L. 4, 8

'''CAELIMONTANVS [1]''', ''vid.'' CAELIVS.

'''CAELIMONTANVS [2]''', a, um. Adi. [Καιλιμοντᾶνος] ''Vt,'' Caelimontana porta. Cic. in Pison. 55 Quum ego Caelimontana porta introisse dixissem, ''etc. Add.'' Liu. 35, 9. ''Alii scribunt per'' oe.

'''CAELO''', are. [γλύφω, διαγλύφω] ''Cum diphthongo, significat insculpere.'' [...]

'''CAELATVS''', a, um. Cic. Tusc. 5, 61 c. 21 [...]

'''CAELATVRA [2]''', ae. f. [γλυφὴ] Quae auro, argento, aere, ferro, opera efficit, Nam sculptura etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, praeter ea, quae supra dixi, complectitur, ''vt ait'' Quinctil. 2, 21, 9. [...]

'''CAELATOR''', oris. m. [γλυπτὴρ] Plin. 34, 8 [...]

'''CAELAMEN''', inis. n. ''Idem, quod Caelatura.'' Ouid. Met. 13, 291 Neque enim clipei caelamina nouit, Oceanum et terras, cumque alto sidera caelo, ''etc.''

'''CAELVM''', i. n. [ἐγκοπεὺς, γλυπτήριον, γλυφεῖον] ''Instrumentum, quo vtuntur Caelatores.'' [...]

'''CAELESTIS''', e. [οὐράνιος] "Quod ex caelo vel in caelo est, vt," Caelestis arcus Plin. 12, 24. [...]

'''CAELICOLA''', ae. c. [οὐρανίων] "Habitator caeli." Virg. Aen. 2, 641 [...]

'''CAELICVS''', a, um. "Non probatae vocabulum aetatis. Vtitur eo saepius" Theodulf. Aurelian. "vt" Carm. 1, 564. 2, 144 "et" 315. "it. alius ap. Barth. Adu." 34, 1.

'''CAELIFER''', "dicitur Atlas, quem Poetae fingunt caelum sustinere." [...]

'''CAELIGENAE''', stellae. Apul. de Mundo p. 57, 29 "dicuntur, vt," Indigena, Troiugena "et id genus: nisi malis" Caeligenus, a, um.

'''CAELILOQVVS''', a, um. Commod. Instruct. 60.

'''CAELIPOTENS''', entis. "Deorum epitheton." Plaut. Pers. 5, 1, 3 Alii omnes caelipotentes. Prud. Apoth. v. 660.

'''CAELISPEX''', icis. "Nomen Apollinis ap." S. Rufum et P. Victor. Regione XI. vrbis "Fuerit ergo Apollo Augur" s. "Auguralis."

'''CAELITES''', um. [οὐράνιοι] "Qui caelum habitant." [...]

'''CAELITVS''', Adu. "e caelo; sicut" Diuinitus, "a Deo." Hieronymus in Vita Paulli Erem. [...]

== CAEM ==

'''CAEMENTVM''', i. n. "a Caedendo. Sic vocantur enim Lapides caesi rudes et informes, quales fundamentis adhibentur." [...]

'''CAEMENTA''', ae. f. Ennius, Labat, labuntur saxa, caementae cadunt Nonius 3, 42.

'''CAEMENTARII''', [χαλικοδόμοι] "Caementorum structores, quos Fabros murarios appellant." Hieron. ad Paullinum Ep. 103, 6 Caementarii, fabri metallorum, lignorumue caesores.

'''CAEMENTICIVS''', a, um. Adi. [χαλίκειος] "Quod caemento constructum est." [...]

== CAEN ==

'''CAENEVS''', "duarum Syllabarum" [Καινεὺς] "qui ante fuera:" Caenis. "Nempe"

'''CAENIS''', [Καῖνις] "Elatei Lapithae fuit filia, quae a Neptuno compressa hoc praemii petiit, vt in virum mutaretur: quod adeo non aegre a deo impetrauit, vt etiam inuulnerabilem esse voluerit, vocataque fuit" Caeneus. [...]

== CAEP "et" CAER ==

'''CAEPA''', "et" CAEPE, "vid." CEPE.

'''CAERE''', n. [Καιρέα, "Strabo." [Καῖρε, "Stephano in" [Ἀγύλλᾳ, Καιρὴ] "cuius casus" Caeritis "et" Caerete "exemplis mox docebimus." [...]

'''CAERETANVS''', a, um. Adi. "vt," Val. Max. 1, 1, 10 [...]

'''CAERITES''', Gell. 16, 13 [...]

'''CAEREFOLIVM''', "Herba est, quam" Paederota Graeci vocant, "cuius meminit" Plin. 19, 8 s. 54.

'''CAEREMONIA''', "vel" CAERIMONIA, "vel" CERIMONIA, ae. [θρησκεία] "et" Caeremoniae, arum, "dicuntur ritus sacri." [...]

'''CAEREMONIALIS''', "vel" CAERIMONIALIS, e. Arnob. lib. 7 pag. 237 O Deorum sublimitas praepotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus caeremonialibus debeas.

'''CAEREMONIOSVS''', a, um. "Idem." Ammian. 22, 37 Per septem caeremoniosos dies, "etc. ita etiam" Valesius p. 336.

CAERES, itis. CAERETE, is. CAERETANVS, "vid." CAERE.

'''CAERINTHE''', "vid." CERINTHE.

'''CAEROMA''', "vid." CEROMA.

'''CAERVLEVM''', i. n. "Arenae genus est, quae in auri atque argenti metallis nascitur, pictorum vsui: cuius genera," Aegyptium, Scythicum, Cyprium, Puteolanum, et Hispaniense "commemorat" Plin. 33, 12 "et" 13. [...]

'''CAERVLEVS''', a, um. Adi. γλαυκὸς, κυάνεος] "Quasi" Caeluleus, "a" Caeli "colore: Dicitur etiam" Cumatilis "color, quod Graeci" [κύματα "fluctus vocant." [...]

'''CAERVLEATVS''', a, um. "vt," Cacruleatus, et nudus, caputque redimitus arundine, et caudam trahens genibus innixus Glaucum saltasset Paterc. 2, 83. "De Planco, marinum Deum agente."

'''CAERVLVS''', a, um. Adi. [κυάνεος] "Idem quod Caeruleus." [...]

'''CAERVLANS''', antis. Fulgent. Mythol. 8 p. 26 Caerulanti peplo circumlita hyalinae cauitatem Sphaerae osseo fastigans tigillo versabat. "De Astrologia."

== CAES ==

'''CAESA''', ae. "Gallicum telum, vid."GAESA.

'''CAESAPON''', i. n. "Lactucae species." Plin. 20, 7 s. 25 Alterum est genus, quod Graeci Caesapon vocant. Aesopon "suspicatur Dalecampius."

'''CAESAR''', quod est cognomen Iuliorum, a Caesarie dictus est; Qui scilicet cum Caesarie natus est. Festus. [...]

'''CAESAREVS''', a, um. Adi. [Καισάρειος] "Vt," Domus Caesarea Ouid. Trist. 1, 1, 70. [...]

'''CAESARIANVS''', a, um. "aliud" Adi. [Καισάρειος] "Vt," Caesariana celeritas Cic. Att. 16, 10 [...]

'''CAESARIES''', ei. [κουρὰ, βόστρυχος] "A Caedendo: Comam significat, quae caedi solet." [...]

'''CAESARIATVS''', a, um. Adi. [βοστρυχωτὸς] Comatus Plaut. Mil. 3, 1, 173 Qui miles admutiletur caesariatus. "Metaphor." Videas viridantibus comis caesariatam esse terram Apul. de Mundo p. 67, 37.

'''CAESENA''', "vnde" CAESENATES, "oppidum in Gallia Cispadana, s. Togata, quae hoc nomen hodie retinet; hic memoranda propter dictum asperum" Q. Ciceronis Fam. 16, 27 "de Hirtio et Pansa COSS." [...]

CAESIM, CAESIO, "vid." CAEDO.

'''CAESITIVS''', a, um. "Vt," Linteolum Caesicium Plaut. Epid. 2, 2, 46. Nonius 14, 17 sic dictum putat, quod vel Caedendo ad candorem perueniat, vel quod Oras circumcisas habeat.

'''CAESIVS''', a, um. Adi. [γλαυκὸς] "Nomen coloris, qui caeli speciem habet, dictus, vt statim videbimus, quasi" Caelius. [...]

'''CAESONES''', [καισῶνες] appellantur, Ex vtero matris exsecti, Festus. Plin. 7, 9 Primusque Caesarum, a caeso matris vtero dictus: qua de causa et Caesones appellati.

'''CAESVLIAE [1]''', qui caesiis sunt oculis, Fest.

'''CAESPES''', "vel, vt alii," CESPES, itis. m. [βῶλος, βώλαξ, χορτόπλινθος, χορτόβωλος, Vet. Gloss.] "a" Caedo "fit; et est" Terra cum herba in modum lateris caesa, "auctore" Festo. [...]

'''CAESPITICIVS''', a, um. Adi. [βωλακινὸς] "Quod fit ex caespitibus." [...]

'''CAESPOSVS''', a, um. "Caespite plenus, laudatur e" Columel. 10, 130 [...]

'''CAESPITO''', are. "Quasi in Caespitem offendere, et lapsui proximum esse. Hinc certe"

'''CAESPITATORES''', "Equi, qui saepe in caespitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum impingunt." [...]

'''CAESTRVM''', "vid." CESTRVM.

'''CAESTVS''', "siue" CESTVS ûs. [ἱμὰς, μύρμηξ] "Lorum e corio bubulo, crudo, vt durius esset, interdum etiam massis plumbeis, ferreisue munitum et confixum, quo manus et brachia illigabant, vt ictus eo vehementiores inferre possent." [...]

'''CAESVLIAE [2]''', "vid. post" CAESIVS.

'''CAESVM''', i, "vid." CAEDO.

'''CAESVRA [2]''', CAESVRATIM, CAESVS, "vid." CAEDO.

== CAET ==

'''CAETABVLVM''', i. n. "Vox nihili, quae tamen obsedit libros." Cato de R. R. 102 Melanthii caetabulum, medicl vocant Smyrneum. "Sed rescribendum," acetabulum: "Vid. Gesner. Lex. Rust."

'''CAETERVS''', "vel" CETERVS, a, um, "et vsitatius plur." CAETERI, ae, a. [ἕτεροι] "Reliqui." [...]

'''CAETERO''', Adu. [τὸ λοιπὸν] Plin. 10, 58 s. 79 Palumbes incubat femina post meridiana in matutinum, caetero mas. ''h. e. quod reliquum est temporis. Dictio haec Plinio est admodum familiaris.''

'''CAETEROQVIN''', ''s.'' CAETEROQVI, Adu. [τἄλλα] ''Idem, quod Alioquin.'' [...]

'''CAETERVM''', Adu. [ἀλλὰ, μέντοι] ''Non tantum continuandi, sed quod etiam aduersandi saepe vim habeat, fere vt'' Sed, ''quicum permutari tum potest: ordinarie autem illi respondet,'' quod reliquum est. [...]

'''CAEYX''', ''vid.'' CEYX.

== CAI ==

'''CAIA''', ''et'' CAIANVS, Adi. ''Vid.''CAIVS.

'''CAICVS''', i. m. [Κάϊκος] ''Phrygiae fluuius ex Mysia veniens, auctore'' Plin. 5, 30. [...]

'''CAIETA''', [Καϊάττα] ''Vrbs et portus Campaniae, sic a'' Caieta ''nutrice Aeneae dictus.'' [...]

'''CAIO''', are. ''Apud veteres fuisse volunt Cohibere, coercere, compescere: nam'' Caî ''seu'' Kaî ''in'' Vet. Gloss. ''sunt'' Cancelli. [...]

'''CAIATIO''', onis. f. Puerilis caedes ''apud'' Fulg. ''loco modo laudato.'' Caedem ''hic intelligo non necem, sed pulsationem, castigationem, verbera.''

'''CAIVS''', CAIA, [Γάϊος, Γαΐα] ''Nomina in matrimoniis sollemniter contrahendis vsitata:'' Vbi tu Caius et ego Caia: ''quibus verbis, vt Plutarchus scribit,'' Quaest. Rom. 30, ''quasi paciscitur sibi commune, cum viro dominium, et par imperium domi: ac si diceret.'' [...]

'''CAIANVS''', Adi. [Καΐανος] Stat. Silu. 4, 9, 22 Emtum plus minus asse Caiano. ''vid.'' AS. Suet. Tito 1 Insignis annus Caiana nece, ''i. Caii Caligulae.''

'''CAIOLVS''', i. m. Dimin. a Caius, ''i. Puerulus.'' Stat. Silu. 1, 6, 17 Molles Caioli Lagunculique, ''i. bellaria, Sigilla puerorum referentia.''

'''CAIPOR''', ''i.'' Caii puer ''s.'' seruus Festus ''in'' Quintipor.

== CAL ==

'''CALA''', ae. f. [κάλα] Seruius ''ad'' Aen. 6, 1 [...]

'''CALABRA''', ae. f. [κάλαβρα] Curia dicebatur, vbi tantum ratio sacrorum gerebatur. [...]

'''CALABARRIO''', onis, "vel" CALABARRIVNCVLVS, i. m. "Praeco videtur fuisse, qui concionem calaret, i. aduocaret in" Curiam Calabram. [...]

'''CALABRIA''', ae. [Καλαβρία] "Peninsula in extrema Italia, vbi Tarentum, Brundusium. Vid." Plin. 3, 11. "Quantitatem doceat" Hor. Carm. 1, 31, 5 Non aestuosae grata Calabriae Armenta.

'''CALABER''', bri. [Καλαβρὸς] "Qui ex Calabria est, vel Calabriam incolit." [...]

'''CALABRICVS''', a, um. Adi. [Καλαβρικὸς] Columel. 12, 49, 3 [...]

'''CALABRICO''', are. Plin. Valer. 3, 13 Lanis inuolues et calabricabis.

'''CALABRIX''', icis. f. Spina siluestris, cui tuberes inseruntur. Plin. 17, 10 s. 14. "Add." Pallad. Sept. 14, 3.

'''CALAENVM''', "vid." CALENVM.

'''CALAGVRRIS''', "Ciuitas Hispaniae" Prudentii "patria, qui de ea" Perist. 4, 31 Nostra praestabit Calagurris ambos, "Versus Sapph."

'''CALAGVRRITANI''', "qui in ea habitant:" Plin. 3, 3.

'''CALAIS''', [Κάλαϊς] "Boreae et Orithyiae filius, Zethae frater, quos ambo alatos fuisse Poetae fingunt." [...]

'''CALAMETVM''', i. n. [καλαμὼν] "Si analogiam sequamur, fuerit locus calamis consitus: sed fragmenta calamorum et arundinum notare videtur" Columel. 4, 27, 1 [...]

'''CALAMINA''', ae. "Lacus nomen in Lydia, in quo sunt insulae saltantes." [...]

'''CALAMINTHA''', ae, "vel" CALAMINTHE, es. f. [καλαμίνθη] "Species menthae vel pulegii, in quem" Sisymbrium degenerat "ap." Plin. 19, 10 s. 57. "Add." Apul. de Herbis c. 70.

'''CALAMIS''', idis. m. [Καλαμὶς] "Nomen statuarii, qui equos absolutos et perfectos effinxit." [...]

'''CALAMISTER''', i. m. "et" CALAMISTRVM, i. n. [καλαμὶς, κάλλυντρον] Acus maior, quae calefacta et fronti adhibita intorquet capillos, "vt ait ad" Aen. 12, 100 Seruius. [...]

'''CALAMISTRATVS''', Adi. [καλαμιδωτὸς] "Calamistris ornatus." [...]

'''CALAMITAS [1]''', CALAMITOSVS, "vid." CALAMVS.

'''CALAMITAE''', [καλαμίται] "Ranae minimae, et viridissimae, quae a quibusdam" Diopetes "vocantur." [...]

'''CALAMOCHNVS''', [καλαμόχνους] Plin. 32, 10 s. 52 [...]

'''CALAMVS''', i. [κάλαμος, δόναξ] "Frutex aquaticus: qui et" Arundo "dicitur: quamuis" Arundo "interdum magis proprie dici videatur, quae crassior ac longior est, seriturque ad vsum praecipue vinearum," Calamus, "gracilis, tenuisque, et tibiis fere ac scripturae aptus."

'''CALAMARIVS''', a, um. "vt," Suet. Claud. 35 [...]

'''CALAMITAS [2]''', atis. [συμφορὰ] proprie Calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est culmum ac segetem. [...]

'''CALAMITOSVS''', a, um, Adi. [ὀϊζυρὸς] "Cui calamitas accidit, aut solet adeo accidere." [...]

'''CALAMITOSE''', Adu. [ὀϊζυρῶς] "Misere." Cic. Off. 2, 105 c. 29 Nam quod aiunt, minima de malis, id est, vt turpiter potius, quam calamitose: an est vllum maius malum turpitudine?

'''CALAMITO''', are. Calamitosum reddere. Cathol.

'''CALANTICA''', "siue, vt meliores," CALAVTICA, ae. f. [κρήδεμνον, ἐφαλοδέσμιον, ἢ ἐπιβόλαιον] Tegmen muliebre, quod capiti innectitur. [...]

'''CALARIS''', CALARITANVS, "vid." CARALIS.

'''CALASIS''', "s. vt quidam" CALASSIS, Tunicae genus, quod Graesi καλάσιριν dicunt. [...]

'''CALASTER''', "vid. infra" CATLASTER.

'''CALASTICVS''', a, um. Adi. Th. Prisc. de Diaeta cap. 9. Octau. Horat. 1, 7 "et" 15 "videtur esse" χαλαστικὸς "vim laxandi et resoluendi habens. Vid."CHALASTICVS.

'''CALATA''', "vid." CALO.

'''CALATHVS''', i. m. [κάλαθος] Festus: Calathos Graeci, nos dicimus Quasillos. [...]

'''CALATHISCVS''', Dimin. [καλαθίσκος] Catull. 65, 310

'''CALATHIANA''', ae. f. Violae genus, a calathi figura. Plin. 21, 6 s. 14 "Alii legunt" Calthiana, "al." Calatina.

'''CALATIA''', ae. f. "Oppidum Campaniae. Quantitatem doceat" Sil. 8, 544 -- nec paruis aberat Calatia muris.

'''CALATOR [1]''', "vid." CALO.

'''CALAVREA''', "siue" CALAVRIA. Καλαύρεια "s." [Καλαυρία] "Insula maris Mediterranei in sinu Argolico contra Troezenium, Demosthenis interitu nobilitata" Plin. 4, 12 s. 19 [...]

'''CALAVTICA''', "vid." CALANTICA.

'''CALAZOPHYLACES''', "vid." CHALAZOPHYLACES.

'''CALBEI''', "auctore" Festo dicebantur Armillae, quibus triumphantes vtebantur, et quibus ob virtutem milites donabantur, "vid." GALBEVM.

'''CALCANEVS''', CALCAR, "vid." CALX.

'''CALCARIVS [1]''', CALCATORIVM, CALCATVS, "vid." CALX, Lapis coctus.

'''CALCEARIVM [1]''', CALCEAMEN, CALCEAMENTVM, CALCEATVS, "vid." CALX, "pro posteriore parte pedis."

'''CALCEDONIA''', "vid." CHALCEDON.

'''CALCENDIX''', Festo, Conchae genus "esse dicitur: sed non inuenio."

'''CALCEO [1]''', as, CALCEOLVS, CALCEVS, "vid." CALX, "pro posteriore parte pedis."

'''CALCES''', Festo Ampullae plumbeae, "quid sibi velint, non dixerim."

'''CALCHAS''', antis [Κάλχας] "Thestoris Troiani filius, augur maximus, cuius consilio vsi ad Troiam Graeci." Virg. Aen. 2, 122 Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. V. Sil. 13, 38.

'''CALCHEDONIVS''', "vid." CARCHEDONIVS.

'''CALCIARIVM''', "vid." CALX, "pro posteriore parte pedis."

'''CALCIFRAGA''', ae. [ἔμπετρος] "Herba" in maritimis montibus fere in saxo nascens, "a calculis frangendis ita dicta, de qua vid." Plin. 27, 9 s. 51. [...]

CALCITRO, CALCO, "vid." CALX.

'''CALCVLVS''', i. m. [ψηφὶς, ψῆφος] Lapis breuis terrae admistus: sic dictus quod sine molestia sui breuitate calcetur. [...]

'''CALCVLARIVS [1]''', a, um. Adi. vt Calcularius error Modestin. ICt. "vid." Expungere rationes, in EXPVNGO.

'''CALCVLOSVS''', a, um. Adi. "Plenus calculis." [...]

'''CALCVLO [1]''', are. Prudent. Hymno Laurentii v. 131 Nam calculanda primitus, tum subnotanda est summula. "Vsus est etiam" Sidonius Epist. 9, 7.

'''CALCVLATIO''', onis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 5 s. 60 Calculatio, quam Lithiasin vocant, "inter" tardas passiones vesicae "memoratur." 2 "Supputatio." Cassiodor. Epist. 1, 10 Fortunat. 5 ep. prosa 6 ad Syagr.

'''CALCVLATOR''', oris. m. [ψηφιστὴς] "Supputator, calculandi artifex." [...]

'''CALCVLENSIS''', e. Calculense genus purpurae "vocatur a" Plinio 9, 37 s. 61 [...]

'''CALCVLO [2]''', onis. m. Idem Ruf. Festus Breuiar. Rer. Rom. "pr. Sed dubitatur de lectione." [...]

'''CALCVLARIVS [2]''', a, um. "Vt," Error calcularius. Modestin. ICt.

'''CALDARIVM''', CALDOR, CALDVS, "vid." CALOR.

'''CALDIVS''', "militari ioco dictus est" Caldius Caesar, "pro" Claudio, "quemadmodum et" Biberius "pro" Tiberio, et Mero "pro" Nerone. Sueton. in Tiber. 42 [...]

'''CALECARE''', "vid." CALICATVS.

'''CALEDONIVS''', a, um. [Καληδόνιος] "Vt," Caledonia silua, "in parte Britanniae Barbarae, quae nunc Scotia est occidentali, saeuissimis olim vrsis nobilitata." [...]

CALEFACIO, CALEFACTO, CALESCO, "vid." CALOR.

'''CALENDAE''', s. KALENDAE, "(quod nec lapidum nec librorum auctoritate destituitur)" arum. f. plur. [καλάνδαι, ἱερομηνία] "dicuntur Primi dies mensium." [...]

'''CALENDALIS''', e. "Ad calendas pertinens; vt," Tributa calendalia, "quasi in strenam solui solita calendis Ianuarii" Iustin. edict. 13.

'''CALENDARIS''', e. Adi. Iunonem Calendarem vocarunt Laurentes, quod ei omnes calendae tributae essent. [...]

'''CALENDARIVM''', seu KALENDARIVM, i. n. "Liber foenebris dicebatur, in quo scribebantur vsurae in calendas singulas petendae et exsoluendae." [...]

'''CALENDARIVS''', i. m. Calendariorum, "in quadam inscriptione veteri, quam cum caeteris Adolphus Occo Medicus Augustanus edidit," p. 2 n. 9. [...]

'''CALENVM''', i. n. "quod et" CALES, "appellatum" [Καληνὸν] Vrbs Campaniae, "in cuius agro vinum optimum et dulce nascitur." [...]

'''CALENVS''', a, um. "Vt," Ager Calenus Plin. 3, 5. [...]

CALEO, CALESCO, "vid." CALOR.

'''CALICATA''', ''vid. sub '' CALX.

'''CALICVLVS [1]''', ''vid.'' CALIX.

'''CALIDVS [1]''', ''vid.'' CALOR.

'''CALIENDRVM''', i. n. [κάλλυντρον] Dicitur Ornatus capitis mulierum, siue suppositus crinis, quem pro naturalibus accipiebant, ''vt ait'' Acron ''in'' illud Horatii Serm. 1, 8, 47 [...]

'''CALIGA''', ae. f. σκελεὰ, σανδάλιον Vet. Gl. ''Add.'' Vulg. Act. Apost. 12, 8] ''Tegumentum tibiarum militare,'' στρατιωτικὸν ὑπόδημα ''Dioni, a quo militari calceamento Germanici filius Caius Rom. Imperator cognomen sortitus est, quod in exercitu educatus esset.'' [...]

'''CALIGVLA [1]''', '' Dimin. de quo satis dictum in'' CALIGA ''pr.''

'''CALIGATVS''', a, um. [σκελεωτὸς] ''Caligis indutus.'' [...]

'''CALIGARIVS''', Adi. ''Vt,'' Caligarium solum. κάσσυμα Vet. Gloss.] Plin. 34, 14 [...]

'''CALIGARIS''', e. Plin. 9, 18 In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt squamis conspicui, crebris atque praeacutis clavorum caligarium effigie. [...]

'''CALIGO [1]''', inis. f. [γνόφος, ζόφος] ''Vmbra s. tenebrae, s. lucis absentia, sic tamen, vt spissum s. crassum quacunque causa aera videatur vna significare. v. g.'' Virg. Aen. 9, 33 [...]

'''CALIGINOSVS''', a, um. Adi. [ζοφώδης, ζοφοειδῆς] "Caligine plenus." [...]

'''CALIGINEVS''', a, um. "Aliud" Adi. Gratius in Cynegetico v. 56 Vel caligineo laxanda reponito fumo.

'''CALIGO [2]''', are. [ἀμβλυώττω, ζοφόω] "Dupliciter accipitur, vt ipsum nempe nomen" Caligo: "vel non videre, s. in tenebris esse, vel non videri, s. tenebras obiicere." [...]

'''CALIGANS''', Partic. [ἀμβλυώττων] Virg. Georg. 4, 468 [...]

'''CALIGINANS''', antis. "Idem" Th. Prisc. 1, 19 Caliginantes oculos curare.

'''CALIGATIO''', onis. f. [ἀμβλυωτία] "Oculorum vitium cum caligant." Plin. 29, 6 Aquilae misio felle cum melle Attico inunguntur nubeculae, et caligationes, suffusionesque oculorum.

'''CALIGVLA [2]''', ae. m. [Καλιγούλας] "dictus fuit Caius Imperator. Vid."CALIGA.

'''CALIM''', Veteres pro Clam vsurparunt, Festus.

'''CALISTO''', "vel" CALLISTO, "potius, geminato" L, ûs. f. [Καλλιστὼ] "Lycaonis regis Arcadiae filia, sese Dianae comitem addixit." [...]

'''CALIX''', icis. m. [κύλιξ] "Genus poculi," Varr. de L. L. 4, 27 [...]

'''CALICVLVS [2]''', i. m. Dimin. [κυλίκιον] Cato cap. 108 [...]

'''CALICELLVS''', i. m. "Idem. vt," Calicellus passi plenus Oct. Horat. 4.

'''CALICVLARIS''', e. "Vt," Herba calicularis, "qualis Hyoscyamus, ap." Apul. de Herb. cap. 4.

'''CALICLARIVM''', i. n. ποτηριοθήκη Gloss. Gr. Lat. "Idem" CALICLARE, "quod interpretantur veteres glossae apud Salmas. ad ius Att. et Rom." p. 488 ἄβαξ et [κυλικεῖον.

'''CALLA''', "vid." CALSA.

'''CALLAICI''', [Καλλαϊκοὶ] "Lusitaniae populi, Hinc"

'''CALLAICVS''', a, um. Adi. [Καλλαϊκὸς] "Interdum pro Hispanico generatim poni videtur." [...]

'''CALLAIS''', idis. [καλλαῒς] Gemma est ex viridi pallescens, oculi figura extuberans, leuiterque adhaerens petris, non vt agnata, sed vt eisdem apposita. [...]

'''CALLAINVS''', a, um. Gemmae "Capnitidis genus:" Callainas vocant e turbido Callaino Plin. 37, 10 s. 56. "Vid. Harduin. et" Martial. 14, 139. "quem modo dedimus in" CALLAICVS, "Coloris nomen esse, apparet."

'''CALLARIAS''', ae. f. Piscis est mari peculiaris, ex Asellorum genere, ni minor esset Plin. 32 vlt.

CALLEO, CALLENS, "vid." CALLVS.

'''CALLIBLEPHARVM''', i. n: [καλλιβλέφαρον] "Medicamentum, quo fucantur ornanturque palpebrae," Gr. [βλέφαρα. Plin. 23, 4 s. 51 [...]

'''CALLICIA''', "Herba," qua "vt et" Coracesia Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Plin. 24, 17 s. 99.

'''CALLIGONON''', i. n. "Herba, quae et" Polygonon "dicitur." Plin. 27, 12 Appellarique a multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon.

'''CALLIMACHVS''', i. m. [Καλλίμαχος] "Poeta Graecus Cyrenaeus, elegiaco carmine nobilis, argumenti amatorii." [...]

'''CALLIMVS''', i. m. [κάλλιμος] Lapis ex genere aetitarum, "de quo" Plin. 36, 21 s. 39.

'''CALLION''', i. n. [κάλλιον] "Herba, de qua" Plin. 21, 31 s. 105 [...]

'''CALLIONYMVS''', i. m. Genus piscis, cuius fel cicatrices sanat Plin. 32, 4 "et" 7.

'''CALLIOPE''', es. f. Καλλιόπη] "Vna Musarum, et quidem praestantissima, secundum Hesiodum, quae etiam" Calliopea "dicitur, a pulchritudine vocis, quae etiam" [ὄψ "est." [...]

'''CALLIOPICVS''', i. m. [καλλιοπικὸς] i. e. Excellens cantu, "apud" Firmicum "esse dicitur."

'''CALLIPETALON''', i. n. "i. e." Quinquefolium Apul. de Herb. c. 2.

'''CALLIPIDES''', "et" CALLIPPIDES, is. m. "Vsurpatur pro magno promissore, qui mouet, sed nihil promouet." [...]

'''CALLIRHOE''', [Καλλιρόη] "Quasi tu pulchre fluentem dicas, fontis proprie nomen: Et est eo nomine fons Atticae, de quo" Plin. 4, 7 [...]

CALLIS, CALLISCERE, "vid." CALLVS.

'''CALLISTO''', "vid." CALISTO.

'''CALLISTRVTHIAE''', Ficorum genus omnium frigidissimum Plin. 18, 18. "Vtitur et" Colum. 5, 10, 11. "Et mutata terminatione" 10, 416 Et Callistruthis, roseo quae semine ridet.

'''CALLITHRIX''', "et" CALLITRICHON, [καλλίθριξ, καλλίτριχον] "Herba." [...]

'''CALLVS''', i. m. et CALLVM, i. n. τύλη, τύλος Vet. Gloss.] "Cutis labore viae in pedibus, aut alio attritu in manibus, parteue alia corporis densior facta, aut partes aliae animalium vasis ac neruis parcioribus instructae, vt sensu exquisitiore careant, quae coctae viscidum ius reddunt, quod in glutinum densari potest, cuius generis" callus "est in rostris et pedibus quadrupedum, in ventriculis auium" etc. [...]

'''CALLOSVS''', a, um. [τυλλώδης] Columel. 3, 1, 5 [...]

'''CALLOSITAS''', atis. Scribon. Largus 36 [...]

'''CALLEO''', ui, ere. [τυλλόω] "Callosum vel Callis obductum esse." [...]

'''CALLENS''', Partic. [εὖ εἰδῶν] "Vt," Plin. 21, 31 [...]

'''CALLENTER''', Adu. Apul. Met. 4 p. 150, 3 Quorum satis callenter curiosos adspectus Thrasileon noster impetu minaci frequenter inhibebat.

'''CALLESCO''', "s." CALLISCO, ere. Verbum antiquum, Idem quod Calleo. Nonius 2, 162 Calliscerunt, pro Occaluerunt. Cato de Bell. Carthag. Aures nobis caliscerunt ad iniurias.

'''CALLIDVS''', a, um. Adi. [πανοῦργος] Qui callum sibi vsu artis induxerit, "Auctore" Donato ad Ter. Ad. 3, 4, 54. [...]

'''CALLIDVLVS''', a, um. Dimin. "Vt," Fraus callidula Arnob. 2 p. 91.

'''CALLIDE''', Adu. [πανούργως, δεινῶς] Cic. de Fin. 2,.. [...]

'''CALLIDITAS''', atis. f. [πανούργημα] "Astutia." [...]

'''CALLITAS''', "vid." CALVITAS "sub" CALVO, ere.

'''CALLIS''', is. m. "et" f. [τρίβος] "Significat semitam, veluti callo obducto praeduratam." [...]

'''CALO''', as. "a Graeco" [καλέω, "siue" [καλῶ, "significat Voco." [...]

'''CALATIO''', onis. f. "i. e. Vocatio." Varr. de L. L. 4, 1 "extr." Nec curia calabra sine calatione potest aperiri.

'''CALATOR [2]''', oris. m. [κλητὴς] Festus: Calatores, Serui, [ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quia semper ob necessitatem seruitutis vocari possent, "intell. ad ministerium." [...]

'''CALATORIVS''', a, um. Adi. "Apud Fabrettum," p. 435. PERMISSV KALATORIO ET FLAMINVM.

'''CALONES [1]''', [καλοπόδια] Calcei ex ligno facti. Fest.

'''CALONES [2]''', σκευοφόροι] Militum serui, dicti quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci [κάλα vocant. [...]

'''CALOBATARIVS''', i. m. "Graece" [καλοβάτης, "h. e. Grallator, qui ligneis perticis incedit. Ita" Nonio 2, 361 Grallatores "sunt" Calobatarii, "vbi corrupte" Collobathrarii. "Mere." Calobathrarii. "Vid."COLOBATHR.

'''CALOPHANTA''', ae. m. [καλοφάντης, χρηστολόγος] "Qui honeste loquitur, sed cuius facta ab oratione dissident." [...]

'''CALOR''', oris. m. [θέρμη, ἀλέα, θερμότης, θαλμὸς] "Primitivum est, et ab eo deriuatur" Caleo "verbum." [...]

'''CALDOR''', oris. m. [θέρμη] ''Idem quod Calor.'' Varro de R. R. 3, 9, 15 Euitare item caldorem et frigus oportet. ''Add.'' 1, 41, 1. ''et'' 55, 6. Arnob. 7 p. 240. Gell. 19, 4 ''bis.''

'''CALORIFICVS''', a, um. Adi. ''Quod calorem facit.'' Gell. 17, 8. Ferme conuenit, Vinum vbi potum est calefacere corpora. Sed non secus oleum quoque calorificum est. ''Vid.''FRIGORIFICVS.

'''CALORATVS''', a, um. ''Calidus, calefactus.'' [...]

'''CALIDVS [2]''', a, um. Adi. [θερμὸς, ἀλεεινὸς] ''Eandem significationis varietatem habet, quam'' Calor. [...]

'''CALIDE''', Adu. ''Sine mora.'' Plaut. Epid. 2, 2, 99 Tum tute igitur calide, quidquid acturus, age.

'''CALDVS''', a, um. ''Pro'' Calidus ''veteres dixerunt. Vt,'' Caldus Ager Cat. R. R. c. 6. [...]

'''CALIDARIVS''', ''vel'' CALDARIVS, a, um. Aes caldarium Plin. 34, 8 [...]

'''CALDARIOLA''', ae. f. Scholiast. Iuuenal. 5, 48. "Vt," Solent in vrbe calices fractos, siue caldariolas componere. "Sic enim legendum cum Henninio et Schurzfleischio, non" Caluariolas.

'''CALDAMENTVM''', i. n. Marcell. Emp. cap. 5 Caldamentis adhibitis sopiri, "i. fomentis calidis."

'''CALEO''', ui, ere. [θέρομαι] "Calidum esse." [...]

'''CALENS''', Partic. [θερόμενος] "Vt," Iuuenile calens, "qui iuuenum more animo est paullo ardentiore" Stat. Silu. 2, 2, 137. [...]

'''CALENTER''', Adu. "esse aiunt apud" Apuleium: "Sed dubito."

'''CALITVRVS''', a, um. Partic. [ἐγκαυσόμενος] Ouid. Met. 13, 590 Diesque Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras.

'''CALEFACIO''', "et" CALFACIO, eci, actum, ere. [θερμαίνω, θέρω] "Calidum reddere." [...]

'''CALEFACTVS''', "et" CALFACTVS, a, um. Partic. [θερμανθεὶς] Ouid. in Ibin 46 Nondum calfacti velitis hasta solum, "i. Nondum furentis" ira. Vino calefacta Venus Claud. de Bell. Gild. v. 182.

'''CALEFACTIO''', onis. f. "Vt," Calefactiones thermarum Hermogen. in l. 1 D. De muneribus et honoribus. [...]

'''CALFACTVS''', ûs. m. [θέρμανσις] Plin. 29, 3 [...]

'''CALEFACTO''', are. Frequent. [θερμαίνω] Hor. Epist. 2, 2, 169 [...]

'''CALEFIO''', eri. [θερμαίνομαι] "Calidum fieri." [...]

'''CALESCO''', ere. [ἐγκαίομαι] "Calidum fieri." [...]

'''CALEFACTORIVS''', a, um. "Vt," Acopum calefactorium Plin. Val. 1, 38. "Conf." Th. Prisc. de Diaeta cap. 10.

'''CALPAR''', [κάλπις] Genus vasis fictilis, Fest. [...]

'''CALPE''', es. f. [Κάλπη] "Hispaniae mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus" Abylae "monti Africae, vid." ABYLA. [...]

'''CALPVRNIVS''', a, um. "Familiae Romanae nomen, in qua Pisones praesertim floruere." [...]

'''CALSA''', ae. f. "Herbae nomen." [...]

'''CALTHA''', ae. [κάλθη] "Est flos coloris lutei." [...]

'''CALTHVLA''', ae. [κάλθιον] "Vestis flaua, a" calthae "colore." [...]

'''CALTHVLARIVS''', i. m. "Qui calthulas conficit." Calthularios "nonnulli reponi volunt pro" Carinariis "in" Plaut. Aul. 3, 5, 36.

'''CALVA''', ae. f. κρανίον Onomast. Vet.] "Superior pars capitis." [...]

'''CALVARIA''', ae. [κρανίον] "Compages illa ossium capitis, in qua continetur cerebrum." [...]

'''CALVARIVM''', i. n. Gloss. Vet. [κρανίον. "Sed 2 Plur." Caluaria "alia res est, salsamenti nempe genus." [...]

'''CALVARIOLA''', ae. f. "Interpretantur paruum caliculum instar minoris Caluariae, laudantque" Vet. Interpr. Iuuenal. Sat. 5, 48 [...]

'''CALVASTER''', [ἀναφαλαντίας] "A" Caluus "nondum habet auctorem. Vid."RECALVASTER.

'''CALVO [1]''', are. "Caluum facere, vnde"

'''CALVATVS''', a, um. "Vt," Caluata vinea Cato R. R. 33. "et" Plin. 17, 22. Caluatam vineam "vocant, in qua vites quidem sint, verum paucae, raraeque, vt in caluitio capilli. Vid." CALVITIVM "et" CALVESCO.

'''CALVITIVM''', i. n. [φαλάκρωμα, φαλακρότης] "Vitium illud, quo quis caluam crinibus nudam habet." [...]

'''CALVITIES''', ei. f. "Idem quod Caluitium." Petron. Sat. 108 Superciliorum aequalis cum fronte caluities.

'''CALVEO''', vi, ere. [φαλακρός εἶμι] "Caluum esse." Plin. 11, 37 s. 47 Et quaedam animalium naturaliter caluent, ficut struthiocameli, et corui aquatici. "Hinc"

'''CALVESCO''', ere. [φαλακρόομαι] "Caluum fieri." [...]

'''CALVEFIO''', eri. [φαλακρόομαι] "Caluum fieri." [...]

'''CALVO [2]''', vi, ere. [ἀπατάω] "Decipere." [...]

'''CALVIO''', "etiam dixerunt in praesenti, si recte se habet illud" Seruii ad Aen. 1, 724 "Alii" Caluam Venerem "(dictam tradunt)" quod corda amantum caluiat, id est, fallat atque eludat.

'''CALVITAS''', atis. f. "Deceptio, fraus." Vlpian. Dig. lib. 17 t. 1 l. 29 §. 5 "vt vult Haloand." Ipse autem stellionatus crimine propter suam caluitatem ("al." callitatem) plectetur.

'''CALVVS''', a, um. Adi. [φαλακρὸς,] "Proprie, qui caluam crinibus nudam habet." [...]

'''CALVENA''', "a Caluitio nomen fictum." [...]

'''CALVISIVS''', "Romanum nomen, vnde" CALVISIANVS, a, um. "Vt," Actio Caluisiana "appellatur," quae patrono datur ad reuocanda ea, quae in fraudem eius libertus alienauit. [...]

'''CALVMNIA''', ae. f. [διαβολὴ] "A" caluendo "dicta, (vt volebat Caius ICtus, cuius verba dedimus in" CALVO ) "est frustratio et deceptio praesertim in sermonibus de alterius fama, in interpretatione legum vel aliorum dictorum, in delationibus et accusationibus, quoties denique homines alterius vel sua dicta, facta, cogitata adeo, in falsam et deteriorem partem interpretantur." [...]

'''CALVMNIOR''', ari. [διαβάλλω, συκοφαντῶ] "Notionem calumniae modo explicatam sequitur, et non modo significat, vt est" l. 1 [...]

'''CALVMNIANS''', Partic. Cic. pro Quint. 67 [...]

'''CALVMNIATOR''', oris. m. [διάβολος, συκοφάντης, κακοπράγμων, Vet. Gloss.] "Qui per fraudem et frustrationem alium vexat litibus, aut, qui malitiose, certe in deteriorem partem, aliquid interpretatur." [...]

'''CALVMNIATIO''', onis. f. Ascon. Ped. in Diuin. Cic. 45 c. 14 Calumniationes "appellat captiosas illas interrogationes, quas ibi profert Cicero."

'''CALVMNIATRIX''', icis. f. Vlpianus l. 1 §. Si ea, quae 14 Dig. de Ventre in possess. mittendo: Nisi manifesta sit calumniatrix mulier.

'''CALVMNIOSVS''', a, um. [συκοφαντικὸς] "Qui calumniari solet." [...]

'''CALVMNIOSE''', Adu. "Idem." Aggenus Vrbicus de Limit. cap. de Aqua pluu. Calumniose fines defendere. [...]

'''CALVO [3]''', as, "et" is. "it." CALVVS, "vid." CALVA.

'''CALX [1]''', calcis. m. "et" f. [πτέρνα] "Ima, eademque posterior pars pedis." [...]

'''CALCANEVM''', i. n. "Idem, quod calx, callosum illud in calce." [...]

'''CALCAR''', aris. n. [πτερνηστὴρ] "Equorum ac iumentorum stimulus: quod ad calcem equitis alligetur." [...]

'''CALCEVS''', "et interdum" CALCIVS, i. m. [ὑπόδημα] "Indumentum pedis, speciatim" calcis, "a quo nomen habet." [...]

'''CALCEOLVS''', i. m. Dimin. [καλτίκιος] Calccolorum ligulae Scribon. 208. [...]

'''CALCEOLARIVS''', i. m. [ὑποδηματόποιος] "Qui calceos conficit." Plaut. Aul. 3, 5, 38 Propolae, linteones, calceolarii.

'''CALCEO [2]''', "et" CALCIO, are. [ὑποδέω] "Calceos induere, vel facere." [...]

'''CALCEATVS [1]''', "aut" CALCIATVS, a, um. "Vt," Martial. 12, 45 [...]

'''CALCEATVS [2]''', ûs. m. [ὑπόδεσις] "Calceamentum." [...]

'''CALCEAMEN''', inis. n. "Omne genus tegumentorum pedis." Plin. 19, 2 Hinc calceamina, et pastorum vestis.

'''CALCEAMENTVM''', "et" CALCIAMENTVM, i. n. "Idem." Cic. Tusc. 5, 90 c. 32 [...]

'''CALCEAMENTARIVS''', i. m. [Ὑποδηματάριος, Caligarius Gloss. Gr. Lat.

'''CALCEARIVM [2]''', "siue" CALCIARIVM, i. n. "Pecunia, quae ad calceatum, siue ad parandos calceos datur, vt" vasarium, congiarium, "etc." Sueton. Vesp. 8 [...]

'''CALCIATOR''', is. m. "In Monum. Liuiae, s. columbario, quod"

"Gorius edidit n. 88 est" M. LIVIVS AVG. L. MENOPHILVS CALCIATOR.

'''CALCITRO [1]''', are. [λακτίζω] "Calcem remittere, calce percutert." [...]

'''CALCITRATVS''', ûs. m. [λακτισμὸς] Plin. 8, 44 Mulae calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

'''CALCITRO [2]''', onis. m. [λακτιστὴς] "Qui calcibus inuestat." [...]

'''CALCITROSVS''', a, um. "Idem." Columel. 2, 2, 26 Nunquam stimulo lacessat iuuencum: quod retractantem, calcitrosumque cum reddit. Iumenta calcitrosa Vlpian. in l. 4 D. de aedil. edict.

'''CALCO''', are. [πατέω] "Proprie significat pede, s. calce comprimere." [...]

'''CALCANS''', Partic. Martial. 12, 61 Excipere hos illos, et tota surgere coena Marmora calcantem frigidiora gelu, "etc." Moenia calcantem Magnum Lucan. 10, 546.

'''CALCATVS [1]''', a, um. "Vt," Castra calcata Lucan. 7, 332. [...]

'''CALCABILIS''', e. Sidon. Ep. 1, 5.

'''CALCATOR''', oris. m. "Qui calcat," [ληνοβάτης, πατητὴς, Vet. Gloss.] Calphurn. Ecl. 4, 124. Vt nudus ruptas saliat calcator in vuas. [...]

'''CALCATRIX''', icis. Prudent. Psychom. 589 Calcatrix mundi, "i. victrix."

'''CALCATORIVM''', i. n. "Torcular, locus vbi vuae calcantur." [...]

'''CALCATVRA''', ae. f. "Calcatio, vt" Pinnae rotarum, sine operarum calcatura, fluminis impulsu sunt versatae Vitruu. 10, 10.

'''CALCATVS [2]''', ûs. m. "Idem." Pallad. Ian. 13 Ne calcatu assiduo terra effossa solidetur.

'''CALX [2]''', calcis. m. "et" f. [κονία, ἄσβεστος, τίτανος] "Lapis coctus s. vstus." [...]

'''CALCARIVS [2]''', a, um. Plin. 17, 9 [...]

'''CALCARIENSIS''', is. m. "Calcis faciendae minister." C. Theod. 12 t. 1.

'''CALECO''', "siue" CALICO, are. "Vnde"

'''CALECATVS''', "siue" CALICATVS, [κονιατὸς, κεκονιαμένος] "Calce dealbatus." Festus, Calicata aedificia, calce polita. Scalig. "ad h. l. e veteri inscriptione protulit" Basilicam calecandam. [...]

'''CALYDON''', onis. f. [Καλυδὼν] "Aetoliae oppidum, Oenei patris Meleagri regia, quae siluae agroque, et apro cognomen imposuit, de quibus multa apud" Ouid. Met. 8, 270 [...]

'''CALYDONIVS''', a, um. Adi. "Vt," Calydonius Heros Ouid. Met. 8, 324. [...]

'''CALYDONIS''', idis. f. [Καλυδῶνις] Ouid. Met. 8, 527 Planguntur matres Calydonides Eueninae.

'''CALYDONEVS''', [Καλυδόνειος] Manil. 5, 180. "de Atalanta," Et Calydonea pugnantem rupe puellam. "Vnde" Calydoniacam puellam "exsculpi ab aliis videas."

'''CALYMMA''', "vid." GALVMMA.

'''CALYPSO''', ûs. f. [Καλυψὼ] "Nympha, Oceani et Tethyos filia: vel, vt aliquibus placet, Atlantis." [...]

'''CALYX''', y cis. m. [κάλυξ, κάλυπτρον] "Significat Folliculum, quo primum flos, deinde semen plantarum quarundam operitur, a" [καλύπτω, "operio." [...]

'''CALYCVLVS''', i. m. Dimin. [καλύκιον] Plin. 16, 44 Quod vero in spina fullonia gignitur hypophaeston vocat: calyculis inanibus, foliis paruis.

== CAM ==

'''CAMA''', ae. f. Lectus breuis et circa terram Isidor. 20, 11. "et" Ambros. in Offic.

'''CAMACVM''', i. n. Cinnamum in Syria Plin. 12 "extr. Vid."CARYOPON.

'''CAMARA''', ae. f. Genus nauigii Gell. 10, 25. [...]

'''CAMARINA''', "vel" CAMERINA, ae. f. [καμαρίνα] "Oppidum et lacus Italiae, prouerbio nobilis" Camarinam mouere, "de quo" Seruius "in" Aen. 3, 701 [...]

'''CAMBIO''', is. [ἀμείβομαι] "Permuto." [...]

'''CAMBITAS''', atis. f. "Permutatio," ἀντικαταλλαγὴ Gloss. Gr. Lat.

'''CAMELAE''', arum. f. pl. Virgines Deae, quibus nupturae supplicare solitae, Festus: [γαμήλιαι θεαί.

'''CAMELLA''', ae. f. "Genus poculi, quo in rusticorum sacris solebant vti," Ouid. Fast. 4, 779 [...]

'''CAMELOPARDALIS''', is. f. [καμηλοπάρδαλις] "Animal est cameli proceritate, colore pantherae, maculis veluti florentibus variegatum: postremae infra aluum partes humi subsident, sicut in leonibus videmus: humeri, pedesque priores, atque item pectus, praeter caeterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix: camelo capite simile, pedibus et cruribus boui." [...]

'''CAMELVS''', i. c. [κάμηλος] "Notum animal, de quo" Plin. 8, 18 [...]

'''CAMELARIVS''', i. m. "Qui camelos agit, Camelorum agitator et ductor." [...]

'''CAMELASIA''', ae. f. "s. vt Budaeus malebat," Camelelasia, [καμηλασία, "s." [καμηλελασία] "Camelorum curatio et praefectura:" Hermogen. l. 1 [...]

'''CAMELASIVM''', i. n. [καμηλάσιον] "Volunt esse viri docti indictum nomine camelorum alendorum tributum." [...]

'''CAMELINVS''', a, um. Adi. [καμηλινὸς] Plin. 28, 9 Duleissimum ab hominis "(lacte, lac)" camelinum, efficacissimum ex asinis.

'''CAMELOPODIVM''', i. n. [καμηλοπόδιον] "Herba." Apul. de Herb. 45.

'''CAMENAE''', "vid." CAMOENAE.

'''CAMERA''', "vel" CAMARA, ae. f. [καμάρα, κύρτωμα] Tectum in curuitatem formatum, auctore Nonio 1, 126. [...]

'''CAMERARIVS''', a, um. Adi. [καμαρικὸς] ''vt,'' Cameraria cucurbita. [...]

'''CAMERO''', are. [καμαρόω] ''Camera munire.'' Plin. 10, 33 s. 50 Publicum omnium ''(auium)'' est nidos camerare ab imbri, aut fronde protegere densa. ''Hinc''

'''CAMERATVS''', a, um. Adi. ''laudatur'' Vlp. in l. 19 [...]

'''CAMERATIO''', onis. f. ''Camera.'' Spartianus in Caracall. 9 Cancelli, quibus cameratio tota concredita est. ''Compara descriptionem'' Camerae, ''quam dedimus modo'' Palladii 1, 40, 4.

'''CAMERVS''', a, um. Obtortum, ''inquit'' Nonius 1, 126 vnde et Camerae, Tecta in curuitatem formata. Virg. Georg. 3, 55 -- Et cameris hirtae sub cornibus aures. ''Sed hodie legitur'' Camuris, ''vbi vid.''

'''CAMERINA''', ''vid.'' CAMARINA.

'''CAMERINVM''', i. n. [Καμαρῖνον] ''Vmbriae vrbs, vnde cognomen Romanum.''

'''CAMERINVS''', a, um. ''vt,'' Conditum Camerinum, ''cuius loco'' absinthiatum Romanum Apicius 1, 3. Camerini ''per Antonomasian viri illustres'' Iuuen. Sat. 7, 90. ''et'' 8, 38.

'''CAMERS''', tis. pl. Camertes, [Κάμηρτες] ''Iidem, qui Camerini,'' Sil. 8, 463 [...]

'''CAMERTINVS''', a, um. ''Aliud'' Adi. [Καμηρτινὸς] ''vt,'' Cic. pro Corn. Balb. 46 [...]

'''CAMESES''', ''antiquus Italiae princeps.'' [...]

'''CAMILLVS''', i. m. ''(et'' CAMILLA, ae. f.) ''Et puerum ingenuum notabat veteribus Romanis, et Sacrorum ministrum.'' [...]

'''CAMILLVM''', i. n. "vt modo vidimus e" Festo. [...]

'''CAMINVS''', i. m. [κάμινος] "Graecum est." [...]

'''CAMINO''', are. [καμινόω] "In modum fornacis facere." Plin. 16, 6 Acerui confertis taleis recentibus luto caminantur, "i. corio ex luto in formam camini structo obducuntur, de coquendis carbonibus."

'''CAMINATVS''', a, um. "Vt," Fossura caminata Plin. 17, 11. [...]

'''CAMISIA''', ae. f. "quam" Subuculam "esse dicit" Paullus, Festi "interpolator, verbo" Supparus. [...]

'''CAMMARVS''', i. m. [κάμμαρος] "Piscis marinus, ex specie malacostracorum, hoc est, qui molliorem testam pro cute habent." [...]

'''CAMOENAE''', arum. f. pl. "quod" CAMENAE, "sine diphthongo plures scribunt Musae," quibus a Cantu inditum est nomen, "si audimus" Seruium "ad" Virg. Ecl. 3, 59 [...]

'''CAMENALIS''', e. Adi. "apud" Sidon. Ep. 3, 3 Camenales modos oratorio stilo "opponit." Auien. Phaenom. 495 Camenalem Hippocrenen "vocat."

'''CAMPAGVS''', i. m. "siue, vt potius scribendum erat," CAMPACVS, [ὁ κάμπαξ, κάμπακος] "Calceamenti magnifici nomen." [...]

'''CAMPANA''', ae. f. ὁ κώδων Onomast. vet.] "Vt vulgatum est recenti aetate nomen, in quantum magnum tintinnabulum significat, ita inauditum ea aetate, quae ad nos pertinet." [...]

'''CAMPANVLA''', ae. f. Dimin. "laudatur ex" Hieron. ad Eustoch. "Sed nihil eius inuenio."

'''CAMPANIA''', [Καμπανία] "Italiae regio, cuius caput Capua, de qua sic" Plin. 3, 5 [...]

'''CAMPANVS''', a, um. [Καμπανὸς] Virg. Aen. 10, 145 [...]

'''CAMPANI''', orum. pl. Subst. [...]

'''CAMPANICVS''', a, um. "vt," Peristromata Campanica Plaut. Pseud. 1, 2, 12. "et" Stich. 2, 3, 53. Campanicae fiscinae Cato R. R. 135, 3 "et" 153. Aratra Cat. 135, 2. Serta Id. 107, 1.

'''CAMPAS''', atis. m. "pro Campano molli et effeminato," Plaut. Trin. 2, 4, 144 Campas genus Multo Syrorum iam antidit patientia. Nonius 8, 23 legit Campans.

'''CAMPARIVS [1]''', "vid." CAMPVS.

'''CAMPE''', es. "vel" CAMPA, ae. f. [κάμπη] "A flectendo et intorquendo se dicta, Eruca, Vermiculus hortenses maxime herbas, et arborum frondes rodens." [...]

CAMPENSIS, CAMPESTER, CAMPICVRSIO, CAMPIDOCTOR, "etc. vid." CAMPVS.

'''CAMPHASVS''', "nomen equi, apud" Sil. Ital. 16, 356. "Sed meliores" Caucasus.

'''CAMPSANEMA''', atis. n. "Herba, alias ros marinus" Apul. de Herb. c. 79.

'''CAMPSO''', are. "Vid."CAMBIO.

'''CAMPSOR''', oris. m. "vulgo vocatur Collybista atque Trapezita, siue Numularius. Vid." Alciat. Parerg. 1, 46.

'''CAMPTAVLAE''', "apud" Vopiscum in Carino c. 19 "leguntur, et sic forte dici queant, qui flexili tibiarum vtuntur cantu: Turnebus malebat" Ascaulas; Cerataulas "Salmasius."

'''CAMPTER''', eris. m. [καμπτὴρ] "Flexus circa metam in circo, vel meta ipsa." Extremum intra campterem Pacuu. "ap." Non. 1, 328. "Add." Pollux 3, 30 s. 147.

'''CAMPVS''', i. m. [πεδίον, δάπεδον, ἁλωὰ] "Locum planum significat, speciatim cultum, quod docet" Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 7 [...]

'''CAMPESTER''', "et" CAMPESTRIS, e. [πεδινὸς] "Quod ad campos attinet, vel campis constat, vel in campo adhibetur, etc. Vt," Locus campestris Caes. Bell. Gall. 7, 72. [...]

'''CAMPESTRE''', is. n. [περίζωμα] "Succinctorium, quo in gymnasiis et palaestris, hoc est, in campis vtebantur." [...]

'''CAMPESTRATVS''', a, um. "Quis dicatur, ex modo datis Augustini verbis liquet."

'''CAMPENSIS''', "Isidis epitheton." [...]

'''CAMPICELLVS''', i. n. Dimin. "apud" Innocent. de Casis "inter Auctores rei agrariae Goesii p. 222."

'''CAMPANEVS''', a, um, "et" CAMPANIVS, a, um. "Idem ac Campestris." [...]

'''CAMPARIVS [2]''', i. m. [ἀγροφύλαξ, Gloss. "Custos exercitorue camporum."

'''CAMPICVRSIO''', onis. f. "Exercitatio militaris, quae currendo fiebat." Campicursionem, vt ipsi appellant, assidue faciant. Veget. 3, 4. "Conf." 2, 22.

'''CAMPIDOCTOR''', oris. m. [ὁπλοδιδακτὴς, ὁπλοδιδάσκαλος, Vet. Gloss.] "Qui tirones in campo exercet, armorum vsum docens, siue armaturam." [...]

'''CAMPIGENVS''', i. m. "quasi In campo natus." Veget. 2, 7 Campigeni, hoc est antesignani, ideo sic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitii genus crescit in campo.

'''CAMVM''', i. n. "Potionis genus apud" Vlpian. in l. 9 D. de tritic. vin. et oleo leg. "quod ait Cuiacius ad h. l. fieri ex hordeo et aliis frugibus simul coctis puta, vel lupulis, vel arbutis, vel sorbis."

'''CAMVRVS''', a, um. Adi. καμπύλος] Festus, Camura, et camuri boues, a curuatione, ex Graeco [καμπὴ dicuntur. [...]

'''CAMVS''', i. m. [κῆμος] "Genus vinculi, quo collum innectitur." [...]

== CAN ==

'''CANA''', [κᾶνα] dicunt Graeci, nos Canistra, et per diminutionem Canistella. Festus.

'''CANABVLA''', orum. n. "et" CANABVLAE, arum. f. pl. "Loca videntur inculta et aspera, quum et" Nouercae "dicantur." [...]

'''CANACE''', es. f. [Κανάκη] "Aeoli filia, soror et amica Macarei, ad quem scriptam epistolam illius fingit" Ouidius "inter" Heroidas vndecimam.

'''CANACHENVS''', i. m. "Furem astutum significare videtur apud" Arnob. 6 p. 208 [...]

'''CANACHVS''', i. m. [Καναχὸς] "Insignis statuarius," Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur in Didymaeo, Aeginetica aeris temperatura fecit: ceruumque vna ita vestigiis suspendit, vt linum subter pedes trahatur, alterno morsu digitis calceque retinentibus solum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus, vt a repulsu per vices resiliat. [...]

'''CANALIS''', is. m. "et" f. [σωλὴν] "Cauum quiddam et oblongum, quod transitum humori praebeat." [...]

'''CANALICVLVS''', i. m. Dimin. [σωλήνιον] Columel. 8, 10 [...]

'''CANALICVLA''', ae. f. "Idem." [σωληνίδιον] Varro R. R. 3, 5, 14 [...]

'''CANALICVLATVS''', a, um. Adi. [σωληνοειδὴς] "In modum canalis factus, vel, qui canalis canaliumue formam habet." [...]

'''CANALICIVS''', a, um. "et" CANALIENSIS, e. Adi. "vt," Plin. 33, 4 s. 21 [...]

'''CANALICOLA''', ae. c. [ἀργοραῖος] Festus: Canalicolae forenses, Homines pauperes dicti, quod circa canalem fori consisterent. [...]

'''CANARIA''', ae. f. "Herba." Plin. 25, 8 [...]

'''CANARIVS [1]''', "vid." CANIS.

'''CANASTER [1]''', "vid." CANVS.

'''CANATA''', "pro pulpa et carne canis marini, eiusque salsamento laudatur ex" Plauto "apud" Fest. "Vid." NARICA. "Sed mera est hariolatio. Locum ponimus in" NARICA.

'''CANCELLVS''', i. m. "deminutum esse ex" Cancer, "non habet dubium." [...]

'''CANCELLI''', orum. m. pl. [κιγκλίδες, δρύφακτοι] "Sepimenti genus, vel ex baculis (quasi pedibus" cancrorum) "iuxta se positis, aut cratis in morem decussatim iunctis constans, vel certe ita factum, vt prospectum et liberum aerem vel humorem admittat, excludat corpora solida et maiora." [...]

'''CANCELLARIVS''' A CANCELLIS, [ὁ ἐπὶ κιγκλίδων] "Humilis primo ministerii nomen fuit, neque hoc satis antiquum." [...]

'''CANCELLO''', are. "Cancellis obstruere et impedire." [...]

'''CANCELLATVS''', a, um. "in formam cancellorum factus, decussatus, vt," Cutis elephantorum cancellata Plin. 8, 10. [...]

'''CANCELLATIM''', Adu. "Ad speciem cancellorum." [...]

'''CANCELLATIO''', onis. f. "Limitatio agrorum." Siculus Flaccus p. 16 Vna res metatio, limitatio, cancellatio. Frontinus p. 109 Ager Sestertianus assignatus in cancellatione, terminis maritimis.

'''CANCER [1]''', cri. m. [καρκῖνος] "Genus piscis, crusta tecti, quod a Graecis, ideo inter Ostracoderma numeratur." [...]

'''CANCER [2]''', eris. m. "pro Signo caelesti" Lucret. 5, 616 [...]

'''CANCERO''', are. Plin. Valer. 1, 10 Si intrinsecus cancerauerit auris. "It." Vulnera cancerauerint Apul. de Herb. 36. "i. in cancri naturam transierint."

'''CANCERATICVS''', a, um. Adi. "Vt," Foetor canceraticus Veget. 2, 43 "qualis esse solet in membris cancro corruptis."

'''CANCEROMA''', atis. n. "Cancer, vlcus." [καρκίνωμα] Cels. 5, 28, 2 Canceromata quae in naribus nascuntur. Apul. de Herb. 19, 7. "conf." 31, 3.

'''CANCROMA''', atis. n. "Idem." Saluian. adu. Auarit. 1 p. 232 [...]

'''CANCHREMA''', atis. n. "Cancer, morbus." [...]

'''CANCEROSVS''', "vel" CANCROSVS, a, um. Adi. Sarisb. 3, 6 Serpit morbus cancerosus in omnes. Vulnera cancrosa Sext. Placit. c. 11.

'''CANDACVS''', a, um. Adi. "i. e. Suauis." Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 30 "Inter verba" a Poetis reliqua, Candacus suauis: tametsi a magistris accepimus mansuetum.

'''CANDEFACIO [1]''', "vid." CANDEO.

'''CANDELA''', ae. f. [κηρὸς] "a Candore luminis." [...]

'''CANDELABRVM''', i. n. [λυχνίον, κηροπίγιον] "Dicitur," quod in eo candelae figantur, "auctore" Festo. [...]

'''CANDELABRVS''', "vel" CANDELABER, i. m. "Antiquis." Caecil. Meretrice, Memini ibi candelabrum ligneum ardentem. [...]

'''CANDEO''', ui, ere. [λευκαίνομαι] "Est proprie Candidum esse." [...]

'''CANDENTIA''', ae. f. ''Candor. Vt,'' Lunae candentia Vitruu. 9, 4.

'''CANDESCO''', ere. [πυρακτοῦμαι] ''Ignescere.'' [...]

'''CANDOR [1]''', oris. m. [καῦσις] ''Aestus vehementior.'' [...]

'''CANDEFACIO [2]''', ere. [λευκαίνω] ''Candidum facere.'' Plaut. Most. 1, 3, 102 Vna opera ebur atramento candefacere postules ''in stultum, proposito suo agentem contraria.''

'''CANDEFIO''', eri. Plin. 33, 3 Marmori et iis, quae candefieri non possunt illinitur.

'''CANDEFACTVS''', a, um. ''Ignitus. Vt,'' Lapides candefacti Plin. 34, 8. ''Conf.'' 25, 10.

'''CANDICO''', are. [ὑπολευκαίνομαι] ''Candidum esse.'' [...]

'''CANDICANTIA''', ae. f. [λευκόχροια] Plin. 37, 13 [...]

'''CANDIDO [1]''', ''vid.'' CANDIDVS.

'''CANDIDVS''', a, um. [λευκὸς, ἀργὸς, ἄργετος] ''Albus. Sed, vt ait'' Seru. in Georg. 3, 82 [...]

'''CANDIDE''', Adu. [ἀφθόνως] "Nominis rationem sequitur." [...]

'''CANDIDVLVS''', a, um. Dimin. "Vt," Cic. Tusc. 5, 46 c. 16 Candiduli dentes, venusti oculi, color suauis. Grex Prud. Cath. 3, 157.

'''CANDIDVLE''', Adu. "Idem." Arnob. 2 p. 50 Qui sermonem candidule promsit.

'''CANDIDO [2]''', are. [ἐκλευκαίνω] "Candidum facere." [...]

'''CANDIDATVS [1]''', a, um. Adi. [λευκαντὸς] "Candida veste indutus." [...]

'''CANDIDATVS [2]''', i. m. Subst. "Qui magistratum petebat, a Toga candida, quod gestamen erat petitorum, vt modo indicatum est in" CANDIDA Toga. [...]

'''CANDIDATORIVS''', a, um, Adi. [λευχειμονικὸς] "Quod candidatum decet." Cic. Att. 1, 1 Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.

'''CANDIFICO''', are. "Candidum facere." Naeuius, Poliens sese, et succis herbarum candificans cutem. Lapides candificare Augustin. Ciu. Dei, 21, 7.

'''CANDIFICVS''', a, um. Apul. Apol. p. 277 Puluisculus candificus, "de dentifricio."

'''CANDETVM''', i. n. Galli appellant in areis vrbanis, spatium centum pedum, quasi Centetum: in agrestibus autem, pedum centum quinquaginta quadratorum, iustum candetum vocant. [...]

'''CANDOR [2]''', "vid." CANDEO.

'''CANDOSOCCVS''', i. m. "Genus propagandi vites: de quo" Colum. 5, 5, 16 [...]

'''CANDYS''', yos. m. [ὁ κάνδυς] "Insigne regium Persarum, de quo copiosissime Spanbem. de Vsu et Praest. Num. diss." 8 p. 454 "et seq." Curtius Amiculum "vocat, vbi vid."

'''CANENS [1]''', entis. f. "Nympha fuit Iani et Veniliae filia, canendi arte praestans, Pici Laurentum regis vxor, quae, quum virum a Circe in auem mutatum, supra modum lugeret, extabuit, et loco ad ripam Tiberis, vbi haec contigerunt, nomen suum reliquit." [...]

'''CANENTAE''', arum. f. Capitis ornamenta veteres dixere. Festus. "Alii" Canautas "legunt: alii suspicantur" carentae, "a" [κάρηνον, "caput."

'''CANEO [1]''', "vid." CANVS.

'''CANEPHORA''', ae. f. "melius" CANEPHOROS, [κανηφόρος] "Cistifera" Canephora Mulier appellatur, quae fert canum, id est qualum, quod est cistae genus. [...]

'''CANESCO [1]''', "vid." CANVS.

'''CANGRAENA''', "vid." GANGRAENA.

'''CANI [1]''', orum. "vid." CANVS.

'''CANIA''', ae. f. "Vrticae siluestris genus." Plin. 21, 15 Et in siluestri quae dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

'''CANICAE''', arum. f. [πίτυρα] Furfures de farre, a cibo canum vocitatae. [...]

'''CANICVLA [1]''', "vid." CANIS.

'''CANIDIA''', [Κανίδια] "Ab Horatio vocatur, quae proprio nomine erat" Gratidia, Neapolitana vnguentaria, "quam semper vt veneficam carpit, vt" Serm. 1, 8, 24 "docet" Vet. Schol. ad Epod. 3, 8.

'''CANINIVS''', [Κανίνιος] "Familiae Romanae nomen, Prouerbii rationem habet." [...]

'''CANINVS [1]''', "vid." CANIS.

'''CANIS''', is. c. [κύων] "Latrans animal: dicitur a" Canendo, "Si audimus" Varronem de L. L. 4, 19 p. 26, 6 [...]

'''CANICVLA [2]''', ae. Dimin. [κυνάριον] "De sidere," Cic. de Nat. Deor. 3, 26 [...]

'''CANICVLARIS''', e. Adi. ''Vt,'' Dies Caniculares. [...]

'''CANICVLATVS''', a, um. ''Aliud'' Adi. ''vt,'' Herba caniculata Macer 2, 35. Vua caniculata Marc. Empir. cap. 13.

'''CANINVS [2]''', a, um. Adi. [κύνειος] ''Quod est canis s. de cane, vt,'' Canina pellis Scribon. [...]

'''CANARIVS [2]''', a, um. Adi. ''vt,'' Canarium sacrificium, Quod fiebat pro frugibus deprecandae saeuitiae causa sideris Caniculae. [...]

'''CANATIM''', Adu. [κυνηδὸν] ''Obsoletum, apud'' Nigidium grammaticum Nonio 1, 190. ''qui interpretatur,'' canum genere.

'''CANIFORMIS''', e. Adi. Prudent. Apoth. v. 195 Quae caniformem Latrantemque throno caeli proponat Anubem? ''Vtitur etiam de eodem'' Gallus Confessor Serm. c. 5.

'''CANISTRVM''', i. n. [κάναστρον] '' Dimin. a'' Cana, ''v. v. Fiscella, cista viminea.'' [...]

'''CANISTER''', tri. m. ''Idem. Sic'' Salignis canistros fieri debere virgultis, ''praecipit'' Palladius Nouembr. 17, 1.

'''CANISTELLVM''', i. n. Dimin. in Gloss. Cyrilli. Et Symmach. Epist. 2, 81 Amicos canistellis argenteis honoraui. adde Epist. 7, 76. ''et'' Fest. ''in'' CANA.

'''CANITIES [1]''', CANITVDO, ''vid.'' CANVS.

'''CANNA''', ae. f. [κάννα, δόναξ] Calamus: ''quo in nomine discrimen qualecumque inter'' Calamum, Arundinem, Cannam ''indicauimus, et illud non esse constans fassi sumus.'' [...]

'''CANNVLA''', ae. f. Dimin. "Vt," Parua casula cannulis temere contecta Apul. Met. 4 p. 145. [...]

'''CANNEVS''', a, um. Adi. [καλάμινος] Columel. 12, 50, 8 [...]

'''CANNETVM''', i. n. [τὰ καλαμώδη] "Locus, vbi cannae consitae sunt." Palladius Febr. 23, 1 Lilieta, canneta ponenda sunt.

'''CANNICIAE''', arum. f. pl. "Locus cannis obsitus." Innocent. edit. Goesii p. 225 Sub se cannicias et res palustres habet.

'''CANNICIVS''', a, um. Adi. "Titulus est apud" Palladium 1, 13 [...]

'''CANNAE''', arum. "tantum pl." [Κάνναι] "Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus, de qua multa Liuius" 22, 47 [...]

'''CANNENSIS''', e. Adi. "Vt," Calamitas Cannensis Cic. de Clar. Orat. 12. [...]

'''CANNABIS''', is. f. [κάνναβος] "Herba est, ex cuius cortice funes intorquentur: et ponitur tam pro ipsa herba, quam pro semine." Plin. 19, 9 [...]

'''CANNABVM''', i. n. "Dixit" Palladius Febr. c. 5 Hoc tempore cannabum seris. "Add." Mart. 5 "et ipse" Varr. "ap." Gell. 17, 3.

'''CANNABINVS''', a, um. Adi. [καννάβινος] "Quod est ex cannabe. vt," Columel. 6, 2, 3 [...]

'''CANNABIVS''', a, um. "Idem, apud" Gratium Cyneget. 2, 47 At pauper rigui custos Alabandicus horti Cannabias nutrit siluas, "etc."

'''CANNABETVM''', i. n. "Locus cannabe consitus." Vet. Inscriptio apud Gruter. p. 896, 14 VSQ. AD CANNABETVM HVIC AREAE CEDET.

'''CANO''', cecini, cantum, ere. [ᾄδω, ψάλλω, κρέκω.] "Est Voce modulari, et non hominibus modo tribuitur, sed in primis etiam auium generi, et instrumentis omnibus musicis." [...]

'''CANTIO''', onis. f. [μέλος, ἐπῳδὴ] "Idem quod Cantus." Plaut. Sticho 5, 5, 19 [...]

'''CANTIVNCVLA''', ae. f. [ᾀσμάτιον] " Dimin. a Cantio." Cic. de Fin. 5, 49 c. 18 Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus tenetur.

'''CANOR''', oris. m. [μελωδία, λιγυφωνία] "Cantus, vel sonus a canente excitatus." [...]

'''CANORVS''', a, um. Adi. [λιγύφωνος, ᾠδικὸς, λιγύφθογγος] "Vt Sonorus, quod canendi facultatem actiuam vel passiuam habet. Substantiue" Cic. de Senect. 28 [...]

'''CANORE''', Adu. "Idem." Apul. Doctr. Plat. p. 6 Musice mundus et canore mouetur.

'''CANAX''', acis. Adi. "Hinc"

'''CANACIVS''', Adu. "i. e. Sonorius." Apul. Florid. 3 p. 357, 4 Canacius et plenius libro mandabo gratias, vti per omnes prouincias eat, totoque ab hinc orbe -- laudes benefacti tui -- repraesentet.

'''CANTICO''', are. Quae dulce canticant aues melleis modulis suaue resonantes Apul. Met. 6. "Elmenhorst." p. 175 "legit" cantitant. "vid. eius Emendatt."

'''CANTICVS''', a, um. "Vt," Ita delinimentis canticis occupatur anima, vt nullum sit tam immite tam asperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu Macrob. Somn. Scip. 2, 3.

'''CANTICVM''', i. n. [ἆσμα] "Proprie significat elegantem cantum, atque lasciuum." [...]

'''CANTICVLVM''', i. n. Dimin. Septimius Afer "apud" Terentianum p. 2427 [...]

'''CANTILENA''', ae. f. [μολπὴ] "Canticum, Sed contemtum, certe multo vsu tritum, et notum omnibus, vnde ad alias quoque formulas, et vel concepta verba, vel certe frequenter vsurpata transfertur." [...]

'''CANTILENOSVS''', a, um. "Metricus, ad musicam compositus." Sidon. Epist. 3 "vlt." Poetarum stilo cantilenosae nugae. "et" 4, 1 Si quid Lyricus cantilenosum condidit.

'''CANTOR''', oris. m. [ἀοιδὸς, μουσουργὸς, μελοποιὸς, ψάλτης] "Qui cantus exercet. Antiquis plerumque iidem Poetae." Prop. 2. 18, 19 [...]

'''CANTRIX''', icis. f. Plaut. Trin. 2, 1, 23 Cantrices, cistellatrices, nuncii, "etc." Aues cantrices Varro de R. R. 3, 5, 15. Monstrosae fabulosaeque cantrices Sirenes Tertull. adu. Marc. 3, 5.

'''CANTVS''', ûs. m. [ᾆσμα, ᾠδὴ, μέλος, ψαλμὸς] "Vel canendi actus, vel id ipsum, quod canitur, aut potest cani: aeque autem late patet ac verbum" Canere. [...]

'''CANTVLVS''', i. m. Dimin. "Si sanus sit" Firmic. 3, 12 In quarto loco Mercurius et Saturnus ab horoscopo partiliter constituti, ex invento cantuli, et organi, facient magistros.

'''CANTO''', are. Frequent. [ᾄδω, μέλπω, ψάλλω, μελίζω, μελῳδέω] "Sed quod ad articulatae vocis modulationem proprie videtur referri." [...]

'''CANTATVS [1]''', a, um. Partic. [ᾀσθεὶς, ἐπᾳσθεὶς] Stat. Silu. 1, 2, 197

'''CANTATVS [2]''', ûs. m. "Cantio." Alcimus Auitus 5, 157 Ranarum foedis texit cantatibus vrbes.

'''CANTATIO''', onis. f. "Idem. vt," Animum permulcere cantationibus Apul. Met. 2 p. 125. Suauem et lepidam cantationem accipere Plaut. Stich. 5, 5, 19.

'''CANTAMEN''', inis. n. [ἐπῳδὴ] "Pro Incantatione" Propert. 4, 4, 51 O vtinam magicae nossem cantamina Musae. Magicum Prud. adu. Symm. 2, 176. Natiua cantamina artis magicae Apul. Met. 2 p. 114.

'''CANTATOR''', oris. m. [μουσουργὸς, ἀοιδὸς, ψάλτης] "Qui cantat." Martial. 13, 77 [...]

'''CANTATRIX''', icis. f. et Adi. "Vt," Auis cantatrix Varro de R. R. 3, 5. [...]

'''CANTABILIS''', e. [ἀοίδιμος] "Cantatu dignus" Vulg. Interpr. Ps. 118, 54.

'''CANTABVNDVS''', a, um. "Cantans, cantillans vt," Gallus cantabundus Gell. 9, 13. "Conf." Petron. 62.

'''CANTITO''', are. [τερετίζω] "Frequent. a Canto." Ter. Adel. 4, 7, 32 [...]

'''CANTILLO''', are. "Submisse canere. Vt," Clamore ludunt, strepitu cantillant Apul. Met. 4 p. 146. Orpheus in solitudine cantillauit Idem Florid. 3. p. 358.

'''CANTVRIO''', ire. Canturit, ψιθυρίζει Gloss. Cyrill. "Est itaque idem, quod cantillare." [...]

'''CANOBVS''', "Nauis Menelai gubernator, quo tempore Menelaus ipse in Aegyptum perrexit: de quo infra in dictione" CANOPVS.

'''CANON''', onis. m. [κανὼν, κανόνος] "Regula, ad quam alia diriguntur examinanturque." [...]

'''CANONICVS''', a, um. Adi. [κανονικὸς] "Regularis ad verbum dicitur." [...]

'''CANONICARII''', orum. "ICtis sunt, Qui principis nomine ac mandato canonem exigebant," Leg. 9. Cod. de exact. tribut.

'''CANOPVS''', "siue" CANOBVS, "(quam varietatem iam notauit" Quinct. 1, 5, 13) [...]

'''CANOPICVS''', "et" CANOBICVS, a, um. "Vt," Ostium Nili Canopicum Plin. 5, 10.

'''CANOPITANVS''', a, um. Adi. Solinus 44 Quod ab Atlante ad vsque Canopitanum ostium panditur.

'''CANTABER''', bri. m. [Κάνταβρος] "Populus in Hispania Tarraconensi ad Oceanum, quos ante Augustum nemo subegerat, quod videtur innuere" Hor. Carm. 2, 6, 2 [...]

'''CANTABRICVS''', a, um. Adi. [Κανταβρικὸς] "Vt," Hor. Epist. 1, 18, 55 [...]

'''CANTABRVM''', i. n. [πίτυρα] "Furfur triticeus aut hordeaceus, quod primum docuit" Turn. 15, 16. [...]

'''CANTABRARII''', l. 2 C. Theod. de Collegiatis "dum" signiferis "coniunguntur."

'''CANTABRICA''', ae. f. [κανταβρικὴ] Herba est vbique nascens, caule iunceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, velut calathi: in his semen perquam minutum. [...]

CANTATOR, CANTATRIX, CANTATIO, "vid." CANO.

'''CANTERIVS''', "vid." CANTHERIVS.

'''CANTHARIAS''', ae. m. "Gemmae species, quae" scarabaeorum effigiem habet: "quippe Graeci" [κανθάρους, "vocant scarabaeos." Plin. 37, 11 s. 72. [...]

'''CANTHARIS''', idis. "vel" CANTHARIDA, ae. [κανθαρὶς] "Vermis viridis, in summitate ramorum fraxini et oliuae nascens: cuius succus in venas ingressus, vt venenum interimit: et humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit."

'''CANTHARITES''', ae. "Vini transmarini genus" Plin. 14, 7.

'''CANTHAROLETHROS''', i. m. [Κανθαρόλεθρος] Locus in Thracia iuxta Olynthum paruus, "a Canthari exitio dictus, quod ibi ex omni animalium genere solus" exanimatur cantharus Plin. 11, 28 s. 34.

'''CANTHARVS''', i. m. [κάνθαρος] "Poculum, quo vsus est pater Liber." Plin. 33, 11 [...]

'''CANTHARVLVS''', i. m. Dimin. "Legunt quidam apud" Arnob. 6 p. 209 "vnde nos paullo ante excitauimus" pendentem in Liberi dextra potorium cantharum.

'''CANTHERIVS''', "s." CANTERIVS, "auctoritate fere pari," i. m. "Equus castratus." [...]

'''CANTHERIOLVS''', i. m. Dimin. "Pro paruo pedamento." [...]

'''CANTHERINVS''', a, um. Adi. Plaut. Men. 2, 3, 44. [...]

'''CANTERIATVS''', a, um. Adi. "Quod canteriis subnixum est." Columel. 5, 4, 1 Deinde quae pedaminibus adnixae singulis iugis imponuntur, eas rustici canteriatas appellant.

'''CANTHVS''', i. m. [κάνθος] "Ferrum, quo rotae peripheria, absides, extremitates, vinciuntur: seu potius lignea illa rotae extremitas, ex multis partibus curuis et velut arcubus compacta." [...]

CANTICVM, CANTILENA, CANTIO, CANTITO, CANTIVNCVLA, CANTILLO, CANTO, CANTOR, CANTVRIO, CANTVS, "vid." CANO.

'''CANVS''', a, um. Adi. [πολιὸς, λευκάνθης] "Cui candent siue albent capilli prae senectute." [...]

'''CANI [2]''', orum. m. tantum pl. "Substantiue" [αἱ πολιαὶ] "Capilli albi in capitibus senum." [...]

'''CANOSVS''', a, um. "Idem quod Canus, vt," Mihi eo tempore credita (illa legio) est, quo et me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit Vopiscus in Probo 5.

'''CANVTVS''', a, um. "Idem." Gloss. Gr. Lat. [πολιὸς, canus, canutus.

'''CANASTER [2]''', tri. m. Gloss. Gr. Lat. [μιξοπόλιος, canaster.

'''CANEO [2]''', ui, ere. [πολιῶμαι] "Canum esse et album." [...]

'''CANENS [2]''', Partic. [πολιῶν] Valer. Argon. 6, 122 [...]

'''CANESCO [2]''', ere. [πολιόω] "Canum fieri, et Senescere, ac Deflorescere." [...]

'''CANITIES [2]''', ei. f. [πολιότης, πολιὰ] "Color capillorum, ipsumque adeo capillitium, hominis cani, vel etiam ipsa senectus." [...]

'''CANITVDO''', inis. f. [πολιότης] "Canities." Plaut. Fragm. 2, 7 [...]

'''CANVSIVM''', i. n. [Κανύσιον] "Vrbs est Apuliae maxima, quam praeterfluit Aufidus amnis. Vid." Plin. 3, 11. [...]

'''CANVSINVS''', a, um. Adi. [Κανύσιος, Κανυσίτης] "Incola Canusii." [...]

'''CANVSINATVS''', i. m. [Κανυσίωτος] "Canusina veste indutus." [...]

== CAP ==

'''CAPANEVS [1]''', i. m. "trium syllabarum," [Καπανεὺς] "Maritus Euadnes, vnus e septem ducibus, qui Thebas obsederunt." [...]

'''CAPANEVS [2]''', a, um. Adi. [Καπανεῖος] "Vt," Stat. Theb. 8, 661 Capaneaque pinus Iam procul Aoniis volet agnoscenda cateruis. Pectora Capanea Idem 12, 764.

'''CAPANEIVS''', a, um. [Καπανήϊος] "Aliud" Adi. "vt," Stat. Theb. 12, 545 Ausa ante alias Capaneia coniux, "etc."

'''CAPAX [1]''', "vid." CAPIO.

'''CAPEDO''', inis. f. "Vas erat sacrificiis aptum." Cic. in Parad. 1, 3 [...]

'''CAPEDVNCVLA''', ae. f. Dimin. Cic. de Natur. Deor. 3, 43 c. 17 [...]

'''CAPENA''', "Porta Romae, a" Capena "vrbe, quo ducebat."

'''CAPENAS''', atis. m. "Fluuius, qui Feroniam praeterlabitur" Sil. 13, 85.

'''CAPENVS''', a, um. Adi. "Vt," Luci Capeni Virg. Aen. 7, 697.

'''CAPER''', pri. m. [τράγος] "Quod" Isidor. 12, 1 [...]

'''CAPRA''', ae. f. [αἶξ] "Femina Capri." Plin. 8, 50 [...]

'''CAPRAGO [1]''', inis. f. "Herba," tithymalli species Apul. de Herb. cap. 108.

'''CAPREIDA''', ae. f. "Planta." Cato R. R. 122 Capreidam vel iuniperum contundito in pila. "Popma esse ait Caprifolium, siue Periclymenon."

'''CAPELLA''', ae. f. Dimin. [χίμαρος] "quo pro" Capra "vtuntur." [...]

'''CAPELLIANVS''', a, um. "Vt," Rutae folium capellianae. "i. Caprariae, quam capreae sectentur." Martial. 11, 32.

'''CAPRARIVS''', i. m. [αἰπόλος] "Custos, et pastor exercitorque caprarum." [...]

'''CAPRASIA''', ae. f. Insula, propter Italiam, a capris dicta, "ap." Varron. de R. R. 2, 3, 3. "Vid." Rutil. Itin. 1, 439.

'''CAPREA''', [αἴγαγρος, δορκὰς] "dicta, quod quandam caprae similitudinem habeat." [...]

'''CAPREOLVS''', i. m. Dimin. [δορκάδιον] "Animal siluestre, caprea parua." [...]

'''CAPREOLATIM''', Adu. "Quod Elmenhorstius" Implicate "interpretatur." [...]

'''CAPRAGO [2]''', inis, "quid rei sit, disputandi occasionem praebet" Macrob. [...]

'''CAPRALIA''', appellatur Ager, qui vulgo Ad caprae paludes diei solet. Festus.

'''CAPRICORNVS [1]''', CAPRIFICVS, "etc. vid. infra s. l."

'''CAPRIGENVS [1]''', a, um. Adi. [αἰγογενὴς] "Quod ex caprarum genere est." Plaut. Epid. 1, 1, 16 [...]

'''CAPRILE''', is. n. [αἰγὼν] "Stabulum caprarum." [...]

'''CAPRIPES''', edis. "Qui pedes caprinos habet." Propert. 3, 16, 34 Capripedes calamo Panes hiante canent. Satyri capripedes Lucret. 4, 584. Hor. Od. 2, 19, 4.

'''CAPRINVS [1]''', a, um. Adi. [αἴγειος] "Vt," Genus caprinum quibusdam modo DIs oblatum Varr. de R. R. 1, 2, 19. [...]

'''CAPRISSO''', are. "Caprinam vocem imitari." Accius "(vt videtur Scaligero)" in Fab. Aesop. 29 Sta procul, hoedus ait, caprissas gutture falso.

'''CAPRVGINEVS [1]''', "et" CAPRVGNVS, a, um. "Vt," Aprugnus. [...]

'''CAPERLATA''', "Possessionis cuiusdam nomen proprium, cuius meminit" Modestinus in l. Aurelio. D. de liberat. legat. "vbi Alciatus" cum prolatis "mendose legit, teste" A. August. Emendat. 3, 7.

'''CAPERO''', are. [ῥυσσόω] Caperare frontem, "h. e. Frontem" rugis "contrahere, et asperitatem vultus ostendere: quod" a caprae fronte "deriuat" Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 27 [...]

'''CAPERATVS''', a, um. Apul. Met. 9 p. 224 Insuauis et odiosi mariti caperatum supercilium perhorrescit. Non. 1, 27 "ex" Varrone, Quin mihi caperatam tuam frontem omittis.

'''CAPESSO [1]''', "vid." CAPIO.

'''CAPHAREVS [1]''', ei. m. "trisyll." [Καφηρεὺς] "Euboeae promontorium versus Hellespontem: apud quod plurimum Graecorum classis afflicta est, propter Palamedis necem." [...]

'''CAPHAREVS [2]''', a, um. Adi. [Καφήριος] "Vt," Propert. 3, 6, 39 Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga quum vasto Graecia tracta salo est.

'''CAPHISTERIVM''', "vid." CAPISTERIVM.

'''CAPIDVLVM''', i. n. Genus vestimenti, quo caput tegebatur Festus "et" Gloss.

'''CAPILLVS''', i. m. [θρὶξ, φόβη, πλόκαμος] "Quasi capitis pilus: quamuis et pro Omni pilo ponatur." [...]

'''CAPILLVLVS''', i. m. Diminut. Lyricum, "quod vulgo" Corn. Gallo "tributum fuit:" Pande puella, pande capillulos Flauos lucentes, vt aurum nitidum, "etc."

'''CAPILLACEVS''', a, um. [τριχοειδὴς] Plin. 12, 25 Balsamum tenui et capillacea coma, quod vocant eutheriston. Folium Id. 13, 25.

'''CAPILLO''', are. [τριχόω] Plin. 37, 11 "de gemmis," quae a membris hominum cognominantur; Polythrix, "inquit," in viridi capillatur, "h. e. Capillos habere videtur."

'''CAPILLATVS''', a, um. Adi. [τριχωτὸς] "Qui crines longiores habet." [...]

'''CAPILLATIO''', onis. f. "Capillus prolixior." Paullinus Nolan. Epist. 23, 23 [...]

'''CAPILLATVRA''', ae. f. "Crinium plexus. vt," Manente capillatura Cael. Aurel. Acut. 2, 9. [...]

'''CAPILLAGO''', inis. f. "Capillus, vt," Pro cerebri vbertate vel affluit capillago, vel deserit Tertull. de Anima 51.

'''CAPILLAMENTVM''', i. n. [τρίχωμα] "Ipsi capitis capilli." Plin. 21, 6 [...]

'''CAPILLITIVM''', i. n. "Idem quod Capillamentum" [κόμη] "Sic enim a" Capillo, Capillitium "dicitur, vt a" Famulo, Famulitium; "a" Satellite, Satellitium. [...]

'''CAPILLARIS''', e. Adi. [τριχεῖος] "Substantiue, siue intellecto" vnguento Martial. [...]

'''CAPILLOSVS''', a, um. "vt," Sedimen capillosum Cael. Aurel. 5, 4.

'''CAPIO [1]''', cepi, captum, ere. [λαμβάνω, αἱρέω, ἁλίσκω, δέχομαι, χειρόω] "Latissimae, sed notae et simplicis significationis est, et tum ad manum et ea, quae tangi possunt, refertur, tum ad animum: sumere, prehendere, in potestatem suam redigere, idque vel vi, vel blanditiis, vel fraude, etc." Ter. Eun. 3, 5, 47 [...]

'''CAPTVS [1]''', a, um. Partic. [ληφθεὶς] "vt," Interclusus et captus Cic. Art. 10, 4. [...]

'''CAPTVRVS''', a, um. Partic. [ληφόμενος] Cic. de Amicit. 79 c. 21 [...]

'''CAPTVS [2]''', ûs. m. [κατάληψις] "Capiendi facultas vel actus." [...]

'''CAPTVRA''', ae. f. [ἄγρα] "Idem quod" Captio. Plin. 19, 1 [...]

'''CAPIO [2]''', onis. "Vid." Vsucapio in VTOR. "Nimirum" Capio, "pro" Captio "dicitur in duobus vocabulis" Vsucapio "et" Pignoriscapio Gell. 7, 10 [...]

'''CAPTIO''', onis. f. [λῆψις, λῆμμα] "Actus capiendi, in primis quatenus" capere "est decipere, astu superare." [...]

'''CAPTIVNCVLA''', ae. f. Dimin. [ἀπάτιον] Cic. Att. 15, 7 [...]

'''CAPTENSVLA''', ae. f. "Idem. Vt," Illigantes captensulae, "i. Sophismata" Mart. Capell. l. 4 p. 135. [...]

'''CAPTIOSVS''', a, um. Adi. [ἀπατηλὸς, σοφιστικὸς] "Captionibus siue deceptionibus plenus." [...]

'''CAPTIOSE''', Adu. [ἀπατηλῶς] Cic. Acad. 4, 94 c. 29 Sic me, inquit, ante sustineo, nec diutius captiose interroganti respondeo.

'''CAPTIVVS''', a, um. Adi. [αἰχμάλωτος, δορύληττος] "Captus, qui sui iuris non est, sed in potestatem alterius redactus." [...]

'''CAPTIVITAS''', atis. f. [αἰχμαλωσία] "Conditio hominis captiui." Tacit. Ann. 4, 25 [...]

'''CAPTIVO''', are. "Captiuum ducere" Gloss. αἰχμαλωτίζομαι Captivor. Captiuandi cupiditas August. Ciu. Dei 11. "Et" Vulg. Interpr. Rom. 7, 23. "Hinc"

'''CAPTIVATOR''', oris. m. Gloss. Gr. Lat. αἰχμαλωτιστὴς Captivator. "Et" August. Epist. 199 Captiuatores tuos et depraedatores.

'''CAPTRIX''', icis. f. "vt," Clysteres, virium captrices, "Vox Asclepiadis apud" Cael. Aurel. Acut. 2, 39. "Minui et carpi ab illis vires, voluit indicare."

'''CAPTATELA''', ae. f. "Acceptio, receptio, vt," Pallii captatela Tertulliano "restituit Salmasius" de Pallio p. 367. "Est vt corruptela, peccatela."

'''CAPTO''', are. Frequent. [μάρπτω, θηρεύω, θεραπέω, θηράομαι] "Studiose capere, et capere conari. Proprie" Ouid. Met. 8, 198 [...]

'''CAPTANS''', Partic. [μάρπτων] "Vt," Collum captantia brachia Ouid. Met. 3, 428. [...]

'''CAPTATVS''', a, um. "Vt," Ouid. ex Pont. 3, 1, 129 [...]

'''CAPTATIO''', onis. f. [θήρα] "Captandi actio." Plin. 20, 14 [...]

'''CAPTATOR''', oris. m. [θηρατὴς] "Qui venatur, et ambit aliquid quouis modo." [...]

'''CAPTATRIX''', icis. f. "Vt," Adulandi scientia, captatrix verisimilium Apul. Doctr. Plat. p. 16.

'''CAPTATORIVS''', a, um. [θηρατικὸς] "Ad captandum comparatus." [...]

'''CAPTITO''', are. Frequent. "a" Capto. "Vt," Omnia vulgo loquentium captitasse Apul. de Deo Socrat. p. 52. "i. ex sermone temere loquentium aliquid arripuisse, quod in omen verteret."

'''CAPESSO [2]''', ssi, ssum, "secundum" Diomedem: "vel" ssiui, ssitum, "secundum" Priscianum, ere. [ἐφάπτομαι, ἐπιβάλλομαι] "Significat idem fere, quod" Capere, "vel" Captare, "Vt," Plant. Aul. 4, 1, 4 [...]

'''CAPAX [2]''', acis. Adi. [δεκτικὸς, χωρητικὸς, εὐρύχωρος] "Quod capit," [...]

"seu continet, aut continere potest."

'''CAPACITAS''', atis. f. [χώρησις, εὐρυχωρία] "Amplitudo loci, quae capere et continere potest." [...]

'''CAPACITER''', Adu. "Vt," Primordia seminum efficaciter et capaciter sequuntur intentionem maternae animae August. de Trin. 11, 2.

'''CAPACVLVS''', a, um. Aliquantum capax Cathol.

'''CAPIS''', idis. f. [κάπις] Genus poculi a Capiendo dictum Festus. [...]

'''CAPISTERIVM''', i. n. [λικμητήριον] "Genus instrumenti expurgandis seminibus apti." Columel. 2, 9, 11 [...]

CAPISTRO, CAPISTRVM, CAPITAL, CAPITALIS, "vid." CAPVT.

'''CAPITARIVM''', Aes, Quod capi potest, Festus. "Scaliger malit legere," Quod caput est. "i. sors ab vsuris distincta: et intelligere, aes, quod in capita penditur, vt ab alio tributo distinguatur."

'''CAPITANEVS [1]''', CAPITATVS, CAPITELLVM, CAPITIVM, CAPITO, "vid." CAPVT.

'''CAPITOLIVM''', i. n. [Καπετώλιον] Arx Romae, a Tarquinio Superbo exstructa. [...]

'''CAPITOLINVS''', a, um. Adi. [Καπετωλῖνος] "Vt," Iupiter Capitolinus, "cui" Cic. pro Domo 144 c. 57 [...]

'''CAPITOSVS''', CAPITVLARIA, CAPITVLATVM, CAPITVLATIM, CAPITVLVM, "vid." CAPVT.

'''CAPITVM''', i. n. [κάπητον, παράβλημα, ἀλόγων, "Hesych."] "Cibus animalium, e Graeco" [κάπτειν, "vorare, vt vult Salmas. ad" Vopisci Aurel. 7 p. 438 [...]

'''CAPNIA''', ae. f. "Vitis a fumi colore dicta." Plin. 14, 3 "Locum damus in" BVCCONIATIS.

'''CAPNIAS''', ae. m. [καπνίας] Gemma est ex Iaspidum generibus, quodam veluti fumo infecta, vnde et nomen accepit Plin. 37, 9.

'''CAPNION''', i. n. "Herba eadem, quae" Capnus Plin. 25, 13.

'''CAPNITES''', ae. m. Gemma est plurimis spiris fumida, in Cappadocia et in Phrygia nascens, ebori similis Plin. 37, 10.

'''CAPNITIS''', idis. f. [καπνίτις] Cadmiae species tenuissima, quae e fornacibus flamma atque flatu egesta, cameris lateribusque fornacum adhaeret. "Vid." Plin. 34, 10.

'''CAPNOS''', i. Herba, "cuius meminit" Plin. 23, 13. "et" 16, 7 Capnon herbam qui edere, bilem per vrinam reddunt.

'''CAPNVMARGOS''', i. m. Argilla est rufa, intermisso lapide terrae minutae arenosae, "qua velut adipe terrae, arua pinguescunt in Gallia et Britannia." [...]

'''CAPPA''', n. indecl. [κάππα] "Nomen literae Graece K, pro qua Latini vtuntur" C. Cappa apud Graecos Quinctil. 1, 4, 9 [...]

'''CAPPADOCIA''', ae. f. [Καππαδοκία] "Regio" Asiae, "Euxinum versus." [...]

'''CAPPADOX''', ocis. m. [Καππάδοξ] "Qui est ex Cappadocia." [...]

'''CAPPADOCVS''', a, um. Adi. "vt," Martial. 10, 76, 3 Nec de Cappadocis eques catastis. Lactuca Cappadoca Plin. 19, 8.

'''CAPPADOCIVS''', a, um. "Idem. vt," Gemma Cappadocia Plin. 37, 10. Zizipha Cappadocia Id. 21, 9.

'''CAPPADOCARCHIA''', ae. f. [Καππαδοκαρχία] "Sacerdotium Cappadociae prouinciae." [...]

'''CAPPARIS''', is. f. [κάππαρις] "Fruticis genus." Capparis [...]

radicis Scribon. 129. 261.

'''CAPPAR''', aris. "Idem." Pallad. Oct. t. 11 Hoc mense menta et pastinaca, thymum et origanum et cappar. "Huc refero" Capparis Siculi radices Veg. Mulom. 4, 10, 4.

'''CAPPARA''', ae. f. "Eadem qude" Portulaca Apul. de Herb. 103.

CAPRA, CAPRAGO, CAPRARIVS, CAPREA, CAPREOLVS, "vid." CAPER.

'''CAPRICORNVS [2]''', i. m. [Αἰγόκερως] "Caeleste signum, quod" Pana fuisse "existimant, qui in illo metu deorum a Typhone et transformandi se consilium aliis dederit, et ipse sui posteriorem partem in effigiem piscis, priorem vero in formam hirci commutarit: cuius ingenium admiratum Iouem, hanc figuram in caelum transtulisse." [...]

'''CAPRIFICVS''', i "et" ûs. f. [ἐρινεὸς] "Ficus siluestris." [...]

'''CAPRIFICO''', are. [ἐρινάζω] "Caprifici ope maturitatem ficis conciliare." [...]

'''CAPRIFICATIO''', onis. f. [ἐρινασμὸς] "Satis iam descripta. Nomen est" Plin. 15, 19. "et" 16, 27.

'''CAPRIFICIALIS''', e. Adi. Caprificialis dies "quis esset, disputabatur alias ad" Plin. 11, 15 [...]

'''CAPRIGENVS [2]''', CAPRILE, CAPRILLVS, "vid." CAPER.

'''CAPRIMVLGVS''', i. m. [αἰγοθήλης] "qui capras mulget. Pro Conuicio est" Catull. Epigr. 22, 9 [...]

'''CAPRINVS [2]''', CAPRISSO, CAPRVGINEVS, "vid." CAPER.

'''CAPRIVS''', i. m. "Viri nomen, quod Antonomasiae locum dedit. Nempe" Horat. Serm. 1, 4, 65 [...]

'''CAPRONAE''', "vel" CAPRONEAE, arum. [προκόμιον] Nonius 1, 81 [...]

'''CAPROTINVS''', a, um. Adi. "Est" Iunonis "epitheton et" Nonarum Iuliarum. [...]

'''CAPRVGINEVS [2]''', "s." CAPRVGNVS, "vid. sub " CAPER.

'''CAPRVNCVLVM''', i. n. Vas fictile, Festus. "An a figura" capri? "An" capunculum "legendum, vt sit deriuatum a" capis. "Vtraque Vossii coniectura est."

'''CAPSA''', ae. [κάψα, κιβωτὸς, θύλαξ] "Dicta est, quod res in ea conditas capiat." [...]

'''CAPSVLA''', ae. f. Dimin. [κιβώτιον] Plin. 30, 11 [...]

'''CAPSELLA''', ae. f. "Aliud" Diminut. Vlpian. l. 12 §. Conservandi, Dig. de Instruct. et instrum.

'''CAPSARIVS''', i. m. Qui portat libros, inquit Vlpian. l. 13 [...]

'''CAPSARIA''', ae. f. Liuiae Capsaria Vet. Inscript. "apud Murator." 899.

'''CAPSACES''', ae. m. [λήκυθος] "Vas olearium." [...]

'''CAPSVS''', i. m. Est "Septum sudibus factum." [...]

CAPTATIO, CAPTATOR, CAPTATORIVS, CAPTIO, CAPTIVNCVLA, CAPTIOSVS, CAPTIVVS, CAPTIVITAS, CAPTO, CAPTVRA, CAPTVS, "vid." CAPIO.

'''CAPVA''', ae. f. Κάπυα Stephano, Καπύη Ptolem.] "Clarissima Campaniae vrbs, quae Annibalem victoriis fatigatum, luxu atque otio perdidit, vnde" Florus 2, 6 [...]

'''CAPVANVS''', a, um. [Καπυανὸς] Vrbs Capuana Virgil. Aen. 10, 145.

'''CAPVENSIS''', e. "Idem." Inscript. vet. "apud Grut." p. 459 n. 1 "et Sponium Misc. Erud. Antiq. p. 160" ORDO CAPVENSIS.

'''CAPVLA''', ae. f. [οἰνόχημα] "Vas vinarium, quo veteres vtebantur, quod facile capi posset." [...]

'''CAPVLATOR''', oris. m. "Qui capulis oleum deplet." [...]

'''CAPVLO''', are. "Capere." Cato 67 Ligna in torculario ne caedat. [...]

'''CAPVLVS''', "vel" CAPVLVM, i. [λαβὴ, κώπη] "a Capiendo dictum; est quo quid capitur, vt Manubrium gladii." [...]

'''CAPVLARIS''', e. Adi. [τυμβογέρων] "Sic dixerunt Senem morti et capulo adeo quasi contiguum." [...]

'''CAPVLICVM''', i. n. "an" CAPVLICA, ae? "Variant enim libri:" Genus nauis "apud" Gell. 10, 25. [...]

'''CAPVLATVS''', a, um. "Quid sit, quaerendi occasionem dedit" Vet. Inscript. "apud Fabrett." p. 90 [...]

'''CAPVS''', i. m. "Galli, quibus testes euulsi libidinis abolendae causa, vt magis pinguescant," Capi "vocantur: Vide quae ex" Varrone "et" Festo "dedimus in" CANTERIVS. [...]

'''CAPO''', onis. "Idem." Martial. 3, 58 [...]

'''CAPVT''', itis. n. [κεφαλὴ, κεφάλαιον, κάρα, κάρινον] "Illa velut arx et praetorium corporis animalium, dicitur, vt e" Varrone "refert" Lactant. [...]

'''CAPITAL''', alis. n. Quod sacerdotulae etiam nunc in capite solent habere. [...]

'''CAPITALIS''', e. [φονικὸς, θανατικὸς] "Quod ad Caput, i. vitam, felicitatem, summam rei etc. pertinet." [...]

'''CAPITALITER''', Adu. [φονικῶς] Plin. Epist. 1, 5 [...]

'''CAPITANEVS [2]''', a, um. "Vt," Literae capitaneae in terminis non fundorum, sed rationis terminum ostendunt. Auctor incertus de Limit. p. 270. "edit. Goes."

'''CAPISTRVM''', i. n. [καπίστριον] "Capitis vinculum, quod mulis, iumentis, bobus, et cuicumque animali adhibetur, ne fugiant," a capite iumentorum dictum, "vt ait" Isid. 20, 16. [...]

'''CAPISTRO''', are. [καπιστριόω] "Capistro ligare, siue vincire." [...]

Plin. 18, 19

'''CAPISTRATVS''', a, um. [καπιστριωτὸς] Ouid. Epist. 2, 80 Inque capistratis tigribus alta sedet.

'''CAPITATIO''', onis. f. "Tributum quod in capita constitutum erat, vt" iugatio "in iuga boum." in l. Immunitates. [...]

'''CAPITATVS''', a, um. Adi. [κεφαλωτὸς] "Dicitur quod caput habet:" vt Capitatum porrum "dicimus, quod in caput latius crescit." [...]

'''CAPITELLVM''', i. n. [κεφάλιον] Diminut. "Paruum caput; h. e. crassiorem summitatem cuiuscunque rei significat." [...]

'''CAPITIVM''', i. n. "Pectoris s. thoracis vestimentum" Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4.

'''CAPITILAVIVM''', i. n. "Vt," Vulgus ideo palmarum diem capitilauium vocat, quia tunc moris erat, lauandi capita infantium, qui vnguendi sunt, "etc." Isidor. 6, 18.

'''CAPITO''', onis. m. "Qui magnum habet caput." Cic. de Nat. Deor. 1, 80 c. 29 [...]

'''CAPITVLARII''', orum. m. pl. apud ICtos, "Capituli exactores, quod tributi genus esse, statim videbimus." [...]

'''CAPITVLATVS''', a, um. Adi. [κεφαλαιωτὸς] "Quod habet" Capitulum Cels. 8, 1. [...]

'''CAPITVLATIM''', Adu. κατὰ κεφάλαια "dixit" Plin. Epist. 6, 22] Per capita. [...]

'''CAPITVLVM''', i. n. [κεφαλίδιον] Dimin. "Paruum caput." Plaut. Curc. 2, 3, 14 [...]

'''CAPYS''', yos. m. [Κάπυς] "Filius Assaraci, et pater Anchysae: de quo" Virg. Aen. 10, 145 Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur vrbi. Servius "ait," Liuium malle a Locis campestribus sic denominatam esse.

== CAR ==

'''CARABVS''', i. m. [κάραβος] "Genus cancri." Plin. 9, 31 [...]

'''CARACALLA''', ae. f. Indumenti genus fuit ad talos vsque demissum, ab Antonino imperatore populo datum, vnde et Caracallae [...]

agnomen inuenit.

'''CARADRVM''', i. n. "Piscis genus." Apul. Apol. p. 160.

'''CARAGOGVS''', i. m. Herba mustellago Apul. de Herb. c. 27.

'''CARALIS''', is. f. "Vrbs Sardiniae." Melae 2, 7.

'''CARALITANVS''', a, um. "Vt," Ager Caralitanus Plin. 27, 6.

'''CARAMALVS''', i. m. "Pantomimi nomen apud" Sidon. Carm. 23, 268. [...]

'''CARAMBIS''', is. f. [Κάραμβις] "Promontorium in Pontum Euxinum versus Boream porrectum, quod cum opposito Criumetopo velut in duas partes illum diuidit." [...]

'''CARBAS''', ae. m. [Κάρβας] "Ventus dicitur a" Vitruuio 1, 6 [...]

'''CARBASVS''', i. f. [ἄρμενον] "secundum" Priscianum: et m. secundum Phocam: Probus vero et Caper dicunt esse masculini et feminini in singulari, in plurali vero neutri. [...]

'''CARBASEVS''', a, um. Adi. [ἁρμενινὸς] "Ex carbaso factus." Cic. Verr. 5, 30 c. 12 [...]

'''CARBASINVS''', a, um. [ἁρμενινὸς] "Idem. Vt," Carbasina vela. Plin. 19, 1 s. 5 [...]

'''CARBASINEVS''', a, um. "Idem." Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. Eadem postea carbasinea ("Mercer." Carbasineo) magis, vt pellibus tegerentur togae. "Ex" Nonio, 14, 28.

'''CARBATINA''', ae. f. [καρβατίνη] "Calceamenti genus rustici, vt habet Pollux" Onomast. 7 c. 22. [...]

'''CARBO''', onis. m. [ἄνθραξ] "Pruna exstincta." [...]

'''CARBONARIVS [1]''', i. m. "Qui carbones conficit." [...]

'''CARBONARIVS [2]''', a, um. Adi. "Ad carbones pertinens; vt" Negotium carbonarium exercere Aurel. Vict. Vir. Ill. 72. [...]

'''CARBONARIA''', ae. f. Officina "intelligitur. Vt," De calcaria in carbonariam "scil. descendere:" Tertul. de Carne Christi 6, "id est, a conditione laboriosa et sordida vna ad alteram deuolui."

'''CARBONESCO''', ere. "Vt," Materia carbonescat Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 20.

'''CARBONIANVS''', a, um. "Vt," Carboniana bonorum possessio, "Quae scilicet ex" Carboniano "edicto (sic vocatur ab auctore) datur, ex quo infantibus aut impuberibus, quibus controuersia fit, an inter liberos sint?" [...]

'''CARBVNCVLVS''', i. m. [ἄνθραξ] Dimin. "paruos aut paucos carbones notans." Auct. ad Heren. lib. 4, 9 c. 6 [...]

'''CARBVNCVLOSVS''', a, um. Adi. [ἀνθρακώδης] "Vt," Carbunculosus ager. [...]

'''CARBVNCVLO''', are. "vel" CARBVNCVLOR, ari. Dep. [ἀνθρακοῦμαι] "Inflammatum esse, velut carbo." [...]

'''CARBVNCVLATIO''', onis. f. [ἀνθράκωσις] "Et" CARBVNCVLVS, "in arboribus quod vitium sit, docebimus verbis" Plin. 17, 24 s. 37, 4 [...]

'''CARCER''', eris. m. [δεσμωτήριον, φυλακὴ, εἱρκτὴ] "Locus, in quo servantur poenae vel custodiae causa homines: a" coarcendo "s." coercendo "dictus, vt deinde dicetur." [...]

'''CARCEREVS''', a, um. "Quod est carceris vt," Antrum carcereum, Prudent. contra Symmach. 2, 468. Catena carcerea Idem Hymn. trium martyr. v. 16.

'''CARCERALIS''', e. "Idem. Vt," Caecitas carceralis Prudent. in Vincent. v. 271. Stipes carceralis Idem v. 551.

'''CARCERARIVS''', a, um. [εἱρκτικὸς] "Idem." Plaut. Capt. 1, 2, 26 Aegre est mihi hunc facere quaestum carcerarium. "Substantiue pro custode s. ianitore carceris" in Gloss. Gr. Lat. Carcerarius, [φυλακίτης.

'''CARCERATICVM''', i. n. "In comment. ad tit. de verb. signif. Alciatus accipit pro Mercede illa, quam militibus, qui custodiae carcerum praesunt, humanitatis causa magistratus largiuntur." [...]

'''CARCERO''', are. "Carceri includere." [...]

'''CARCHEBVS''', i. m. "Machina ap." Vitr. 10, 15. "Sed. leg." Carchesium.

'''CARCHEDON''', onis. [Καρχηδὼν] "Carthago dicitur."

'''CARCHEDONIVS''', a, um. Adi. "Carthaginiensis." [...]

'''CARCHESIVM''', i. n. [καρχήσιον] "Poculi genus." Virg. Aen. 5, 77 [...]

'''CARCINETHRON''', i. n. "Inter herbae" Polygoni "nomina apud" Plin. 27, 12 s. 91.

'''CARCINIAS''', ae. m. Gemma marini cancri colore Plin. 37, 11.

'''CARCINODES [1]''', "vid." CARCINVS.

'''CARCINOMA''', atis. n. [καρκίνωμα] "Cancer morbus." [...]

'''CARCINVS''', i. m. [καρκῖνος] "i. Cancer. De sidere" Lucan. 9, 536 Par Geminis Chiron, et idem quod Carcinus ardens.

'''CARCINODES [2]''', eos. n. [τὸ καρκινῶδες] "Vitium seu morbus, cancri naturam imitatus, serpens quasi cancer." [...]

'''CARDACES''', is. m. "Apud Persas appellabantur, qui ex rapto viuebant." [...]

'''CARDAMINA''', ae. f. [καρδαμίνη] "Herba apud" Apul. de Herb. 20, "qui Graecis etiam" Cardamon, Italis Nasturtium "vocari ait."

'''CARDAMOMVM''', i. n. [καρδάμωμον] "Genus herbae odoriferae." [...]

'''CARDAMON''', i. n. [κάρδαμον] "Herba, quae" nasturtium "dicitur, Veterum Persarum opsonium, apud Xenophontem." Cardamum nigrum Scribon. 129. "Agit multis de eo" Apul. de Herb. c. 20.

'''CARDIA''', [καρδία] "Latine" Cor, "a priscis medicis, teste Galeno, pro Superiori ventriculi orificio ponebatur, quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc"

'''CARDIACVS''', Morbus. [καρδιακὸς] "Oris ventriculi affectus." [...]

'''CARDIMONA''', ae. Cael. Aur. Acut. 2, 35 "extr." Vocatur autem secundum aliquos quaedam passio etiam Cardimona, quam Graeci καρδιωγμὸν vocauerunt. Hanc necessario sequitur dolor oris, ventris "etc."

'''CARDINALIS [1]''', "et" CARDINEVS, "vid." CARDO.

'''CARDINEA''', Dea, Quae cardinibus pracerat, "vid." CARNA.

'''CARDISCE''', es. [καρδίσκη] "Gemma, de qua" Plin. 37, 10. s. 58 [...]

'''CARDO''', inis. m. [στρόφιγξ, στροφεὺς, γίγγλυμος] Dicitur quasi Cor ianuae, quo scilicet illa mouetur, "vt ait" Seruius "ad" Virg. Aen. 1, 453 [...]

'''CARDINEVS''', a, um. Adi. Septimius "apud" Terentianum, Stridula cui limina, cui cardinei tumultus.

'''CARDA''', "vel" CAREA, ae. "Dea a" Cardinibus "appellata, quibus praeerat." [...]

'''CARDINALIS [2]''', e. "Quod ad cardinem pertinet. vt," Fores ita compingantur, vti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte Vitruu. 4, 6. [...]

'''CARDINALITER''', Adu. "Est Principaliter." Firmic. 6, 13 Cardinaliter praesidere.

'''CARDINATVS''', Adi. [ἡλωμένος] "Quod habet" Cardines. Vitruu. 10, 21 [...]

'''CARDVELIS''', is. f. [ἀκανθὶς] "Auis dicta, quod carduorum semine pascatur." Plin. 10, 42 Minimae auium cardueles, imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus et ore pro manibus.

'''CARDVVS''', i. m. [σκόλυμος] "Herba aculeata vulgo nota." Virg. Georg. 1, 152 Mox et frumentis labor additus: vt mala culmos Esset rubigo, segnisque horreret in aruis Carduus.

'''CARDVETVM''', i. n. Pallad. Mart. 9, 4 "Locus carduis consitus."

'''CARE [1]''', "vid." CARVS.

'''CARECTVM [1]''', "vid." CAREX.

'''CARENVM''', i. n. "Genus vini dulcis facticii, atque ita vocatur," quum musti tertia parte "decocta et" perdita relinquuntur duae, "vt describit" Pallad. Oct. 18. [...]

'''CARENARIAE''', arum. f. "Videntur apud Palladium appellatae Cortinae et vasa, in quibus coquitur carenum." [...]

'''CAREO''', ui, ere. [ἀποστερέομαι, στέρομαι, ὑστερέω] Cic. Tusc. 1, 87 c. 36 [...]

'''CARITVRVS''', turture magno Iuuenal. 6, 39. Bonis militibus cariturus sum Curt. 10, 2, 27.

'''CAREOR''', " Depon. pro" Careo antiquissimos "dixisse affirmat" Priscianus 8 p. 797 "extr. Hinc"

'''CARENDVS''', Virque mihi demto fine carendus abest Ouid. Heroid. 1, 50.

'''CASSVS [1]''', "Quod quibusdam videtur participium verbi" Careo, "vid. s. l."

'''CARENTIA''', ae. f. "Sic melius quibusdam reddi videtur Graecum" [στέρησις: "Vid. Scalig. de Caus. L. L. c. 69. Cellar. Cur. post. p. 349."

'''CARESCO''', ere. pro Careo. Gloss. Cyrill. Caresco, [στέρομαι.

'''CAREVM''', "siue" CARIVM, i. n. Plinio 19, 8 s. 49. "oleris genus" peregrinum, gentis suae nomine appellatum, culinis principale -- laudatissimum in Caria. "Adhibet etiam" Apic. 7, 2.

'''CAREX''', icis. f. Herba acuta et durissima, similis sparto Seru. "ad" Virg. Georg. 3, 231 [...]

'''CARECTVM [2]''', i. n. "Locus caricibus plenus." [...]

'''CARICEVM [1]''', i. n. Veteres dixerunt a Carie. Non. 1, 79 "Forte hoc indicat, fuisse nomen adiectiuum" Cariceus, "quod" Cariosum "significarit."

'''CARIA [1]''', ae. f. [Καρία] "Eius Asiae, quae Minor dicitur, prima regio est, a qua dicitur" CAR, " plur." CARES. [...]

'''CARIA [2]''', Diana, "vid." CARVA.

'''CARICVS''', a, um, "quod est e Caria. Hinc"

'''CARICA''', ae. f. [ἰσχὰς] "Genus fici, a patria sic dictum." [...]

'''CARICEVM [2]''', "vid." CAREX.

'''CARICO''', are. [βαρύνω] "Idem est quod Onero." [...]

'''CARIES''', ei. f. [εὐρὼς] est Vetustas vel Putrilago, "auctore" Nonio 1, 79 [...]

'''CARIOSVS''', a, um. Adi. [εὐρώδης] "Quod carie infestatum est." [...]

'''CARIO''', are. "Vnde" Mart. Capell. lib. 1... Cariantem tripodem dixit.

'''CARINA''', ae. f. [τροπις, στείρα] Infima pars nauis, "auctore" Festo Pompeio: "siue Trabes ea, qua nauis fundatur." [...]

'''CARINAE''', arum. f. "Vicus in vrbe Roma, quarta regione in valle inter Caelium montem et Esquilias." [...]

'''CARINO''', are. [τροπίζω] Plin. 9, 33 Saliunt pectines, et extra volitant, seque et ipsi carinant, "i. Sua sibi concha instrumentum porrigunt ad nauigandum, et ceu carinam quandam ex testa effingunt."

'''CARINANTES''', Probra obiectantes, a Carina dicta, quae est infima pars nauis: sic illi fortis infimae. [...]

'''CARINATVS''', a, um. Partic. [στειρωειδὴς] "Concauus, et in modum carinae formatus." Plin. 11, 37 Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum.

'''CARINARII''', orum. m. "apud" Plaut. Aul. 3, 5, 36 [...]

'''CARIOTA''', "vid." CARYOTA.

'''CARITAS [1]''', "vid." CARVS.

'''CARIS''', idis. f. "Genus piscis." Ouid. Halieut. 130 Sinuosaque caris.

'''CARISSA''', ae. f. Vafra mulier apud Festum ex Lucillio. Gloss. Philox. Carisa [μαυριστὴς, πορνοβοσκός. [...]

'''CARITORES [1]''', "vid. sub " CARO, is.

'''CARMANIA''', ae. f. [Καρμανία] "Regio Indiae." Habitantes, "vt docet" Plin. 7, 34 Ichthyophagi cognominati sunt, quod solis piscibus vescantur.

'''CARMANI''', orum. m. pl. "Incolae." Pompon. 3, 8 Carmani sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant. Duces Carmani Lucan. 3, 250.

'''CARMELVS''', i. m. "Deus et mons." Tac. Hist. 2, 78, 4 [...]

'''CARMEN''', inis. n. ἔπος Vet. Gloss. [ἀοιδὴ] "A" Cano "appellatum, quasi" Canimen. [...]

'''CARMINEVS''', "ad carmen pertinens," Cathol.

'''CARMENTA''', ae, "siue" CARMENTIS, is. f. [Καρμέντα, "Dionysio et Plutarcho"] "Nobile nomen Romanis; sed quae fuerit, homo an nympha, non satis constat." [...]

'''CARMENTARII''', qui Carmentum, "id est vatum" dicta perscriberent librarii, "apud" Seru. "ad" Aen. 8, 336, "cuius locum integrum damus in" CARMENTA.

'''CARMENTALIS''', e. Adi. "Vt," Carmentalia matri Euandri sacrificia instituta, Carmentalia appellata a nomine ipsius. [...]

'''CARMINO''', are. [διαξαίνω, κτενίζω] "Est quasi Pectinare, a verbo" Carere, "vbi vid." Varro de L. L. 6, 3 [...]

'''CARMINATVS''', a, um. "Vt," Lana carminata Plin. 9, 38. "A posteriore"

'''CARMINABVNDVS''', a, um. "Videtur enim esse canorus, aut cantus amans." [...]

'''CARMINATIO''', onis. f. [διάξανσις] Plin. 11, 23 Hanc ab his cogi, subigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

'''CARNA''', ae. f. [Κάρνα] "aut" CARNEA, "siue" CARDINEA. [...]

'''CARNARIVM [1]''', CARNARIVS, CARNEVS, CARNIFEX, CARNIFICIVM, CARNIVORVS, CARNOSITAS, CARNOSVS, "vid." CARO.

'''CAVSATVS''', a, um. "Excusans, praetexens." [...]

'''CAVSATE''', Adu. "Cum causa." Plin. praef. operis, Quod si hoc Lucilius -- quanto nos causatius, "i. iustiore causa," ab aliquo iudice "nos" defendimus.

'''CAVSATIVVS''', a, um. Gloss. Gr. Lat. [αἰτιολογικὸς, causatiuus. "Et" Mart. Capell. 5 p... Causatiuum litis est, quod dubitationem facit.

'''CAVSATIO''', onis. f. [πρόφασις] "Praetextus, excusatio, vel color." [...]

'''CAVSATRIX''', icis. f. "Vt," Omnis mali causatrix Dig. lib. 38 t. 10 l. 4 §. 6. "Sed est modo ex interpretatione, nescio quam antiqua, Homerici versus, et verbi" [κακομήχανος.

'''CAVSIFICOR''', ari. [προφασίζω] "Idem, quod Causari." [...]

'''CAVSIDICOR''', ari. Gloss. Gr. Lat. [δικολογῶ, causidicor.

'''CAVSIDICVS''', i. m. [ῥήτωρ, συνήγορος] "Qui causas dicit, i. agit, Patronus." [...]

'''CAVSIDICINA''', ae. f. "Ipsa ars, siue Munus Causidicorum." [...]

'''CAVSIDICATVS''', ûs. m. "Idem." Gloss. Gr. Lat. [δικολογία, Causidicatus.

'''CAVSIA''', ae. f. [καυσία] "Est Pileus expassos margines habens, ad arcendum aestum, quo messores vtuntur." [...]

'''CAVSIMOMANTIA''', ae. f. [καυσιμομαντεία] "Fundus huius verbi est" Plin. 36, 19 s. 34 [...]

'''CAVSIS''', is. f. [καῦσις] "Vstio, pingendi genus, quod describemus verbis" Vitruuii 7, 9 [...]

'''CAVSON''', "et" CAVSOS, [καῦσος] "Aestus seu ardor. Hinc"

'''CAVSODES''', is. f. "Febris ardens." Cels. 2, 8 Febrem autem ardentem, quam Graeci καυσώδη vocant, subitus horror exsoluit.

'''CAVSTVM''', i. n. [καυστὸν] "Vstile, quod exuri potest."

"Laudatur" Plin. 35, 15 s. 50 "vbi inter Sulphuris genera," Quartum caustum ad ellychnia. "Sed" caustum "nusquam comparet."

'''CAVSTICE''', es. f. [καυστικὴ] "Vrens herba, quae alias" Scelerata "dicitur." Apul. de Herb. 8. "Nempe"

'''CAVSTICVS''', a, um. Adi. [καυστικὸς] "Quod vrendi vim habet." [...]

'''CAVTA [2]''', ae. f. [καυτὴ] Efflatio oris. "Laudatur" Theod. Priscian. 1, 17.

'''CAVTELA [2]''', "vid." CAVEO,

'''CAVTER''', eris. m. [καυτὴρ] "Instrumentum vstorium." [...]

'''CAVTERIVM''', i. n. [καυτήριον] "Idem." [...]

'''CAVTERIO''', are. "Cautere notare." Interpr. Irenaei 1, 24 Cauteriantes discipulos suos in posterioribus partibus extantiae dextrae auris.

'''CAVTERIATVS''', a, um. [κεκαυτηριασμένος] "Cauterio notatus. Vnde ab" Apostolo, Cauteriata Conscientia "dicta est" 1 Tim. 4, 2. Novatian. de Trinit. c. 29.

'''CAVTERIZO''', are. "Cauterio vrere." Veget. 3, 2, b. Si vermiculus dorso putredinem fecerit, vtilissimum est cauterizare subtiliter.

'''CAVTEROMA''', atis. n. Vlcus a peccante cautere factum Plin. Valer. 3, 47. "Vid. Barth. Aduers." 5, 17.

'''CAVTES''', is. f. "siue" COTES, "vnde contractum" COS, [πέτρα] "proprie Saxum dicitur asperum atque abruptum." [...]

'''CAVTIO [2]''', CAVTIM, CAVTIVS, CAVTOR, CAVTVS, "vid." CAVEO.

'''CAVVS [1]''', a, um. Adi. [κοῖλος] "Solido opponitur," a Chao, ex eius inanitate dictum, "auctore" Festo. [...]

'''CAVVS [2]''', i. m. ''siue'' CAVVM, i. n. [κοίλωμα, ὀπὴ, τρώγλη] ''Pro Loco cauato.'' [...]

'''CAVA''', ae. f. ''Foramen cauum, terra excauata, inter ea, quae finem agris praestare solent, recenset'' Frontin. [...]

'''CAVATICVS [2]''', a, um. Adi. [ὀπηαῖος] ''Vt,'' Cauaticae cochleae. [...]

'''CAVO [3]''', are. [κοιλόω, κοιλαίνω] ''Cauum facere, fodere, euacuare.'' [...]

'''CAVATVS''', a, um. ''Vt,'' Virg. Georg. 1, 136 [...]

'''CAVATIO''', onis. f. Varro de L. L. 4, 26 p. 31, 15 Sinus maiorem cauationem, quam pocula, habet. ''Conf.'' c. 3 p. 9, 15.

'''CAVATVRA''', ae. f. ''Vt,'' Dentium cauaturae Marc. Emp. 18. Temporum cauaturae Veget, Mulom. 1, 25, 2. Idem 2, 26, 1 Cauatura vulneris.

'''CAVOSVS''', ''vnde''

'''CAVOSITAS''', atis. f. Tertull. de Anima cap. 55. ''et'' de Pudic. cap. 20.

'''CAVATOR''', oris. m. [κοιλωτὴς] ''Vt,'' Cauator arborum picus Martius Plin. 10, 18. [...]

'''CAVEA [2]''', ae. f. [κύρτη] ''Receptaculum ferae, s. solo continuum, s. mobile.''

'''CAVEALIS''', ''vid.'' CABIALIS.

'''CAVEOLA''', ae. f. Dimin. In Gloss. Vet. ζώγριον ''exponitur.''

'''CAVILE [2]''', is. n. ''Idem forte ac Cauea, cum qua coniunxit'' Varro L. L. 4, 3. ''Sed disputant critici. Vid. Gothofredi Not. ad h. l. et Scalig. Coniect.'' p. 13, ''qui'' caullas, ''i.'' caulas ''legi vult.''

'''CAVEVS''', i. m. ''Poculi genus. Sic'' Caueos et Scyphos ''coniunxit'' Treb. Pollio in Claud. 14. ''Vid. etiam'' Spartian. Pescenn. 10.

'''CAVEFACIO''', ere. ''Ad formam verbi vacuefacere.'' Fortunat. 8, 4, 192 Per tribulos gradiens spinae cauefecit acumen.

'''CAVERNA [2]''', ae. f. [κρύπτα, ἄντρον] ''Cauum terrae, vacuum atque obscurum.'' [...]

'''CAVERNOSVS''', a, um. Adi. [ἀντρώδης] ''Locus multis'' cauernis ''plenus.'' [...]

'''CAVERNVLA''', ae. f. Dimin. [κρυπτάριον] Plin. 27, 11 Ipsi qua pediculis adhaerent, cauernulas habent et intus semen.

'''CAVERNO''', are. ''vt,'' Fistulam cauernare ex vtraque parte clysteris, ''i. excauare, perforare'' Cael. Aurel. Tard. 4, 3, 26.

'''CAVERNATIM''', Adu. Sidon. Epist. 5, 4 Aqua scabris pumicibus cauernatim ructata, ''i. per diuersas cauernulas et fistulas.''

== CAX ''et'' CAY ==

'''CAXO''', ''vid.'' COXO.

'''CAYCVS''', ''vid.'' CAICVS.

'''CAYSTER''', ''siue'' CAYSTRVS, i. m. [Κάϋστρος] ''Asiae fluuius.'' [...]

'''CAYSTRIVS''', a, um. Adi. [Καϋστρινὸς] ''Vt,'' Ales Caystrius, ''i. Cyenus.'' Quid. Trist. 5, 1, 12 Vtque iacens ripa deflere Caystrius ales Dicitur ore suam deficiente necem.

== CE "et" CEA ==

'''CE''', "Syllabica adiectio est, similis Graecorum" [δε, "sed cum iis fere iungitur, quae in" C, "vel" S, "desinunt: vt," Hicce, "siue" hiccine, Sicce, "siue" siccine: Hisce, hosce, haeccine, illosce, "et similia." [...]

'''CEA''', ae. f. [Κέως, Κῶς, Κεία] "Insula in mari Aegeo, de qua" Plinius 4, 12 s. 20 [...]

'''CEVS [1]''', "quod quidam scribunt" CAEVS, a, um. [Κεῖος] "Gentile." [...]

== CEB ==

'''CEBREN''', enis. m. [Κεβρὴν] "Fluuius Troadis, vnde"

'''CEBRENIS''', idis. f. Patronym. [Κεβρηνὶς] Quid. Met. 11, 769. [...]

== CEC ==

'''CECROPIA''', ae. f. "Quae esset, audiamus." [...]

'''CECROPS''', opis. m. [Κέκροψ] "Conditor Athenarum: qui omnem eius regionis multitudinem in duodecim vrbes digessit." [...]

'''CECROPIDAE''', arum. pl. "Athenienses dicti sunt, a Cecrope rege." Quid. Met. 7, 670 Phocus in interius spatium, pulchrosque recessus, Cecropidas duxit.

'''CECROPIVS''', a, um. Adi. [Κεκρόπιος] "Atticus, vt," Thymus Cecropius Virg. Georg. 4, 177. [...]

'''CECROPIS''', idis. f. Patronym. [Κεκροπὶς] "Attica." Iuuenal. 6, 186 De Tusea Graecula facta est, De Sulmonensi mera Cecropis omnia Graece.

'''CECVRRI''', Veteres dixerunt pro Cucurri. Sipontinus.

== CED ==

'''CEDO [1]''', cessi, cessum, ere. [εἴκω, ὑπείκω, ὑποχωρέω, ἀναχάζω] "Proprie significat Abire, et locum alii dare." [...]

'''CEDENS''', entis. Partic. [ὑπείκων] ''Vt,'' Cedens animaduertit Nep. 3, 1, 3. [...]

'''CEDENTER''', Adu. ''Idem.'' Cael. Aurel. Acut. 3, 16 Cedenter consentiendo coercere.

'''CESSVRVS''', a, um. Partic. [ὑπείξων] Lucan. ad Pison. 139 Pomifer autumnus, nimbis cessurus et vndis. Prouinciae cessurae in pretium belli Tacit. Hist. 1, 11. Rosaria non cessura bifero Paesto Martial. 12, 31.

'''CESSVS''', a, um. Partic. Vlpian. Instit. tit. 19, 14 [...]

'''CESSICVS''', a, um. Adi. ''et'' CESSITIVS, ''aliud'' Adi. Vlpian. Instit. tit. 11, 7 [...]

'''CESSIO''', onis. f. [ὑποχώρησις] ''Cedendi actus.'' [...]

'''CESSIONARIVS''', i. m. ''Cui fit cessio, vel creditor, in quem transfusa est obligatio, apud ICtos.''

'''CESSIM''', Adu. ''Regrediendo, et retrocedendo.'' [...]

'''CESSOR''', oris. m. ''Esse dicitur ap.'' Varr.

'''CESSO''', are. [παύομαι, ἀναπαύομαι, διαλείπω, κοπάζω, λοφέω] ''Ab opere vacare.'' [...]

'''CESSANS''', Partic. [παυόμενος] "Pro eo quod est" Morans. [...]

'''CESSATVRVS''', a, um. Partic. "Vt," Quid. Fast. 4, 804 Mutantesque domum, tectis agrestibus ignem, Et cessaturae supposuisse casae, "non amplius vsui filturae."

'''CESSATOR''', oris. m. [ἀργὸς, ὀκνηρὸς] "Otiosus, qui cessat, et nihil agit." [...]

'''CESSATRIX''', icis. f. Tertull. adu. Marc. 1, 24 Quomodo defenditur bonitas, ex maiore parte cessatrix?

'''CESSATIO''', onis. f. [ἀργία, παῦσις, ἀνάπαυσις] Plaut. Poen. 4, 2, 103 [...]

'''CESSATVS''', a, um. [διαλελειμμένος] "Qui cessauit, vel in quo cessatum est." Quid. Fast. 4, 617 Largaque prouenit cessatis messis in aruis. Sil. 5, 534 [...]

'''CEDO [2]''', [εἰπὲ] "Verbum defectiuum: in imperatiuo tantum legitur," Cedo, "i. Dic, vel Da." Ter. Eun. 5, 5, 8 [...]

'''CEDRELAEON''', i. n. "Olei factitii species," ex malis cedri "confecta, de qua" Plin. 15, 7 "Sed Hard." Pisselaeon. "Hac autem" peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit, "vt idem ait" 16, 39.

'''CEDRELATE''', es. f. [κεδρελάτη] "Genus cedri." Plin. 24, 5 f. 11 Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quae cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam. "Meminit et" 13, 5 s. 11.

'''CEDRIA''', ae. f. [κεδρία] "Pix est, quae ex cedrelate defluit, vt modo dictum." [...]

'''CEDRIVM''', s. CEDREVM, "int. oleum: Pix liquida et primaria, quae ex taeda excoquitur." [...]

'''CEDRINVS [1]''', CEDRIS, "vid. post" CEDRVS.

'''CEDROSTIS''', is. f. "Vitis alba dicitur." Plinius 23, 1 Vitis alba est, quam Graeci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothron, alii archezostin, alii cedrostin, alii madon appellant.

'''CEDRVS''', i. f. [κέδρος] "Arbor nobilissima." [...]

'''CEDRATVS''', a, um. Adi. Plin. 13, 13 [...]

'''CEDRINVS [2]''', a, um. "Aliud" Adi. [κέδρινος] Quod est ex cedro. Plin. 13, 5 s. 11 Cedrinus est Romae in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aduectus. Oleum cedrinum Plin. 32, 7.

'''CEDRIS''', idis. f. [κεδρὶς] "Fructus cedri." Plin. 24, 5 s. 12 Cedrides, hoc est fructus cedri tussim sanant, vrinam cient, "etc."

== CEL ==

'''CELAENAE''', "vid." CELENAE.

'''CELAENO''', ûs. f. Κελαινὼ] "Vna ex Harpyis, q. d. Nigra," [κελαινὸς "enim niger est." Dira Virg. Aen. 3, 211. [...]

'''CELATIM [1]''', CELATVS, "vid." CELO.

'''CELEBRIS''', bre. "vel" CELEBER, bris, bre. διάφημος Vet. Gloss. "it." [πολύανδρος] "Idem fere quod frequens, cum ad locum refertur; cum ad hominem vel rem respicit, crebram nominis et famae vsurpationem indicat." [...]

'''CELEBRITAS''', atis. f. ἑορτὴ, festus dies Vet. Gloss. [φήμη "it." [πανήγυρις] "Tum bominum coetum declarat, tum dignationem ipsam atque honorem multorum suffragiis delatum et comprobatum." [...]

'''CELEBRO''', are. ἐπιφοιτάω, ἑορτάζω, πανηγυρίζω, θρησκεύω, Celebrat, [πληροῖ Vet. Gloss. φημίζει Id.] "Idem significat quod frequentare: ac primo quidem ad locum refertur, vbi est cum multis vel saepe adire, obire." [...]

'''CELEBRANS''', antis. Tota celebrante Sicilia Nep. 20, 5, 4. "de funere."

'''CELEBRATIO''', onis. f. [ἑόρτασις] "Vt," Celebratio ludorum Cicero Att, 15, 29 "pr." [...]

'''CELEBRATVS''', a, um. "Vnde Compar." Celebratior, "Superl." Celebratissimus. [...]

'''CELEBRATA''', orum. n. "pro Exsequiis." Martial. 6, 16 [...]

'''CELEBRANDVS''', a, um. Particip. Claud. de Bell. Get. 635 O celebranda mihi cunctis Pollentia saeclis. Senectus celebranda Cic. de Orat. 1, 199. Virtus celebranda Idem de Inuent. 2, 70.

'''CELEBRATOR''', oris. m. Martial. 8, 78 "de Ludis Stellae," Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi.

'''CELEBRABILIS''', e. "quo celebratur aliquid, Vt," Ammiann. 29, 34 Aetatum ordinumque omnium celebrabili fauore susceptus.

'''CELEBRESCO''', ere. [εὐδοκιμῶ] "Celebris fio," Accius, Et qualis fuerit, fama celebrescat tua Nonius, 2, 158.

'''CELENAE''', "vel" CELAENAE, "potius," arum. [Κελαιναὶ] Vrbs, caput quondam Phrygiae fuit, "vt ait" Liu. 38, 13 [...]

'''CELENAEVS''', a, um. Adi. "Vt," Stat. Theb. 2, 666 [...]

'''CELER''', (hic, "raro" haec) "et" ("rarius," hic "et" haec) CELERIS, e. ταχὺς, ὠκὺς] "A" [κέλλω "quidam dictum existimant, et significat Velox." [...]

'''CELERES''', um. m. pl. antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis praepositus fuit, qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni. ideoque omnino trecenti fuere. [...]

'''CELERO''', are. [ταχύνω] "Celeriter aliquid facere." [...]

'''CELERANS''', antis. Partic. Lucret. 1, 388 [...]

'''CELERATVS''', a, um. Ammian. 31, 11 Itineribus celeratis.

'''CELERITAS''', atis. f. [τάχος, ταχύτης] "Velocitas." [...]

'''CELERITVDO''', inis. f. [ταχύτης] "Celeritas." Varro de R. R. 3, 12, 6 Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, a celeritudine, quod leuipes esset.

'''CELERIPES''', edis. Adi. [ταχύπους] "Qui leuis celerque est pedibus." [...]

'''CELERITER''', Celerius, Celerrime. Adu. [ταχέως, ὠκέως] "Velociter." [...]

'''CELERIVSCVLE''', "Aliud" Aduerb. "Vt," Celeriuscule dicere Auctor ad Herenn. 3, 24 c. 14.

'''CELERANTER''', Adu. [κατὰ τάχος] "Pro Celeriter." Accius, Sed quis hic est, qui matutinum cursum huc celeranter rapit? Nonius 11, 32. "Antiquum."

'''CELERATIM''', "pro Celeriter. Aduerbium similiter antiquum." Sisenna Hist. lib. 5. Quo magis celeratim poterant, in insidiis suos disponit. Non. 2, 140.

'''CELERE''', " Aduerb. antiquum, pro" Celeriter. [...]

'''CELES''', etis. m. [κέλης] "Genus nauigii actuarii, quod et" Celox "dicitur." [...]

'''CELETIZONTES''', m. pl. [κελητίζοντες] "Participium Graecum, equitantes." Plin. 34, 8 Hegiae Minerua, Pyrrhusque rex laudatur, et celetizontes pueri, "i. equis singulariis" s. "sellaribus decurrentes."

'''CELEVS''', i. m. "trisyllabum" [Κελεὸς] "Viri proprium." [...]

'''CELEVSMA''', atis. n. [κέλευσμα] "vel" CELEVMA, atis. n. "Clamor est vel canticum potius, quo incitantur et reguntur nautae." Seru. ad Aen. 3, 128 [...]

'''CELEVSTES''', ae. m. [κελευστὴς] "Qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui a Plauto Latine Hortator appellatur, quod ea hortamenta faciat, quae verbo Graeco" Celeusma "dicuntur etiam a Latinis." [...]

'''CELIA''', ae. f. "Potus ex frugibus confectus," de quo Plin. 22 "extr." [...]

'''CELLA''', ae. f. [ταμεῖον, ἀποθήκη] Dicta a Celando, "auctore" Seruio "ad" Aen. 1, 437. [...]

'''CELLVLA''', ae. f. Dimin. Ter. Eun. 2, 3, 18 [...]

'''CELLVLANVS''', i. m. "Monachus, qui in cella vitam transigit" Sidon. Epist. 9, 3.

'''CELLARIA''', ae. f. [ταμία] "Quae praeest cellae." Plaut. Milit. 3, 1, 101 Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset cellaria. "Alii legunt" Geraria: "Alii" Ceraria. "Nihil certi."

'''CELLARIVS [1]''', i m. [ταμίας] "Qui praeest cellae." Plaut. Capt. 4, 2, 114 [...]

'''CELLARIVS [2]''', a, um. Adi. "Vt," Plaut. Milit. 3, 2, 31 Postea sagina ego eiiciar cellaria, "i. impediar de cella me saginare."

'''CELLARIVM''', i. n. ταμεῖον Vet. Gloss.] "Idem quod Cella." Servius "ad" Aen. 1, 707 [...]

'''CELLARIOLVM''', i. n. Dimin. Hieron. adu. Iouinian. 2, 16.

'''CELLARIS''', e. Adi. [οἰκηματιαῖος] "Vt," Columel. 8, 8, 1 Hac eadem ratione palumbos, columbosque cellares pinguissimos facere contingit, "i. qui in cellis aluntur."

'''CELLARIENSIS''', e. "Aliud" Adi. "Vt, Cellarienses species eadem, quae" Cellaria Cod. Theodos. de erogatione militaris annonae l. 32. "et" l. 16 de indulgentiis debitor.

'''CELLATIO''', onis. f. "Cellarum constitutio, i. Series cellarum, videtur" Petron. 77 Domus susum habet cellationem.

'''CELLIO''', onis. m. "Idem qui Cellarius." Inscript. Grut. p. 582 n. 10 D. M. SECVNDI NVNDINI PRIMITIVI CELLIONIS.

'''CELLO''', is, celsum, ere. "Impellere, mouere, vnde" Percello "Obsoletum." [...]

'''CELMVS''', i. m. "siue" CELMIS, "quia Graece" [κέλμις. [...]

'''CELO''', are. [ἀποκρύπτω] "Abscondere, tegere." Ouid. de Arte Am. 2, 409 [...]

'''CELANS''', antis. "Vt," Commissa celans Nepos 15, 3, 2. Persae arcana regum celantes Curt. 4, 6, 5. Vultus celans timorem Lucan. 10, 14.

'''CELATVS''', a, um. Partic. [ἀποκεκρυμμένος] Cic. pro Cluent. 189 c. 66 [...]

'''CELATVM''', i. n. "Vt," Indagator celati, "inter Amoris elogia" Plaut. Trin. 2, 1, 15. "Et" 1, 2, 127 Celata omnia ille pessum dedit.

'''CELATE''', Adu. "Tecte." Ammian. 14, 7 Non celate turbidum saeviebat ingenium.

'''CELATIM [2]''', Adu. [ἀποκεκρυμμένως] "Occulte." Sisenna Hist. 6 Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit, Ex Gell. 12, 15. "Vid." Apul. Met. 4 p. 151, 39.

'''CELATOR''', oris. m. "Qui abscondit." Lucan. 10, 286 Qua Deus, vndarum celator, Nile, tuarum, Te mihi nosse dedit.

'''CELAMEN''', inis. n. "Apud" Apul. Met. 5,... "esse dicitur. Negat Index."

'''CELOX''', ocis. f. [κέλης] Nauigium breue: dictum a Celeritate, "auctore" Nonio 13, 1. [...]

'''CELSINIANVS''', a, um. Adi. "Vt," Porcellus Celsinianus Apic. 8, 7. "ab inuentore."

'''CELSVS''', a, um. Adi. [ὑψηλὸς] "Altus, sublimis, excellens: a" Cello "antiquo verbo: vnde compositum" Excello. [...]

'''CELSE''', Adu. [ὑψηλῶς] "Vt," Celsius assurgunt Claud. in Eutrop. 1, 387. Consurgens celsius Ammian. 25, 4. Gradientes celsius Id. 28, 1. "Conf. et" Columel. 4, 19, 2.

'''CELSITAS''', atis. f. [ὕψος] "Magnitudo, altitudo." Cic. Off. 3, 24 c. 5 Celsitas animi et magnitudo. "Sed Grut. Gronou." Excelsitas.

'''CELSITVDO''', inis. f. "Idem." Vell. Paterc. 2, 94, 2 [...]

'''CELSITONANS''', antis. "Dei epitheton" Theodulfus Carm. 2, 447 Hanc tibi, celsitonans aram, Teudulfus adorno.

'''CELTAE''', arum. [Κελτοὶ] "Galliae populi, de quibus" Caes. B. G. 1 princ. [...]

'''CELTIBERI''', orum. m. pl. [Κελτίβηρες] "Populi Hispaniae" s. "Iberiae, qui a Celtis originem ducunt." [...]

'''CELTIBERIA''', ae. f. [Κελτιβηρία] "Regio Celtiberorum:" Celtiberia cuniculosa Catullo Epigr. 35, 11 [...]

'''CELTIBERICVS''', Adi. [Κελτιβηρικὸς] "A Celtiberia deductum. vnde" Celtibericum bellum, "et" Celtibericam cladem "dicimus. Vid." Plin. 33, 3.

'''CEITICA''', ae. f. [Κελτικὴ] "Tertia Galliae pars." Plin. 4, 17 [...]

'''CELTICVS''', a, um. Adi. [Κελτικὸς] "Apud Poetas pro Gallico in vniuersum ponitur, vt" Celticus cruor Sil. 5, 144. Furor Celticus Idem 4, 190. Rura Celtica Id. 1, 46.

'''CELTES''', is. m. "Sculptoris Instrumentum" Vulg. Iob. 19, 24. Sermones mei Celte sculpantur in silice. "A" celando s. caelando, "i. sculpendo dictus videtur."

'''CELTIS''', [λωτὸς] "Arbor, quae alio nomine" Lotos "appellatur, vbi vid. ex" Plin. 13, 17.

'''CELTIVM''', vocatur genus eximiae testudinis, sed rarae "apud" Plin. 9, 10. "Sed Harduinus ex MSS." Chelyon "v. v."

'''CELYDRVS''', "lege" CHELYDRVS.

== CEM "et" CEN ==

'''CEMVS''', i. f. [κημὸς] "Herba apud" Plin. 27, 8 s. 35. [...]

'''CENAEVM''', i. n. [Κήναιον] "Euboeae promontorium, auctore Strabone lib." 10. "Vbi Hercules a deuicta Oechalia reuersus, Ioui aram exstruxit. Hinc" Cenaeus Iuppiter Ouid. Met. 9, 136. de Hercule.

'''CENARII''', orum. m. "Auri et argenti expurgatores esse coniicit Guther. de Offic. Domus Aug." 3, 9 [...]

'''CENCHRIS [1]''', is. m. "Genus serpentis venenosi." Plin. 20, 22 Adversus serpentes efficax, maxime cenchrin et seolopendras terrestres ac marinas. Lucan. 9, 712 Et semper recto lapsurus limite cenchris.

'''CENCHRIS [2]''', idis. f. "Genus accipitris." Plin. 29, 6 Turturis fimum albugines extenuat: item cochlearum einis, fimum cenchridis: accipitrum generis hanc Graeci faciunt.

'''CENCHRITBS''', ae. m. "Gemmae species," quae veluti sparsa milii grana habere videtur, "vid." Plin. 37, 11.

'''CENCHRIVS''', [Κέγχριος] "Ioniae amnis est ad Ephesum." [...]

'''CENCHRON''', i. n. "Adamantis genus est," quod sit milii magnitudine, κέγχρος "enim milium dicitur," Plin. 37, 4.

'''CENEVS''', "vid." CAENEVS.

'''CENINA''', ae. f. Vrbs, quae fuit vicina Romae, a Cenite conditore appellata, Festus. Ouid. Fast. 2, 135 Te Tatius, paruique Cures, Ceninaque sensit. "Vid. etiam" Propert. 4, 11, 9.

'''CENIS''', "vid." CAENIS.

'''CENITES''', is. m. Viri proprium, qui Ceninam vrbem condidit. Festus.

'''CENOTAPHIVM''', i. n. [κενοτάφιον] "Imaginarium et vacuum corpore sepulcrum: quale" Virgilius "describit" Aen. 3, 301 [...]

'''CENSEO''', ui, sum, ere. [οἴομαι, νομίζω, ἀξιόω] "Putare significat, et, quid putemus, verbis demonstrare." [...]

'''CENSVS [1]''', a, um. "et" CENSITVS, "vid. post" CENSVRA.

'''CENSIO''', onis. f. [τίμησις] "Aestimatio." Plaut. Rud. 4, 8, 9 [...]

'''CENSITIO''', onis. "Idem quod Census." Spartian. in Pescen. Nig. 7 Terras leuare censitione. "Sic" Vespasiani censitione et iussu Frontin. de Coloniis in Calabr. p. 146. "Est" non minus quam

'''CENSITOR''', oris. m. τιμητὴς, ἀπογραφεὺς Vet. Gloss.] "Censor, ab antiquo verbo" Censio "quarti ordinis." [...]

'''CENSOR''', oris. m. [τιμητὴς, τιμητίας] "Qui censet, vix aliter dicitur, quam de magistratu Romano, cuius vim ipsorum veterum verbis descripsisse contenti, reliqua ab antiquitatum scriptoribus repetenda praetermittemus." [...]

'''CENSORIVS''', a, um. [τιμητικὸς] "Quod ad Censorem pertinet." [...]

'''CENSVRA''', ae. f. [τιμητία] "Censoris officium, vel etiam opus, i. animaduersio, reprehensio." [...]

'''CENSVS [2]''', a, um. Particip. [τιμώμενος] "Vt," Censa ciuium capita centum quatuor et viginti millia Liu. 3, 3. [...]

'''CENSITVS''', a, um. "pro" Census "dicitur," in Monumento Ancyrano, quod Imp. Augusti Octau. [...]

'''CENSVS [3]''', ûs. m. [τίμημα, οὐσία, ἐπιγραφὴ) "Dicebatur Aestimatio rerum ac bonorum, secundum, quam tributa pendebantur." [...]

'''CENSVM''', i. n. "Idem, quod" Census. Cic. "apud" Nonium 3, 76 Quorum luxuries fortunata censa peperit.

'''CENSVALIS''', e. Adi. [τιμητικὸς] "Idem, quod Censorius." [...]

'''CENSVARIVS''', a, um. "Idem. Vt," Liberalitates censuariae Spartian. in Adrian. 10. [...]

'''CENTAVRIA''', ae. f. "siue" CENTAVRION, "s." CENTAVRIVM, i. n. [κενταύριον, κενταύρεια] "Genus herbae." [...]

'''CENTAVRIS''', is. f. Plinio 25, 6 s. 32 Tertia est Centaurii species, cognomento Triorchis, eo, quod qui eam secat, a Triorche accipitrum genere "dicatur" impugnari.

'''CENTAVRI''', orum. m. pl. "Qui et" Hippocentauri [Κένταυροι] "Thessaliae populi." [...]

'''CENTAVREVS''', a, um. Adi. [Κενταύρειος] "Vt," Hor. Carm. 1, 18, 8 At ne quis modici transiliat muncra Liberi Centaurea mouet cum Lapithis rixa super mero Debellata.

'''CENTAVRICVS''', Adi. [Κενταυρικὸς] Lustra Centaurica "apud" Stat. Achil. 1, 266 "siluae, in quibus habitant Centauri."

'''CENTAVROMACHIA''', ae. f. "Pugna cum Centauris. Sed" Plaut. Curc. 3, 7, 5 "Thessaliam ipsam iocolariter ita videtur appellasse, quia pars eius a Centauris inhabitata dicitur Poetis."

'''CENTENARIVS [1]''', CENTENVS, CENTESIMVS, CENTIES, "vid." CENTVM.

'''CENTICEPS [1]''', itis. [ἑκατογκέφαλος] "Qui centum habet capita." Horat. Carm. 2, 13, 34 [...]

'''CENTIFIDVS''', a, um. Adi. Prudent. in Symm. 2, 889 Daemon centifidum confundit iter, "de errore multiplici, labyrinthi instar."

'''CENTIFOLIA''', [ἑκατόνφυλλον] "Rosa, de qua" Plin. 21, 4.

'''CENTIGRANIVM''', i. n. "Genus tritici." Plin. 18, 10 s. 21 Fertilissima tritici genera ramosum, aut quod centigranium vocant.

'''CENTIMALIS''', e. Adi. Fistula centimalis Veget. Mulom. 1, 43, 4. [...]

'''CENTIMANVS''', i. m. [ἑκατόγχειρ] "Qui centum manus habet: cuiusmodi fuisse Briareum gigantem refert" Virgil. Aen. 6, 287. [...]

'''CENTIMETER''', tri. m. "A" Sidonio Carm. 9, 265 [...]

'''CENTINODIA''', "siue" CENTENODIA, ae. f. "Herba, quae et" Genicularis "a Latinis, a multis nodis et geniculis dicta, et eadem ratione a Graecis" Polygonon "appellata est, et" Polygonaton: "sunt et qui" Sanguinariam "appellent." [...]

'''CENTIPEDA''', ae. f. "Vermis, de quo sic" Plin. 29, 6 [...]

'''CENTIPELLIO''', onis. m. Plin. 28, 9 s. 42 "de ceruis," Testes

quoque eius inueterati, vel genitale maris salutariter dantur in vino. Item venter, quem centipellionem vocant.

'''CENTIPES''', edis. f. [ἑκατόμπους] "Piscis est alio nomine" Scolopendra "dictus." [...]

'''CENTO''', onis. m. [κέντρων, Vet. Gloss. [γναφάλιον] "Vilis panni vndique consuti et consarcinati nomen." [...]

'''CENTVNCVLVS''', i. m. Diminut. [κεντρώνιον] Liu. 7, 4 [...]

'''CENTONARIVS''', a, um. Adi. "vt," More centonario "vidimus ex" Tertull. de Praescript. [...]

'''CENTRINES''', um. "Genus ficariorum culicum." [...]

'''CENTRVM''', i. n. [κέντρον] "Punctus ex Graecorum vsu, sed in primis, qui est in medio circulo, a quo omnes lineae ad circumferentiam ductae, sunt inter se aequales." [...]

'''CENTRALIS''', e. Adi. [κέντριος] "Vt," Terra centralis, "i. suo centro alterius centro corporis e diametro opposita." [...]

'''CENTRIAE''', "vid." CENTVRIAE n. 5.

'''CENTROSVS''', a, um. Adi. [κεντρώδης] "vt," Centrosa scobs. "i. limatura admodum dura, veluti" centrum, "quod in marmore vel iunipero inuenitur." [...]

'''CENTVM''', [ἑκατὸν] "Nomen numerale indeclinabile, cuius prima litera" C "numerus, quem notat, exprimitur." [...]

'''CENTIES''', Adu. [ἑκατοντάκις] "Quod frequenter sensu illo infinito ponitur, quem in" Centum "modo notabamus." [...]

'''CENTENVS''', a, um. Distributiuum. [...]

'''CENTENA''', ae. f. "Gradus et dignitatis nomen." [...]

'''CENTENARIVS [2]''', a, um. [ἑκατόντειος] Centena "continens. Nempe vt similia in" ARIVS, "denotat non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, ad quas refertur." [...]

'''CENTENIONALIS''', is. m. "Genus pecuniae." Cod. Theod. 9, 23, 2 "Suspicatur Gothofredus post longam disputationem, intelligi denarios argenteos," centum "in libram signatos."

'''CENTESIMVS''', a, um. Adi. [ἑκατοστὸς] "Ordinis proprie, vt sit" centesimus, "ante quem nouem et nonaginta praecesserunt." [...]

'''CENTESIMO''', are. "vt," Decimare exercitum, "dicitur, id est" Centesimum "quemque militem supplicio afficere." [...]

'''CENTICEPS [2]''', "et similia, vid. paullo ante."

'''CENTVMGEMINVS''', a, um. Adi. [ἑκατόγγυος] "Briareus, i. Centies duplex;" secundum fabulas ipse est Aegaeon, Seruius "ad" Virgil. Aen. 6, 287 [...]

'''CENTVMCAPITA''', "quod herbae nomen ponunt, diuisim potius scribendum, et sic scribitur" Plin. 22, 8 s. 9 "postquam, de erynge s. eryngio egit," Ex his candidam nostri Centum capita vocant.

'''CENTVMQVINQVAGENI''', ae, a. Pyramides altae pedum centumquinquagenûm Plin. 36, 13.

'''CENTVMVIGINTI''', Sulcum ducere longiorem quam pedum centumuiginti Colum. 2, 2 "extr."

'''CENTVMVIRI''', "Pluraliter." [...]

'''CENTVMVIRALIS''', e. [ὁ τῶν ἑκατὸν] "Quod pertinet ad Centumuiros."

'''CENTVPLEX''', icis. Adi. [ἑκατομπλασίων] "Vt," Plaut. Pers. 4, 4, 11 Haec nisi inde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum'st. Fructus Prud. Hymn. Ieiun. "extr."

'''CENTVPLICO''', "vnde"

'''CENTVPLICATVS''', a, um. [ἑκατομπλασίως] Plin. 6, 23 s. 26 [...]

'''CENTVSSIS [1]''', "non numi nomen, sed summae aeris, nempe" centum assium, "aestimandum proinde ex diuerso diuersis temporibus assium pretio. Nempe Centum librae aeris, quae argentea primum pecunia signata decem denariis, vel XX victoriatis, vel XL Sestertiis, aestimabantur." [...]

'''CENTVPONDIVM''', "vel quod malunt," CENTVMPONDIVM, [ἑκατόνλιτρον] "Centum librarum pondus." [...]

'''CENTVRIA''', ae. f. [λόχος] "Proprie centenarium numerum notat primo hominum in re praesertim militari, deinde portionum virilium agri assignati." [...]

'''CENTVRIALIS''', e. Adi. "vt," Lapides centuriales A. de Limit. p. 298 "Goes. quibus limites Centuriarum constituuntur in agris." Centuriale aruum. Festus.

'''CENTVRIO [1]''', onis. [ἑκατόνταρχος, λοχαγὸς, ταξίαρχος] "A numero militum dictus, cui praeerat." [...]

'''CENTVRIO [2]''', are. [κατατάττομαι, καταγράφω, κατανέμω] "In centurias distribuere." [...]

'''CENTVRIATVS [1]''', Partie. [κατάτακτος] "In centuriam distributus." [...]

'''CENTVRIATVS [2]''', ûs. m. [λοχαγία] "Dignitas et officium centurionis." [...]

'''CENTVRIATIM''', Adu. [κατὰ λόχους] "Per centurias." [...]

'''CENTVRIATIO''', onis. f. "Dimensio per centurias, apud agrimensores." Sic. Flacc. p. 16 Alii dicunt perticam, alii centuriationem, "etc. Et" Hygin. p. 206 Deduci intra centurationem.

'''CENTVRIONATVS''', ûs. m. [ἑκατονταρχία] "Idem, quod munus Centurionis, s. Centuriatus. Vt," Agere centurionatum Tacit. Ann. 1, 44.

'''CENTVRIONVS''', "vid." CENTVRIO.

'''CENTVRIPE''', es, "siue" CENTVRIPAE, arum. [Κεντουρίπαι, "Ptolemaeo," [Κεντόριπα, "aliis"] "Oppidum Siciliae, sub Aetna monte." [...]

'''CENTVRIPINI''', Centuriparum populi, "Latinae conditionis tempore" Plin. 3, 8.

'''CENTVSSIS [2]''', "vid. ante" CENTVM.

== CEO "et" CEP ==

'''CEOS''', Insula. "Vid."CEA.

'''CEPE''', "s." CAEPE, n. [κρόμμυον] "Indecl. Olus dictum volunt, quod capitis similitudinem habeat, vel quod in caput crescat." [...]

'''CEPA''', ae. f. [κρόμμυον] "Idem." Allioque cepisque Martial. 12, 52. [...]

'''CEPARIVS''', i. m. Lucil. "ap." Non. 3, 67 [...]

'''CEPINA''', ae. f. "Locus cepis consitus." [...]

'''CEPETVM''', i. n. [κρομμυὼν] "Idem." Gell. 20, 8 Cepetum revirescit. [...]

'''CEPITIVS''', a, um. "et" CEPITIVM, i. n. "secundum" Priscianum 6 p. 681 pro eo, quod est Ex genere ceparum. Caepitius capillus, caepitium caput Arnob. 5 p. 155.

'''CEPVLA''', "vel" CEPVLLA, "Cepa." Pallad. 3, 24, 3 [...]

'''CEPAEA''', Plin. 26, 8 Herba est similis portulacae, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara.

'''CEPHALALGIA''', s. CEPHALARGIA, [κεφαλαλγία] "Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetque sub se" Hemicraniam, Cephaleam, "et similes." [...]

'''CEPHALARGICVS''', a, um. Veget. 1, 25, 2.

'''CEPHALAEA''', [κεφάλαια] "Morbus vehemens, quo totum caput infestatur." [...]

'''CEPHALAEOTES''', ae. m. "Capitationis exactor." L. 6 C. Th. de patroc. vicor. "sic interpretante Gothofredo."

'''CEPHALAEVS''', a, um. Adi. "Capitalem, vel de capite aliquid significare potest: sed nondum satis de eo constat." [...]

'''CEPHALENIA''', [Κεφαληνία] "Insula Ionii maris." Plinius "tradit," eam quondam dictam fuisse Melaenam 4, 12 s. 19.

'''CEPHALENES''', "Illius insulae populi." Sil. 15, 305 Saxa Cephalenum, et scopulosis Neriton aruis.

'''CEPHALOTVS''', a, um. Adi. [κεφαλωτὸς] Ac thymbrae speciem, quam commemorant cephaloten Samon. 427. "q. d. capitatam."

'''CEPHALICVS''', a, um. Emplastrum cephalicum Cels. 5, 19 "ad capitis dolores."

'''CEPHALO''', onis. m. Planta palmae Pallad. 5, 5, 2. "Vid. Salmasius ad" Solin. p. 933 b, B. "qui" cephalionem "vocat; alii appellant" Cerebrum.

'''CEPHALVS''', [Κέφαλος] "Deionis filius, Aurorae dilectus, sed maritus" Procris. [...]

'''CEPHENES''', m. [κηφῆνες] "Sic vocatur foetus fucorum," cum formam capere coepit, itemque Sirenes, "vt" apum nymphae Plin. 11, 16. [...]

'''CEPHEVS''', [Κηφεὺς] "Rex Aethiopum Phoenicis filius, et Andromedae pater, socerque Persei." [...]

'''CEPHEIVS''', Adi. [Κηφήιος] "Vt," Arua Cepheia Ouid. Met. 4, 669.

'''CEPHISIA''', "Atticae regionis fons." Plin. 6, 7 In Attica fontes, Cephisia, Larine, Callirhoe enneacrunos.

'''CEPHISVS''', [Κηφισσὸς] "Fluuius Boeotiae: ortum habet in radicibus Parnassi montis." [...]

'''CEPHISIS''', idis. Patronymicum femininum "finxit" Ouid. Met. 1, 369 Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas vndas.

'''CEPHISIAS''', adis. Patronym. "item fem." Ouid. Met. 7, 439 Vidit et immitem Cephisias ora Procrusten.

'''CEPHVS''', [κῆφος] "Animal est apud Aethiopes," pedes posteriores humanis pedibus et cruribus, et priores hominis manibus similes habens. [...]

'''CEPIONIS''', idis. f. "De hac" Plin. 37, 10 s. 56 Ceponides in Aeolidis Atarne -- nascuntur, multis coloribus translucentes, alias vitreae, alias crystallinae, alias iaspideae. [...]

'''CEPITIS''', "siue" CEPOLATITIS, Gemma candida, venarum nodis coeuntibus candore imaginem regerens Plin. 37, 10 s. 56.

'''CEPOS [1]''', "Latine Hortus dicitur. Hinc"

'''CEPOS [2]''', Aphrodites, "Hortus Veneris, herba, alias Cotyledon." Apul. de Herb. c. 43.

'''CEPOTAPHIVM''', i. n. "Sepulcrum in horto." Inscript. Fabrett. pag. 115.

'''CEPVRICA''', [κηπουρικὰ] "Graeci appellant, quae ad hortorum curam pertinent, aut in hortis seruntur." [...]

'''CEPVROS''', i. m. "Hortulanus. Sic tertium librorum Apicius inscripsit."

'''CEPPHICVS''', [κεπφικὸς] "Aiunt esse adiectiuum, a" ceppho "auicula leuissima tractum, et tribuunt" Cic. Att. 13, 31 De epistola ad Caesarem, [κεπφικὰ, "i. leuia sunt, aut fatua." [...]

'''CEPVS''', [κῆπος] "Animal. Vid."CEPHVS.

== CER ==

'''CERA''', ae. f. [κηρὸς] "Opus illud apum, quod relinquitur melle expresso fauis." [...]

'''CERVLA [1]''', ae. f. Dimin. [κηρίδιον] Cic. Att. 16, 11 Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. [...]

'''CERO''', are. [κηρόω, Vet. Gloss.] "Cera linere." Columel. 12, 50 Nam fere sexta quaque oliuitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt, "etc."

'''CERATVS''', Partic. [κηρωτὸς] "Vt," Tabella cerata. [...]

'''CERIFICO''', are. [κηροποιέω] "Ceram facere." [...]

'''CERATVRA''', ae. f. [κήρωσις] "Cera inducta, vel inducenda." [...]

'''CERATVM [1]''', "siue" CEROTVM, i. n. [κηρωτὸν] "Medicamenti genus medium inter vnguenta, quae liquidiora, et spissiora emplastra.: quod tamen ipsum gradus huius rei recipit: prout plus vel minus olei cerae miscetur et rebus siccis." [...]

'''CEROTARIVS''', i. m. "Seplasiarius." Octau. Horatian. 1, 9. Theod. Prisc. de Diaeta c. 10.

'''CERATORIVM''', i. n. "Ceratum." Chalasticum Marc. Empir. c. 35. Ceratoria apponere Cael. Aurel. Tard. 2, 3.

'''CERARIVS [1]''', i. m. [κηροπώλης] Gloss. Gr. Lat. "Qui cera, vel cereis negotiatur."

'''CERARIA''', ae. f. "Legitur a quibusdam." Plaut. Milit. 3, 1, 102 Quia nihil abstulerit succenset ceraria. "al." Geraria. Gronou. "suspicatur" Geraera.

'''CERARIVM''', i. n. "Pecunia, quam pro cera magistratus a Prouincialibus exigebant." [...]

'''CEREVS [1]''', Adi. [κηρινὸς] "Quod ex cera factum est." [...]

'''CEREVS [2]''', i. m. Substant. [κηρινὸς] "intell." Lychnus. [...]

'''CEREOLVS''', Adi. Dimin. Colum. 10, 404 [...]

'''CERINVS [1]''', Adi. [κηροειδὴς] "Quod cerae simile est." [...]

'''CERINARIVS''', "s." CARINARIVS, i. "Qui flauo colore tingit." Plaut. Aul. 3, 5, 36. "Conf. Turneb. Adu. 14, 5."

'''CERIPHORVS''', "vid." CEROFERARIVS.

'''CERITIS''', tidos. f. [κηρῖτις] "Gemma." Cerae similis Plin. 37, 10 s. 56. [...]

'''CEROMA [1]''', "vid. post deriuata ex" CERNO.

'''CEROSVS''', Adi. [κηρώδης] "Ceram habens admistam: vnde" Mel cerosum, "nondum despumatum, et adbuc cera commistum" Plin. 32, 3 s. 13.

'''CERACHATES''', [κηραχάτης] Gemma est ex Achatae generibus, cerae colorem prae se ferens Plin. 37, 10.

'''CERAMICVS''', i. m. [κεράμεικος] "Proprie est Figuli officina." [...]

'''CERAMITES''', κεραμίτης] "Gemma est teste colorem habens, vnde et nomen accepit. nam" [κέραμος "testam, vel tegulam sonat" Plin. 37, 10.

'''CERAMIVM''', [Κεράμιον] "Locus Romae putatur, in quo Milo domum habebat." [...]

'''CERARIVS [2]''', "vid." CERA.

'''CERAS''', Amaltheas. [κέρας ἀμαλθεῖας] "i. e." Copiae cornu, Festus. [...]

Plin. "9, 15 vocat" Aureum cornu.

'''CERASTES''', ae. "vel" CERASTIS, is. m. "vel" CERASTA, ae. [κεράστης] "Genus serpentis." [...]

'''CERASTIBOLA''', "apud" Varronem "est" de L. L. 6, 3 p. 76, 24 Cerastibola Opilius scribit circum coxendices sunt nobis. "Sed corruptum censet Scaliger. Vid."STREBVLA.

'''CERASVS''', i. f. [κέρασος] "Arbor satis nota cum nomen fere servet in hodiernis linguis, a Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta: quam quum Lucullus deleuisset, inde illam transtulit, et a ciuitate" cerasum "appellauit." [...]

'''CERASVM''', i. n. [κεράσιον] "Fructus cerasi." [...]

'''CERASINVS''', a, um. Adi. Similis cerasis. Petron. 28 Cerasino succinctus cingulo, "vbi" Gloss. Cerasinum russeum, a colore eius fructus. Tunica Id. c. 67.

'''CERATAVLES''', "pro" Camptaules, "ap." Vopisc. Carino c. 19 "legit Salmas. qui cornu incinit."

'''CERATIAS''', ae. m. "Cometae nomen" [ἀπὸ τοῦ κέρατος, "a cornu." Plin. 2, 25 Ceratias cornus speciem habet, qualis fuit quum Graecia apud Salamina depugnauit.

'''CERATIA''', ae. "Genus herbae: de qua" Plin. 26, 8 s. 34, 8 Ceratia vno folio, radice nodosa et magna, in cibo coeliacis et dysentericis medetur.

'''CERATINAE''', arum. f. [κεράτιναι] "Species est ratiocinationis Sophisticae, dicta a cornibus, id est a materia ipsa, qua vtuntur, qui hoc genere argumenti delectantur." [...]

'''CERATITIS''', "Herba." Plin. 20, 19 s. 78 [...]

'''CERATIVM''', Graece [κεράτιον, "Siliqua Graeca, foenum Graecum." [...]

'''CERATOIDES''', ae. [κερατοείδης] "Tunica oculi, quam" Corneam "vulgo appellant, quia pelluceat, vt cornu attenuatum." [...]

'''CERATVM [2]''', "vid." CERA.

'''CERAVLA''', ae. f. [κεραύλης] "Cornicen." [...]

'''CERAVNVS''', i. [Gr. [κεραυνὸς] "Fulmen est, Vnde Ptolemaeorum vnus nomen accepit, quem" fulmen belli "dicere adulatores vellent." [...]

'''CERAVNIVS''', Adi. "Variis rebus tributum, et per ellipsin Substantiue vsurpatum. Sic"

'''CERAVNIA''', "et" CERAVNIVM, i. n. "Gemma est candida et vehementer fulgens." [...]

'''CERAVNOBOLOS''', "Tabula Apellis, in qua tonitrua pinxerat." Plin. 35, 10 Pinxit et quae pingi non possunt tonitrua, fulgetra, fulguraque: Bronten, Astrapen, Ceraunobolon appellant.

'''CERBERVS''', i. m. [Κέρβερος] "Canis triceps apud inferos, stupendae immanitatis." [...]

'''CERBEREVS''', Adi. [Κερβέριος] "Vt," Stat. Silu. 5, 1, 249 [...]

'''CERCERIS''', "Amphibium." Varr. de L. L. 4, 13 p. 21, 36. "Sed vitiosum esse videtur. Vid."QVERQVEDVLA.

'''CERCITIS''', "inter olearum genera est" Colum. 5, 8, 3. "Sic enim leg. pro" CIRCITIS "et Sylburgius in Ind. suadet, et Morgagnus."

'''CERCIVS''', "vid." CIRCIVS.

'''CERCOLIPS''', Genus simiae, quae vltimam partem caudae villosam habet. [...]

'''CERCOPITHECVS''', i. m. [κερκοπίθηκος] "Compositum nomen ex" [κέρκος, "cauda, et" [πίθηκος, "simia, vt sit Simia caudata." [...]

'''CERCOPS''', opis. m. [κέρκωψ] "Animal cauda spectabile, volunt Graeci." [...]

'''CERCOS''', Auis: "lege" CIRCOS, "et vide suo loco."

'''CERCVRVS''', "siue" CERCVRON, [κέρκουρος] Nauis Asiana praegrandis, auctore Nonio 13, 4. [...]

'''CERCYON''', onis. m. [Κερκύων] "Arcas, latro insignis, qui omnem Atticam regionem latrociniis infestabat immani ferocia, et membrorum robore curuans trabes, et altissimas pinus ad terram trabens." [...]

'''CERCYONEVS''', Adi. [Κερκυώνειος] "Vt," Ouid. in Ibin 412 Quaeque Ceres vidit laeto pereuntia vultu Corpora Thesea Cercyonea manu.

'''CERDO''', onis. m. βάναυσος] "Quicunque lucrum quaerit sordidum, et artes illiberales exercet, quaestus gratia, qui Graece" [κέρδος "dicitur." [...]

'''CERE''', ''vid.'' CAERE.

'''CEREALIS [1]''', ''vid.'' CERES.

'''CEREBER''', bri. m. ''Antiquis dicebatur idem quod'' Cerebrum. Vet. Gloss. Ceereber [ἐγκέφαλος. ''Sed'' Caper de Orthogr. p. 2245 ''Putsch.'' Hoc Cerebrum est. Nam Cereber qui dicunt, sine cerebro viuunt.

'''CEREBRVM''', i. n. [ἐγκέφαλος] Plin. 11, 37 [...]

'''CEREBELLVM''', i. n. Dimin. [ἐγκεφάλιον] Plin. 29, 5 Cerebello gallinaceo occurritur. [...]

'''CEREBELLARE''', is. n. ''Puluillus capiti apponendus.'' Caput cerebellari communire Veget. Mulom. 2, 11, 3. 3, 33, 2. ''Add.'' 3, 12, 6.

'''CEREBROSVS''', Adi. [αὐθάδης, ὀξύχολος] ''Qui cerebri vitio morosus est et irritabilis.'' [...]

'''CEREFOLIVM''', i. n. ''Herba, alias'' Chaerephyllon. Apul. de Herb. c. 104. Pallad. Febr. 24, 9. ''et'' Sept. 13, 3. ''vbi tamen'' Caerefolium ''scribitur.''

'''CEREMONIA''', ''vid.'' CAEREMONIA.

'''CERES''', eris. [Δημήτηρ, Δήμητρα, Δηὼ, Κυρήβα] ''Saturni atque Opis filia, quae genuit ex Ioue Proserpinam.'' [...]

'''CEREALIS [2]''', e. [Δημήτριος] "Quod ad Cererem pertinet." [...]

'''CERITVS''', "vel" CERRITVS, "potius, quasi" Cereritus. [δημητρόληπτος, νυμφόληπτος, παρεμμανὴς, παρεμφάρακτος, "quae omnia sunt in" Vet. Gloss.] Festo, Furiosus. [...]

'''CEREROSVS''', a, um. "Insanus." [Δημητρόληπτος, Vet. Gloss. "Vid. mox" CERITVS.

'''CERETANI''', [Κεῤῥητανοὶ] "Populi Hispaniae sub Pyrenaeis, apud quos generosa vina nascebantur." [...]

'''CEREVISIA''', "vid." CERVISIA.

'''CERIA''', ae. f. [κηρία] Genus potionis, quo vtuntur Hispani. [...]

Plin. 22 "extr."

'''CERINTHA''', ae, "vel" CERINTHE, es. f. [κηρίνθη] "Genus berbae." [...]

'''CERINTHVS''', i. m. Quam alii Sandaracam, alii Erithacen vocant, cibus apum est, dum operantur, qui saepe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, et amari saporis. [...]

'''CERINVS [2]''', "vid." CERA.

'''CERION''', i. [κηρίον] "Fauus. It. vlceris genus." Plin. 20, 2 s. 6 Radix "peponis" sanat vlcera concreta in modum faui, quae ceria vocant. "Est igitur fistulosum genus in varias cellulas veluti diuisum. Idem" MELICERIS. [...]

'''CERITES''', "vel" CERITIS, "gemma vid. sub " CERA.

CERE, CERITES, "populus. Vid." CAERE.

'''CERITVLVS''', Adi. Dimin. Mart. Capell. 8 p. 272 Assimulare quemquam vel cerritulum garrientem.

'''CERIVM''', "vid." CERION.

'''CERMALVS''', Locus in vrbe sic nominatus, Festus. "Vid."GERMALVM.

'''CERNO''', creui, cretum, ere. [κρίνω, βλέπω, διακρίνομαι] "Prima et propria significatione, quam seruant composita" Discerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, "quamque habet e Graeco fonte" [κρίνω, "est separare, discernere, dirimere." [...]

'''CERNENS''', entis. Omnes longo ordine cernens Virgil. Aen. 6, 482. "et" 4, 408 Quis tibi tunc, Dido, cernenti Italia sensus? Caeli scintillare omnia templa cernentes Lucret. 6, 644. "Add." Nep. 7, 9, 3.

'''CERNENDVS''', nulli Ouid. ex Ponto 3, 5, 4. "vulgo inuisibilis."

'''CERNITVS''', a, um, "pro" Cretus. Lomentum Fabaceum bene cernitum Theod. Prisc. 2, 4.

'''CRETVS [1]''', a, um. "Cribratus." Cretum tus Scrib. 222. "Add." 70, 145. Bene cretus cinis Pallad. 10, 22.

'''CERTVRA''', ae. f. Triginta columbis volantibus diurni tres sextarii tritici sufficient, aut creturae Pallad. 1, 24. [...]

'''CERNENTIA''', ae. f. "Visus." Mart. Capell. 4 p. 115 Opponuntur sibi -- vt habitus orbationi, vt Cernentia caecitati: "est igitur habitus cernendi."

'''CRETIO [1]''', onis. f. "Sollemnitas, quae adbibebatur in adeundis hereditatibus: vel Ipsa hereditatis aditio." [...]

'''CERNVO''', are. κύπτειν, κυβιστᾷν Vet. Gloss.] "Est quasi cernendi causa caput profunde demittere." [...]

'''CERNVVS''', Adi. [πρηνὴς, κύψας] Non. 1, 76 [...]

'''CERNVLO''', are. "pro" Cernuo, "meliores habent." [...]

'''CERNVLVS''', a, um. Adi. "Idem quod" Cernuus, "cum quo etiam permatatur, v. g." Apul. 9 p. 235, 28 Supra mensam cernulus corruens. Cernulus, πεταυριστὴς; Cernui, [πεταυρισταὶ Vet. Gl.

'''CEROFERARIVS''', "vel" CERIPHORVS, i. m. "Clericus, cuius munus erat ad sacrorum mysteriorum pompam accensos cereos ferre. Alio nomine vocabatur" Acolythus s. Acoluthus. "Vid." Isid. 7, 12. Ἀκόλουθος, κηροφόρος, κηριάπτης Gl. Vet.

'''CEROLIA''', ae. f. "videtur fuisse loci nomen in vrbe antiqua." [...]

'''CEROMA [2]''', atis. n. [κήρωμα] "Oleum ceratum, quo athletae vngebantur." [...]

'''CEROMATICVS''', Adi. "Vt," Collum ceromaticum Iuuen. Sat. 3, 68. "i. Ceromate perunctum."

'''CERON''', "Fontis nomen, de quo sic" Plin. 31, 2 s. 9 Eudicus in Hestiaeotide fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo bibentes oves nigras fieri: Nelea, ex quo albas: ex vtroque autem varias.

'''CERONIA''', "Ficus nomen." Plin. 13, 8 s. 16 Similis et quem Iones Ceroniam vocant, trunco et ipsa fertilis, sed pomo siliquae. Gr. [Κερωνία. "Vid. Salm. ad" Solin. p. 326 sqq.

'''CEROSTROTVM''', i. n. [κερώστρωτον] "Quasi tu dicas" cornu stratum, "vt" lithostroton "lapide vel tessellis e lapide constratum et coagmentatum opus." [...]

'''CEROTVM''', "vid." CERATVM.

'''CERRITVS''', "vid." CERITVS, "sub" CERES.

'''CERRONES''', Leues et inepti a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt vsi, quas Graeci γέῤῥας appellant. "Haec" Festus. "Sunt itaque" Cerrones, "qui" Gerrones, "vbi vid."

'''CERRVS''', i. f. [ἄσπρις, ὀξύη, αἰγίλωψ] "Arboris species ex glandium genere." [...]

'''CERRINVS''', Adi. [ἀσπρινὸς] Plin. 30, 10 Quidam pectus eius bibendum censent, et in cerrino calice.

'''CERREVS''', "Idem." Plin. 16, 6 Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem, "etc." Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. "Add." Colum. 9, 20, 5.

CERTABVNDVS, CERTAMEN, CERTATOR, "vid." in CERTO.

'''CERTE [1]''', "vid." CERTVS.

'''CERTO [1]''', are. [ἀγωνίζομαι, ἁμιλλῶμαι, ἀθλέω] "Superare studere alium, contendere; quasi forma frequentatiua a" Cerno, "vbi vid." n. 5. Non. 4, 61 [...]

'''CERTANS''', Partic. [ἀγωνιζόμενος] "Vt," Certantes pugnis, calcibus, vnguibus, morsu Cic. Tusc. 5 c. 27. [...]

'''CERTANTER''', Paullin. Petrocor. 6, 489 Aut si certanter rapuissent flumina coetus.

'''CERTATVS [1]''', " Partic. passiuum." [...]

'''CERTAMEN''', inis. n. [ἀγὼν, ἆθλος, ἅμιλλα, ἁμίλλημα] "Certandi actus, Certatio." [...]

'''CERTATIO''', onis. f. [ἀγώνισις] "Ipse actus, contentioque certantium." [...]

'''CERTATIM''', Adu. [ἀγωνιστὶ] "Cum contentione: quando alius alium praeire et superare conatur in re aliqua." [...]

'''CERTATOR''', oris. m. Ἀγωνιστὴς Vet. Gloss.] Agrestes et indomiti certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur, "i. disputatores" Gell. 12, 10. [...]

'''CERTABVNDVS''', Adi. Apul. Apol. p. 288, 23 Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro magno de veritate regni certabundus, baculo sceptri vice gloriabatur.

'''CERTATVS [2]''', ûs. m. [ἀγώνισμα] "Idem quod Certamen." Stat. Silu. 3, 1, 153 Ridetque benigna Parthenope Gentile sacrum, nudosque virorum Certatus, et parua suae simulacra coronae.

'''CERTVS''', a, um. Adi. [ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος, ἀσφαλὴς, εὐεξέλεγκτος] "Clarus, et indubitatus, a" Cerno, "Video, quia ea, quae cernimus, clara et indubitata sunt." [...]

'''CERTIORO''', are. φανεροποιῆσαι Gloss. Vet.] "i. certiorem facere." [...]

'''CERTIOROR''', are. [παρεγγυᾶσθαι] "Certiorem fieri." [...]

'''CERTIORATVS''', Partic. Vlpian. in l. Quod et lex. D. de libero homin. exhib. [...]

'''CERTISSO''', are. "Certus fio." Pacuuius "apud" Nonium 2, 160 Vocant coquos, vnde certissent. "Sed Mercer." Aquae eccos. Nonius "explicat," Certa fiant.

'''CERTITVDO''', inis. f. "Legitur apud" Amm. Marcell. 30 "post princ." In cuius fidei certitudine mansit immobilis. [...]

'''CERTIFICO''', CERTIFICATOR, CERTIFICATIO, "ICtorum sunt."

'''CERTE [2]''', [ἀμέλει, νὴ δία] Adu. "Confirmantis." [...]

'''CERTO [2]''', Adu. [ἀσφαλῶς, ἀναμφιλόγως] "Sine dubio." Plaut. Men. 5, 8, 9 [...]

'''CERVA [1]''', CERVARIVM, "vid." CERVVS.

'''CERVCHVS''', i. m. [κεροῦχος] "Funis, quo antenna ab vtroque extremo" s. "Cornu suo religatur ad malum." [...]

'''CERVICAL [1]''', ''vid.'' CERVIX.

'''CERVINVS [1]''', ''vid.'' CERVVS.

'''CERVISIA''', ''vel, vt quidam malunt,'' CEREVISIA, ae. f. ''Ge nus potus ex hordeo'' Plin. 22 ''extr.'' [...]

'''CERVIX''', icis. f. [αὐχὴν] ''Posterior colli pars, vertebris constans, per quas cerebri propago medulla spinalis descendit.'' [...]

'''CERVICAL [2]''', "vel" CERVICALE, is. n. [προσκεφάλαιον] Denom. "a" Ceruicibus: "significat Ceruicis sustentamentum." [...]

'''CERVICATVS''', Adi. "Obstinatus." Vulg. Interp. Sirac. 16, 11.

'''CERVICOSVS''', Adi. "Idem. Vt," Ceruicosi Iudaei. Ambr. "Vid." Voss. de Vit. L. L. 3. 4.

'''CERVICOSITAS''', atis. f. Sidon. Epist. 7, 9.

'''CERVICVLA''', ae. f. [αὐχένιον] Dimin. "a" Ceruix. Cic. Verr. 3, 49 c. 19 [...]

'''CERVLA [2]''', "vid." CERA.

'''CERVLEVS''', "vid." CAERVLEVS.

'''CERVS''', "Sanctus fuit apud priscos Latinos, si credimus Scaligero ad" Festum, "vid." CAEREMONIA. [...]

'''CERVSSA''', ae. f. [ψιμμύθιον] "Genus metalli facticii, quod describemus verbis" Plin. 34, 18 s. 54 [...]

'''CERVSSATVS''', a, um. Adi. [ψιμμυθιωτὸς] "Fucatus Cerussa." Martial. 2, 41 Cerussata timet Sabella solem. "Sic" Cerussata candidiora cute. Martial. 7, 24. Cic. in Pison. 25 c. 11 Cerussatae buccae.

'''CERVVS''', i. m. [ἔλαφος] "Animal cornibus et celeritate notum: dictum quod" [τὰ κέρατα, "i." Cornua gerat, "auctore" Festo. [...]

'''CERVA [2]''', ae. f. Plin. 25, 8 [...]

'''CERVVLA''', ae. f. Dimin. Augustin. Serm. de temp. 215.

'''CERVVLVS''', i, m. Dimin. Frontin. Strat. 1, 5, 2 Vallum ceruulis et alio genere materiae constructum incendit. "Vid." CERVVS n. 2.

'''CERVARIVS''', a, um. Adi. [ἐλάφειος] Plin. 27, 11 s. 76 [...]

'''CERVINVS [2]''', "Aliud" Adi. [ἐλάφειος] "Vt," Ceruinum cornu Varro de R. R. 3, 9, 14. [...]

'''CERYCIVM [1]''', "vid. statim post." CERYX.

'''CERYX''', vcis. m. [κήρυξ] "Graecis praeco est." [...]

'''CERYCIVM [2]''', i. n. [κηρύκειον] "Insigne Cerycis." [...]

== CES ==

'''CESALE''', "Legebant viri docti" Colum. 2, 15, 7 "vbi cum" culina "iungitur, et" quotidie emundari "iubetur: intelligebantque locum, vbi purgamus ventrem. Sed placuit deinde" Caseale, "a" Caseis "dictum, vbi vid."

'''CESENA''', "vid." CAESENA.

'''CESPES''', "vid." CAESPES.

'''CESPIVS''', "vid." CISPIVS.

CESSICVS, CESSIM, CESSO, "vid." CEDO.

'''CESTICILLVS [1]''', "vid. post" CESTVS.

'''CESTRON''', s. CESTROS, i. [κέστρον] [Κέστρον, Vetonica Vet. Gloss. "sic enim leg. pro vulgato" [Κεστὸς, Vertonica. [...]

'''CESTROSPHENDONA''', ae. f. [κεστροσφενδόνη] "Teligenus, quod describemus verbis" Liuii 42, 65 [...]

'''CESTROTVM''', i. n. [κεστρωτὸν] "Picturae genus." [...]

'''CESTRVM''', i. n. [κέστρον] "Instrumentum, quo cauatur ebur, vt modo vidimus ex" Plin. 35, 11 s. 41. [...]

'''CESTVS''', i. m. [κεστὸς] "Cingulum Veneris, quo ipsa Martem, et Iuno Iouem conciliabant." [...]

'''CESTICILLVS [2]''', i. m. Dimin. Circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite. Festus.

== CET ==

CETARII, CETE, "vid." CETVS.

'''CETHEGVS''', "Cognomen familiae, de gente et populo velut Corneliorum, cuius hic propter frequentem vsum et Antonomasias Poetarum facienda mentio est." [...]

'''CETO''', ûs. f. [Κητὼ] "Ponti et Terrae filia, Phorcyos coniux, mater Gorgonum." [...]

'''CETRA''', "vel" CAETRA, ae. f. [πέλτη] Scutum loreum, quo vtuntur Afri et Hispani "auctore" Seruio "ad illud" Virg. Aen. 7, 732 [...]

'''CETRATVS''', a, um. Adi. [πελταστὴς] "Qui cetra vtitur." [...]

'''CETOS''', n. "it." CETVM, "it." CETVS, i. n. "et" m. [κῆτος] "Belua marina." [...]

'''CETARIAE''', arum. [κητοτροφεῖα] "Loca iuxta mare, stagnante lacu, in quibus thynni, et alii huiusmodi pisces capiuntur et iuxta saliuntur." [...]

'''CETARIA''', orum. n. "Idem." Hor. Serm. 2, 5, 4 [...]

'''CETARIVS''', i. m. [κητοπώλης] Qui cete, "i." magnos pisces venditat, et bolonas exercet, "auctore" Donato "ad" Ter. Eun. 2, 2, 26 [...]

'''COGNOMEN''', inis. n. [ἐπίκλησις, ἐπωνυμία, φερώνυμον] "Nomen alteri nomini gentis aut familiae adiunctum, quod fere ab euentu aliquo imponitur alicui, ab eoque ad posteros transmittitur." [...]

'''COGNOMINIS''', e. Adi. [ὁμώνυμος] Festus: Cognomines, Qui eiusdem sunt nominis. [...]

'''COGNOMENTVM''', i. n. [ἐπώνυμον] "Idem." Plaut. Mil. 4, 2, 47 [...]

'''COGNOMINO''', are. [ἐπονομάζω] "Cognomine notare." Plin. 21, 3 [...]

'''COGNOMINATVS''', a, um. Partic. [ἐπονομαστὸς] Cic. Partit. 53 c. 15 [...]

'''COGNOMINATIO''', onis. f. Afran. "apud" Nonium 2, 144 Genus cognominationis.

'''COGNOSCO''', oui, itum, ere. [γινώσκω, γνωρίζω, διαγινώσκω, ἐπιγινώσκω] Cognoscere "dicimur proprie adhuc ignota, vt agnoscere, quae olim cognita recognoscimus." [...]

'''COGNOSCENS''', tis. Part. "Separatim poni meretur, vel ob locum" A. ad Her. 4, 25 c. 18 Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum et sui cognoscentem videre in potestate quis speret?

'''COGNOSCENTER''', Adu. "Vt," Tertull. adu. Marc. 4, 22 Manifesta te mihi, vt cognoscenter te videam.

'''COGNOSCENTIA''', ae. f. "Apud" Mar. Victorin. adu. Arium. 1,..

'''COGNITVM''', COGNITV, Supin. Festus, Cognitu facilia eadem ratione dicitur, qua Dictu facilia, et Perspectu, et Factu facilia. Val. Max. 5, 7, 1 Cognitu iucundius.

'''COGNITVS''', a, um. Partic. [ἐγνωσμένος] "Vt," Plin. 12, 4 [...]

'''COGNITIO''', onis. f. [γνῶσις, γνώρισις, ἐπίγνωσις] Cic. Acad. 1, 15 c. 4 [...]

'''COGNITOR''', oris. m. [γνώστης, γνωστὴρ, διαιτητὴς] "Qui cognoscit: sed vix aliter, quam in iudicio, idque ipsum diuersa ratione." [...]

'''COGNITVRA''', ae. f. "Procuratio, siue Munus, quo quis fungitur, quum in foro est cognitor." [...]

'''COGNITIONALIS''', is. m. "Officii genus, vt Rationalis." [...]

'''COGNITIONALITER''', Adu. "Cum causae cognitione. Vid." l. 3 C. de quaest. "it." l. 12 C. de reuocat. donat.

'''COGNOSCIBILIS''', e. Adi. "Hinc"

'''COGNOSCIBILITER''', Adu. Vulg. Interpr. Sap. 13, 5 A magnitudine enim speciei et creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri. Gr. [ἀναλόγως, "quod non assecutus est."

'''COGNOBILIS''', e. Adi. [εὔγνωστος] "Qui cognosci potest." Gell. 20, 5 [...]

'''COGO''', egi, actum, ere. [συνάγω] "E" Con "et" Ago "compositum: significat In vnum colligere, sed fere, vt conatus quidam maior et vis intelligatur, siue proprie sumatur, siue metaphorice." [...]

'''COGENS''', entis. Partic. [ἀναγκάζων] "Vt, Arbores" Aliae, nullis hominum cogentibus, ipsae sponte sua veniunt Virgil. Georg. 2, 10. [...]

'''COACTVS [1]''', a, um. Partic. [συναχθεὶς] "Vt," Coactae naues Caes. Bell. Ciuil. 1, 34. [...]

'''COACTE''', Aduerb. Tertull. de Baptismo 12 [...]

'''COACTIM''', Aduerb. Sidon. Epist. 9, 16 Raptim coactimque exscribere.

'''COACTVS [2]''', ûs. m. [ἀνάγκασμα] Cic. Verr. 2, 74 c. 29 [...]

'''COACTVRA''', ae. f. [συναγωγὴ] Columel. 12, 50, 3 Vt separetur, et seorsum reponatur vniuscuiusque diei coactura, "h. e." Quantum oliuarum vnoquoque die collegeris, siue congregaueris.

'''COACTILIS [2]''', e. Adi. [πιλωτὸς, Vet. Gloss.] "Ex ea notione verbi ducitur, qua" Lanam coactam "dici, et simpliciter" coacta, "obseruavimus." [...]

'''COACTILIARIVS''', i. "Videtur, qui" coacta "vel" coactilia "conficit." [...]

'''COACTILICIA''', "vel" COACTILIARIA, taberna vero, "quam quidam tribuunt" Capitolino, Coctilicia "est, de qua sub" COQVO.

'''COACTIO''', onis. f. [ἀγγαρία, εἴσπραξις] "Vt," Causae in breue coactio Ascon. in Verr. p. 76. [...]

'''COACTOR''', oris. m. [εἰσπράκτωρ] Coactores "olim in auctionibus dicebantur, quasi Quaestores quidam, qui ab his, quibus singulae res in auctione attributae fuerant, pretium exigebant, quasi collectores, quia pecunias cogebant, id est colligebant." [...]

'''COACTO''', are. Frequent. [ἀναγκάζομαι] "Vehementer cogere." Lueret. 6, 1159 [...]

== COH ==

'''COHABITO''', are. [συνοικέω] Hostes Romae cohabitare coercuit Mess. Coruin. p. 15. Romae cohabitandos destinat Ib. p. 17.

'''COHABITANS''', antis. Augustin. Ep. 12 ad Hieron.

'''COHABITANTIA''', ae. f. [συνοικία] Simulare matrimonii cohabitantiam Adelh. de Virg. 20.

'''COHABITATIO''', onis. f. Augustin. Ep. 137 "sub fin." Cohabitatio Paulli Apostoli, "i. qui cum illo, et domi illius habitarent."

'''COHABITATOR''', oris. m. [συνοίκος, ὁ ἅμα οἰκῶν, Gloss. Lat. Gr.] "Add." Cassiod. 3, 48. Augustin. Serm. 1 fer. 2 Pentec.

'''COHAEREO''', si, sum, ere. [συνάπτομαι, συμφύομαι, συνέχομαι] "Eiusdem fere significationis, cuius est" Adhaereo. [...]

'''COHAERENS''', entis. Partic. Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 [...]

'''COHAERESCO''', ere. [συνέχομαι] Cic. de Natur. Deor. 1, 54 c. 20 Quae interiecto inani cohaerescunt, tamen inter se, "etc. De atomis. Et" de Fin. 1, 17 Atomos ita ferri, vt concursionibus inter se cohaerescant. [...]

'''COHAERENTIA''', ae. f. [συναφὴ] "Coniunctio, et quasi coagmentatio." [...]

'''COHAERENTER''', Adu. Florus 2, 17, 5 In Hispania prope ducentos per annos dimicatum est, a primis Scipionibus in primum Caesarem Augustum, non continue, nec cohaerenter, sed prout lacessierant.

'''COHAESVS''', a, um. "Idem ac Cohaerens." Gell. 15, 16 In naturam rediit, stricta denuo, et cohaesa, "de arbore, quam diuellerat Milo."

'''COHAERARIVS''', "quod vulgo legebatur in" Cic. de Leg. 3 c. 4 "a Gronou. eliminatum est, et coërator restitutum."

'''COHAERES''', "s." COHERES, edis. [συγκληρονόμος] "Qui simul heres institutus est." [...]

'''COHIBEO''', ui, itum, ere. [ἐπέχω, κατέχω, συνείργω] "Idem fere, quod contineo, coerceo," habeo "ita, ne discedere, aut dissipari possit, aut euagari adeo." [...]

'''COHIBENS''', entis. Partic. "Vt," Cohibens ventos carcere Ouid. Met. 14, 224. [...]

'''COHIBENTIA''', ae. f. Gloss. Lat. Gr. Cohibentia, [ῥαθυμία, συνοχή.

'''COHIBITVS''', a, um. "Vt," Subtile dicendi genus et cohibitum Gell. 7, 14. [...]

'''COHIBITIO''', onis. f. [ἐποχὴ] Cic. Verr. 3, 37 c. 14 [...]

'''COHIBILIS''', e. Adi. "Ad breuitatem concinnam, et intra suum se modum continentem, referri videtur." [...]

'''COHIBILITER''', Adu. "Idem." Apul. "extr." Florid. Fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter. [...]

'''COHIRCINATIO''', onis. f. "Quasi hircinae lasciuiae societas legitur a quibusdam in" Apul. Apol. "vbi sic ex MSS. Elmenh." p. 322, 33 Quae tamen omnia -- omnimodis collurcinationibus dilapidauit.

'''COHONESTO''', are. [σεμνύνω, καλλύνω, τιμάω] "Idem, quod" Honestare: "nisi aliquid ornatus, et incrementi adferre dicamus ipsam compositionem." [...]

'''COHONORO''', are. Festus de Coronis: Coronae dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

'''COHORREO''', ui, ere. [συμφρίττω] ''vel'' COHORRESCO, ere. ''Magno horrore vndique, s. toto corpore affici.'' [...]

'''COHORS''', CORS, CHORS, tis. f. ''Eiusdem originis nomen, et significationis primitiuae.'' [...]

'''COHORTICVLA''', ae. f. Dimin. Cic. Fam. 8, 6 Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.

'''COHORTALIS''', "s." CHORTALIS, e. Adi. "a" Cohorte "villae. Vt," Cohortales aues, "quae in cohorte domi aluntur." [...]

'''COHORTALINOS''', "et" Cohortalinam militiam, "et" Cohortalina officia, "quae omnia legum auctoritatibus ibi firmata reperies."

'''COHORTOR''', ari. [παρεγγυάω] "Simul aut vehementer hortari." [...]

'''COHORTANDVS''', a, um. Partic. Cic. de Orat. 1, 30 Non sibi cohortandum Sulpicium et Cottam, sed magis vtrumque collaudandum videri.

'''COHORTATVS''', a, um. Pass. Cato "apud" Gell. 15, 13 Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit.

'''COHORTATIO''', onis. [παρεγγυὴ] Iudicum cohortatio ad honeste iudicandum Cic. pro Cluent. 138. [...]

'''COHORTATIVNCVLA''', ae. f. Dimin. Ambrosius Epist. 84 "pr." Neque cohortatiunculas meas adhibere praesumerem.

'''COHIVVM''', Calyx rosae adhuc conniuens et clausus. "Verba suns antiqui lexici," Cohiuum, [κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. "Scribitur et" Coniuum, "a" Conniuendo "vt reor. Turnebus."

'''COHOSPES''', itis. m. "apud" Paullinum "esse dicitur."

'''COHVM''', i. n. Lorum, quo temo buris cum iugo colligatur, a Cohibendo dictum. [...]

'''COHVMIDO''', are. "Madefacere." Apul. Met. 8 p. 205, 14 Cohumidare genas lacrimis.

'''COIBILIS [2]''', "vid." COEO, "et" COHIBILIS "sub" COHIBEO.

'''COILLVM''', "s." COILVM, "videtur esse" [κοῖλον, "cauum, i. penetrale domus, vbi Lares coluntur." [...]

'''COIMBIBO''', ere. "Translate." Arnob. 5 p. 178 Qui sub specie cultionis plus in cos ingeratis maledictionum et criminum, quam si aperte hoc facere confessis maledictionibus coimbibissetis.

'''COINFANTIO''', are. Vetus Interpr. Irenaei 4, 75 Coinfantiatum est homini verbum Dei. "i. Verbum Dei homo factus est."

'''COINQVINO''', are. [μολύνω] "Vehementer, aut totum polluere s. Inquinare." [...]

'''COINQVINATVS''', a, um. Partic. Coinquinatus stercore Colum. 8, 5, 19. [...]

'''COINQVIO''', "vel" COINQVO, ere. "Verbum antiquum et in Religionibus vsurpatum, quod non minus atque simplex" Inquio "(vnde" Inquino) "laedere, contaminare, atque polluere significauit, dicique consueuit tum de profana silua, tum de luco, quam siluescentes nimium rami amputabantur, atque ita contactu ferri arbores violabantur." [...]

'''COITVS [3]''', "vid." COEO.

== COL ==

'''COLAEPIVM''', COLEPIVM, COLIPHIVM, "(quorum primum editur, altera duo suspicantur viri docti) videtur esse pulpa s. caro suilla." [...]

'''COLAPHVS''', i. m. κόνδυλος Vet. Gloss. [κόλαφος] "Latine dicitur" Alapa. "Ridicula comminatio" Plaut. Rud. 4, 3, 68 [...]

'''COLAPHIZO''', are. [κολαφίζω] "Colaphum infligo Graecum verbum, quod apud Latinos extra sacras literas haud temere reperias." [...]

'''COLATVS [1]''', "vid." COLO, colas.

'''COLAX''', acis. m. [κόλαξ] "Latine Assentator dicitur." Ter. Eun. Prol. 30 Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax.

'''COLAXES''', is. m. [Κολάξης] "Iouis filius, cuius meminit" Valer. Flacc. Argon. 6, 48

'''COLCHI''', orum. m. [Κόλχοι] "Populi, qui ad Phasim fluuium incolunt," dicti "a" Colcho "Phasidis filio." [...]

'''COLCHIS''', idis. f. [Κολχὶς] "Regio Colchorum." Val. Flacc. 1, 52 Vel pendere poenas Colchida iam "etc. i." Colchos "consueta metonymia. Pro forma"

'''COLCHOS''', i. f. "Laudatur quidem" Hor. Epod. 5, 21 [...]

'''COLCHVS''', a, um. Adi. [Κόλχος] Hor. in Arte Poet. 118 [...]

'''COLCHICVS''', a, um. Adi. [Κολχικὸς] "Vt," Venena Colchica Hor. Carm. 2, 13, 8. [...]

'''COLCHIACVS''', a, um. "Aliud" Adi. [Κολχιακὸς] Propert. 2, 1, 54 Seu mihi Circaeo pereundum est gramine, siue Colchis Colchiacis vrat ahena focis.

'''COLES''', "vel" COLIS, "vid." CAVLIS n. 4.

'''COLEVS''', i. m. [ὄρχης] Testis "alias dicitur, siue" Testiculus, Cic. Fam. 9, 22 [...]

'''COLEATVS''', a, um. Adi. "Vt," Coleata cuspis, "apud" Nonium "a" Pomponio "dici videtur pars illa, qua viri sunt, nec honeste potest nominari." [...]

'''COLIAS''', ae. m. "Piscis." Plin. 32, 11 s. 53 Colias siue Parianus, siue Sexitanus a patria Baetica, lacertarum minimi. Martial. 7, 77 Lacertum Sexitanum "vocat."

'''COLICVLVS [1]''', "vid." COLIS.

'''COLICVS [1]''', "vid." COLON.

'''COLINA''', "vid." CVLINA.

'''COLIPHIVM''', "s." COLLIPHIVM, "esse cibum Athletarum, satis constat." [...]

'''COLIS''', "vid." CAVLIS.

'''COLICVLVS [2]''', "vid." CAVLICVLVS.

'''CONLABASCO''', "et similia qui scribunt, non cogitant, esse hanc Analogiam vt Graeci ita et Romani Sermonis, vt N in talibus transeat in sequentem liquidam." [...]

'''COLLABASCO''', ere. [καταφέρομαι, ὑποφέρομαι] "a Verbo" Labo, as, "ruinam minitari." [...]

'''COLLABEFIO''', eri. [καταλύομαι] "Conuelli solutis compagibus." [...]

'''COLLABEFACTVS''', a, um. Part. "Metaphor." C. Nepos 3, 1, 2 A Themistocle collabefactus, exilio multatus est.

'''COLLABEFACTO''', are. [λυμαίνομαι] "Vehementer et vndique Labefactare." Ouid. Fast. 1, 566 Et vastum motu collabefactat onus.

'''COLLABEFACTATVS''', a, um. Part. Lucret. 1, 492 Collabefactatus rigor auri soluitur aestu.

'''COLLABELLO''', are. "Labra labris adiungo." Laber. "apud" Nonium 2, 168 Peranna, collabella osculum. "h. e. functis labris osculare."

'''COLLABOR''', abi. [κατολισθαίνω] Labi "totum omnibus suis partibus, vel simul cum aliquo labi." [...]

'''COLLAPSVS''', a, um. Partic. Inter manus collapsus exstinguitur. [...]

'''COLLAPSIO''', onis. f. Firmic. de Error. Profan. Relig. 41 Cadentium culminum funesta collapsio.

'''COLLABORO''', "vel" CONLABORO, are. Tertull. de Poenit. 10 Ad renredium collaborare. Vulg. Interpr. 2 Tim. 1, 8 Collabora Euangelio secundum virtutem Dei.

'''COLLABORANS''', antis. Part. Vulg. Interpr. Phil. 1, 27 Collaborantes fidei Euangelii.

'''COLLACERO''', are. "Hinc"

'''COLLACERATVS''', a, um. Part. Tacit. Hist. 3, 73, 9 Confossum collaceratumque corpus.

'''COLLACRIMO''', are. [ἐπιδακρύω] "Vehementer vel cum alio" Lacrimare. [...]

'''COLLACRIMATIO''', onis. f. [ἐπιδάκρυσις] Cic. de Orat. 2, 190 c. 45 Signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultus, collacrimatione denique ostendens.

'''COLLACTANEVS''', i. m. ὁμογάλακτος Gloss. Cyrill.] "Qui eandem mammam suxit, et eodem lacte nutritus est." [...]

'''COLLACTANEA''', ae. f. Ambros. Epist. 34 ad Virgines sacras: Emerentiana, quae fuerat collactanea eius, "etc. Et" Venant. Fortunati Carm. 6, 7 Nulla puella choro neque collactanea ludat.

'''COLLACTEVS [1]''', a, um. Adi. [συγγάλακτος] "Idem. Laudatur" Iuuen. Sat. 6, 306 [...]

'''COLLACTEVS [2]''', i. m. "Idem quod Collactaneus." Gruter. Inscr. p. 661. "et" Spon. Misc. p. 228. Hygin. Fab. 224 Croton collactius Musarum.

'''COLLACTIA''', ae. f. Gruter. Inscript. 661, 2 COLLACTIAE. BENE. MERENTI. FECIT.

'''COLLAETOR''', "vel" CONLAETOR, ari. "Cum aliis laetari." Tertull. de Idololatr. 14 Conuiuamus cum omnibus; conlaetemur ex communione naturae, non superstitionis.

'''COLLAEVO''', "vid." COLLEVO.

'''COLLARE''', is. n. [περιδέραιον] "Vinculi genus, quo collum adstringitur." [...]

'''COLLARIA''', ae. f. "Ferrum, quo constringuntur colla malefactorum." Plaut. Capt. 2, 2 "extr." Hoc quidem haud molestu'st iam, quod collus collaria caret.

'''COLLARIS''', e. Adi. "Vt," Infula collaris Petron. 56 "Si feliciter coniecit Burmannus. Nam legitur" Offla colaris.

'''COLLATERALES''', Venti Cathol. "qui ex vicinis plagis paralleli veniunt."

'''COLLATERO''', are. Mart. Capell. 3 p. 56 [...]

'''COLLATIA''', ae. f. [Κολλατία] Oppidum iuxta Romam, eo quod ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collatae: a qua porta Romae Collatina dicta est. Festus.

'''COLLATINVS''', a, um. Adi. "Vt," Arces Collatinae Virg. Aen. 6, 774. Ouid. Fast. 2, 787 Hostis, vt hospes, init penetralia Collatina. "i. Domus Collatini, mariti Lucretiae."

'''COLLATINA''', ae. f. Dea, quae collibus praeest August. Ciu. Dei 4, 8. "Malunt quidam" Collinam.

'''COLLATIO [1]''', COLLATITIVS, COLLATIVVS, COLLATOR, COLLATVS, "vid." CONFERO.

'''COLLATO''', are. [συμπλατύνω] "Latum et amplum facere. Vnde"

'''COLLATATVS''', a, um. Partic. Cic. in Orat. 187 c. 56 [...]

'''COLLATRO''', are. "Vehementer et ex omni parte allatrare." Sen. de Vita beata 17 Si quis ex his, qui Philosophiam collatrant, quod solent dixerit "etc."

'''COLLAVDO''', are. [συνεπαινέω] "Aliquando plus est, quam laudo." [...]

'''COLLAVDATVS''', a, um. Partic. Stat. Theb. 6, 490 [...]

'''COLLAVDATIO''', onis. f. Cic. de Inuent. 2, 125 [...]

'''COLLAVDATOR''', oris. m. Augustin. Confess. 4, 14 "extr." Nullo collaudatore mirabor.

'''COLLAVDABILIS''', e. Prudent. Hamartig. v. 694 Nec bonus est, nec collaudabilis ille.

'''COLLAXO''', are. "Vndique laxare." [...]

COLLECTA, ae. COLLECTANEA, orum. "Vid." COLLIGO.

'''COLLECTARIVS [1]''', i. m. [ἀργυρώμοιβος] "Argentarius campsor, et pro argento numos praebens." [...]

'''COLLEGA''', ae. m. [συνάρχων, σύνδικος] Collegae, "inquit" Varro de Lingua Latina 5 p. 57, 26 [...]

'''COLLEGATVS''', ûs. m. "Hoc vocabulum" Rutil. 1, 15 [...]

'''COLLEGATARIVS''', i. m. "Cum alio legatarius." [...]

'''COLLEGIVM''', i. n. [συνέδριον, σύλλογος] "Proprie significat Societatem collegarum." [...]

'''COLLEGIALIS''', e. Adi. "Vt," Fides collegialis Gruter. Inscript. p. 322 n. 4 FIDEIQVE. VESTRAE. COLLEGIALI. COMMITTO.

'''COLLEGIARIVS''', a, um. Adi. "Vt," Collegiarii ministri ludorum Tertull. de Spectac. cap. 11 "nempe qui Collegio instituto illos curant."

'''COLLEGIATVS''', "Qui pars est collegii, collega." [...]

'''COLLEMA''', atis. n. [κόλλημα] Mart. Capella 3 p. 49 "extr." Niloticae fruticis collemata, "i. Conglutinamenta, chartae e papyro periphrasis."

'''COLLENIO''', ire. "Apud" Hyginum "esse dicitur. Sed non habet Index Schefferianus."

'''COLLEPROSVS''', a, um. Adi. Sidon. Epist. 6, 1 [...]

'''COLLETICVS''', a, um. Adi. [κολλητικὸς] "Vt," Colletica medicamenta "dicuntur, quae adglutinant; sicut" Symphytica, "quae consolidant;" et Epulotica, "quae cicatricem inducunt." [...]

'''COLLETIS''', is. f. Herba verbenacea Apul. de Herb. 3.

'''COLLEVO''', are. "Dubiae significationis, et deriuationis adeo verbum." [...]

'''COLLIBERTVS''', "vel" CONLIBERTVS, i. m. [συναπελεύθερος] "Qui ab eodem patrono libertate donatus est." [...]

'''COLLIBERTA''', "vel" CONLIBERTA, ae. f. PATRONAE BENEMERENTI FECERVNT ET COLLIBERTIS COLLIBERTABVS POSTERISQ. [...]

'''COLLIBET''', "vel" COLLVBET, collibuit, collibitum est, ere. "Idem quod Libere, et placere." [...]

'''COLLIBENTIA''', "et" COLLVBESCENTIA, ae. f. Consensus Cathol.

'''COLLIBRO''', are. "Dimetiri, medii puncti inueniendi causa." Cato R. R. 19, 2 Inter arbores medium quod erit, id ad mediam collibrato, vbi porculum figere oportebit, vt in medio prelum recte situm sit.

'''COLLICA''', "vid." COLLIGA.

'''COLLICIAE''', "vel" COLLIQVIAE, arum. f. Maiores sulci, in "quos aqua velut" colliciatur, "et ibi collecta in fossas deriuetur: est itaque medium quid inter sulcum et inter fossam." [...]

'''COLLICVLVS [1]''', "vid." COLLIS.

'''COLLIDO''', si, sum, ere. [συγκρούω, συμβάλλω] "Simul percutere, eoque ipso laedere, et frangere." [...]

'''COLLISVS [1]''', a, um. Part. [συγκρουσθεὶς] Sil. 3, 698 [...]

'''COLLISVS [2]''', ûs. m. [συγκρουσμὸς] Plin. 9, 35 Ceu sono quoque et collisu ipso margaritarum.

'''COLLISIO [1]''', onis. f. [σύγκρουσις] "Vehemens laesio." Iustin. 11, 12, 6 Nunciatur vxorem ex collisione abiecti partus decessisse.

'''COLLIGAS''', "apud" Plin. 31, 10 s. 46, 3 [...]

'''COLLIGO [1]''', are. [συνδέω, συνδεσμεύω] "Simul ligare."

'''COLLIGATIO''', onis. f. [σύνδεσμος] Cic. de Diuin. 1, 127 [...]

'''COLLIGATVS''', a, um. Partic. [συνδεδεμένος] ''Vt,'' Vinculis colligati sumus, quum gignimur Cic. de Vniuers. 35 c. 11. Omne colligatum solui potest Cic. de Vniuers. 35 c. 11.

'''COLLIGO [2]''', egi, ectum, ere. [συλλέγω, συνερανίζω, δρέπομαι] In vnum redigere, vt ait Nonius 4, 101. [...]

'''COLLECTVS [1]''', a, um. Partic. [συλλελεγμένος] Cic. Att. 8,.. Ab vtriusque mancipiis ex omni genere collectis. [...]

'''COLLECTE''', Adu. Non. 2, 727 Rotunde positum eleganter, concinne, vel collecte. "Indicat igitur breuitatem aptam."

'''COLLECTIO''', onis. f. [συλλογὴ] Cic. pro L. Manil. 22 c. 9 [...]

'''COLLECTOR''', "vel" CONLECTOR, oris. m. "Qui simul legit." [...]

'''COLLECTRIX''', icis. f. Plaut. in Milit. 3, 1, 99 [...]

'''COLLECTO''', are. Gloss. Cyril. Collecto, [συλλέγω.

'''COLLECTVS [2]''', ûs. m. "Vt," Lucret. 4, 416 [...]

'''COLLECTA''', ae. f. [συμβολὴ] Quae ex pluribus locis in vnum lecta est, "inquit" Varr. de L. L. 5, 7 p. 57, 28. [...]

'''COLLECTANEVS''', a, um. Adi. [συλλεκτικὸς] "Quod passim colligitur, vt," Dicta collectanea Sueton. Caes. c. 56. [...]

'''COLLECTACVLVM''', i. n. "Vbi quid colligitur, vt" Collectacula aquae Innocent. de literis casarum p. 230 "ed. Goes. Et" in Fragment. de Limitibus p. 237 Collectaculum vallium, "i. Riuus."

'''COLLECTARIVS [2]''', "vid. supra ordine suo."

'''COLLECTIM''', Adu. Claud. Mamert. 3, 14 Collectim strictimque, et veluti punctatim sub mentis oculo redegi.

'''COLLECTICIVS''', a, um. Adi. [συλλεκτικὸς] Cic. Fam. 7, 3 [...]

'''COLLECTIVVS''', a, um. Adi. [συλλέγων] "Quod colligit, i. argumentatur." [...]

'''COLLIMITO''', are; "et" COLLIMITOR, ari. Solin. cap. 25 Gelonis Agathyrsi collimitantur. "Vid." Ammian. 31, 5. "Conf." An. de Limit. Goes. p. 249.

'''COLLIMITATVS''', a, um. Adi. Solin. cap. 35 Ipsa Phrygia Troadi superiecta est, Aquilonia parte Galatiae collimitata.

'''COLLIMINIVM''', "s." COLLIMITIVM, i. n. Coitio limitum. [...]

'''COLLIMITANEVS''', a, um. Adi. Solin. cap. 40 Collimitanea Galatiae Phrygia.

'''COLLIMO''', are. [στοχάζομαι] "A limis oculis deductum volunt, et significare idem, quod ad scopum dirigere, vel etiam scopum ferire. Sed legendum" collineo, "vbi vid."

'''COLLINEO''', are. [στοχάζομαι, καταστοχῶ] "Pro quo saepe libri" Collimare. [...]

'''COLLINEATVS''', a, um. Partic. Apul. Flor. 23 Collineato pro fronte situ, "etc. Et" Met. 9 "extr." Collineatis oculis ad vmbram meam.

'''COLLINITVS''', a, um. "Quasi a" Collinio. Columel. 6, 17 "extr." Semina melle collinita. "Sed fluctuat lectio, et legendum videtur" circumlita. "Vid."LINO.

'''COLLINO''', ini, iui "et" eui, itum, ere. [καταχρίω, συναλείφω] "Vndique linere." [...]

'''COLLITVS''', a, um. Part. Prudent. Cathem. 5, 15 Quin et fila fauis scirpea floreis Presso melle prius collita fingimus.

'''COLLINVS [1]''', "vid." COLLIS.

'''COLLIPHIVM''', "vid." COLIPHIVM.

'''COLLIQVESCO''', ere. [συντήκομαι] "Vna liquescere." [...]

'''COLLIQVEFACIO''', "et" COLLIQVEFIO, [συντήκω] "pass. vnde"

'''COLLIQVEFACTVS''', a, um. Partic. Cic. pro Cluent. 173 c. 62 [...]

'''COLLIQVIAE''', "vid." COLLICIAE.

'''COLLIS''', is. m. [βουνὸς, λόφος] "Terra aliquantum eleuata; Poetae pro monte iusto etiam ponunt." [...]

'''COLLICVLVS [2]''', i. m. Diminut. [μικρὸς βουνὸς, Onomast. Vet.] Apul. Flor. 1 "pr." Colliculus sepimine consecratus.

'''COLLICELLVS''', i. m. "Idem." Auct. Agrar. Goes. p. 245 Arca in collicello circa viam. "Add." p. 272.

'''COLLINVS [2]''', a, um. Adi. [βουνώδης] "Vt," Collina vinea, "quae in colle plantata est." [...]

'''COLLISIO [2]''', COLLISVS, "vid." COLLIDO.

'''COLLIVESCO''', Cathol.

'''COLLO''', are. "Conferre." Regibus hinc aes grande solent collare quotannis, Annua quaestores, qui vectigalia curant B. Mantuan. [...]

'''COLLOCO''', are. [τίθεμαι, καθίζω, τάττω] "Ponere, locum assignare cum aliis." [...]

'''COLLOCATVS''', a, um. Part. Cic. de Orat. 1, 192 [...]

'''COLLOCATIO''', onis. f. [σύνθεσις] "Constitutio, coordinatio etc." [...]

'''COLLOCVPLETO''', are. [πλουτίζω] "Locupletare vndique." [...]

'''COLLOQVOR''', qui. [συνομιλέω, ἐντυγχάνω] "Simul vel inuicem atque alternis loqui." [...]

'''COLLOQVENS''', entis. Partic. "Vt," Sed et inter se colloquentibus similes esse conspectos Curt. 8, 4, 14. Facies colloquentium Idem 8, 13, 24. Voces colloquentium Id. 7, 1, 24.

'''COLLOQVVTIO''', s. COLIOCVTIO, onis. f. [συνομιλία] Cic. Tusc. 1, 5 [...]

'''COLLOQVVTOR''', oris. m. Tertull. adu. Praxeam 5 Colloquutorem pateris sermonem. Et Augustin. Confess. 9, 6 Ex persona colloquutoris mei.

'''COLLOQVIVM''', i. n. [ἔντευξις, ὁμιλία] "Idem quod" Colloquutio. [...]

'''COLLVCEO''', ere. [συναμαρύσσω] "Simul lucere." [...]

'''COLLVCENS''', entis. Partic. Virg. Aen. 10, 539 Totus collucens veste atque insignibus armis. Faces collucentes Curt. 3, 8, 22.

'''COLLVCERNATIO''', onis. f. Claud. Mamert. de Statu Anim. 2, 9 [...]

'''COLLVCO''', are. [κλωνοτομέω] "Ramos lumini officientes amputare." [...]

'''COLLVCATIO''', onis. f. [κλωνοτομία] "Varronis esse dicitur."

'''COLLVCTOR''', ari. [συμπαλαίω] "Simul luctari." [...]

'''COLLVCTATIO''', onis. f. [συμπάλαισμα] Columel. 6, 2, 4 [...]

'''COLLVCTATOR''', oris. m. Lactant. de Opif. Dei 1 Nam et ille colluctator et aduersarius noster scis quam sit astutus.

'''COLLVDO''', si, sum, ere. [συμπαίζω] "Simul ludere," Virg. Georg. 1, 369 [...]

'''COLLVDIVM''', i. n. "pro Collusione." in l. si quis. C. de bon. proscript. [...]

'''COLLVSIO''', onis. f. [συναπόκρισις] "Fraus eorum, qui colludunt, i. simulata lite aliis imponunt." [...]

'''COLLVSIVM''', i. n. "Idem." Vlpian. in l. si procuratorem §. sed et si per collusium D. mandat. vel contr. Sed et si per collusium procuratoris absolutus sit aduersarius, mandati eum teneri. [...]

'''COLLVSOR''', oris. m. [συμπαίκτωρ] "Qui cum alio ludit." [...]

'''COLLVSORIE''', [συναποκριτῶς] " Adu." Vlpian. in l. si seruus plurium D. de leg. 1 [...]

'''COLLVGEO''', "vel" CONLVGEO, ere. "Vna lugere." [...]

'''COLLVM''', i. n. [τράχηλος, αὐχὴν, δέρη] "Pars corporis inter caput et ventrem superiorem interiecta." [...]

'''COLLVS''', i. m. "Antiq. Idem quod Collum." [...]

COLLARE, COLLARIS, "v. s. l."

'''COLLVLVM''', i. n. " Dimin." Cathol.

'''COLLVMINO''', are. "Vt collustrare, luce perfundere." [...]

'''COLLVO''', ui, utum, ere. [συμπλύνω, καταπλύνω] "Lauare: sed fere ad os, et ea, quae in ore sunt, pertinet." [...]

'''COLLVTVS [1]''', a, um. Partic. Plin. 20, 13 Sic et collutis dentibus prodest.

'''COLLVTIO''', onis. f. Cael. Aurel. Acut. 2, 6, 28 Vtemur oris collutione. Cum dolor (dentium) vrgebit, varie sedandus est partim collutione quorundam Scribon. 53.

'''COLLVRA''', "vid." COLLYRA.

'''COLLVRCINATIO''', onis. f. "Idem quod Heluatio." [...]

'''COLLVSTRO''', are. [περισκέπτομαι] "Circumspicere." [...]

'''COLLVSTRATVS''', a, um. Partic. [λαμπρυνθεὶς] "Illustratus." Cic. in Orat. 36 c. 11 In picturis alios horrida, inculta, abdita, et opaca: contra alios nitida, laeta, collustrata delectat.

'''COLLVSTRVM''', "vid." COLLOSTRVM.

'''COLLVTVLO''', are. [πηλόω] "Veteres pro Dedecorare vsurparunt." Plaut. Trin. 3, 2, 66 Haec famigeratio te honestet, me collutulet.

'''COLLVTVS [2]''', "vid." COLLVO.

'''COLLVVIES''', ei. f. [χλίδος] "Labes, aut immunditia, quae ex confluxu rerum immundarum contrahitur." [...]

'''COLLVVIARIA''', orum. n. [ὀχετοὶ] "Dicta volunt cum Beroaldo in ductibus aquarum, per quae colluuies et immunditiae iactantur." [...]

'''COLLVVIO''', onis. f. [χλίδος] "Idem quod Colluuies." [...]

'''COLLVVIARIS''', e. Adi. [χλιδοφάγος] Porcus colluuiaris dicitur, qui cibo permisto et colluuione nutritur, Festus. "al." Colluuialis.

'''COLLVXO''', are. "Apud" Veget. Mulom. 3, 4, 44. "leg. censet Gesner. pro vulgari" conuxet.

'''COLLYBVS''', "s." COLLVBVS, i. m. [κόλλυβος] "Genus numi, apud Graecos, cui bos incusus, si credimus, et quid ni credamus? Hesychio." [...]

'''COLLYBISTES''', "et" COLLYBISTA, ae. m. [κολλυβυστὴς] "Numularius, qui dictam modo rei numariae negotiationem exercet: qui et trapezita est." [...]

'''COLLYRA''', ae. s. [κολλύρα] "Genus panis," Polluci Plaut. Pers. 1, 3, 12 [...]

'''COLLYRICVS''', a, um. Adi. Plaut. Pers. 1, 3, 15 Tum nisi cremore crasso est ius collyricum. "Et" v. 17 Quasi iuream esse ius decet collyricum. "Vid. sub" IVS, IVREVS.

'''COLLYRIS''', idis. f. "Eadem quae" Collyra. [...]

'''COLLYRIVM''', i. n. [κολλύριον] "Forma diminuta e" collyra, "est massa medicamentosa e rebus siccis, tritis, adiectis gummatis, et aqua coacta, quae in formam" Collyrae "eduli similem ficta, vel tota atque solida in caua corporis vel naturalia, vt anum, vel praeternaturalia, vt fistulas, demittitur: vel liquore affuso liquefacta affectae parti inungitur, imponiturue." [...]

'''COLLYRIOLVM''', i. n. Dimin. Macer. 4, 12 Vel collyriolum si supponatur in anum.

'''COLO [1]''', are. [ἠθέω] "Pauxillatim liquorem aliquem, stillatimque per aliquod vas vel linteolum exprimere." [...]

'''COLATVS [2]''', a, um. Part. "Vt," Mel colatum Plin. 13, 2. [...]

'''COLATORIVS''', a, um. Adi. Equi colatorii Vegetio Mul. 4, 6, 7 "memorati" quos Graeci σακκιστὰς vel σακκιστικοὺς vocant. "vid." GVTTONARIVS. Funes Veget. Rei Mil. 5, 15. "i. chalatorii, vbi vid. sub " CHALO.

'''COLATVRA''', ae. f. "Humor colatus." Cael. Aurel. Tard. 5, 3 Colaturae liquidae colorem fingere.

'''COLAMENTVM''', i. n. "Idem." Constant. Afer. 7, 1 Vrina et sanguis colamentum sit caeterorum humorum.

'''COLVM [1]''', "vid. s. l."

'''COLO [2]''', ui, cultum, ere. [θεραπεύω] "Verbum latissimae significationis et vsus, vt vix verbum alterius linguae inuenias, quod illi respondeat." [...]

'''COLENS''', entis. Partic. ''Vt,'' Cic. pro Planc. 103 c. 33 [...]

'''COLENDVS''', a, um. Part. Agrum colendum habere Ter. Phorm. 2, 2, 17. Nihil admodum super vite aut arbore colenda scire Gell. 19, 12.

'''CVLTVS [1]''', a, um. Partic. Cultus veste candida sacerdos, ''i. Ornatus'' Plin. 16, 44. [...]

'''CVLTE''', Adu. ''Vt,'' Culte dicentes Quinctil. 8, 3, 7. [...]

'''CVLTVS [2]''', ûs. m. ἐργασία, γεωργία, ''etc.'' [σχῆμα καὶ εἶδος σχήματος Gloss. Vet.] ''Aeque late patet ac verbum'' Colo Cic. Off. 1, 158 [...]

'''CVLTIO [1]''', onis. f. [γεώργησις] ''Idem.'' Cic. Verr. 3, 226 c. 97 [...]

'''CVLTOR''', oris. m. [γεωργὸς] ''Vt,'' Agri et pecoris magis quam belli cultor exercitus Sallust. Iug. 54, 3. [...]

'''CVLTRIX''', icis. f. [θεραπευτὶς] Cic. de Finib. 5, 39 c. 14 [...]

'''CVLTVRA''', ae. f. [ἐργασία] "Idem quod Cultus." [...]

'''COLIGO''', inis. f. "Domus, habitaculum." [...]

'''COLIVM''', i. n. "Idem." Tertull. de Spectac. 5 Lares colio potentes. "i. Lares domestici." [...]

'''COLONVS [1]''', i. m. [γεωργὸς] "Agrorum cultor dicitur atque adeo prima et generali notione est idem, qui agricola, qua ratione passim Poetae praesertim vtuntur, v. g." Ouid. Met. 1, 272 [...]

'''COLONA''', ae. f. "Rustica." Ouid. Fast. 4, 692 [...]

'''COLONVS [2]''', a, um. Adi. [οἰκήσιμος] Cic. Philipp. 5, 53 c. 19 [...]

'''COLONIA''', ae. f. [ἀποικία] Coloniae "dicebantur minores vrbes, ad quas habitandas ex maioribus vrbibus, quasi quaedam examina populorum mittebantur." [...]

'''COLONICVS''', a, um. [ἀποικιακὸς] "Vt, Colonicae leges formula contractus, quam colono praescribimus." [...]

'''COLONARIVS''', a, um. "Colonicae conditionis." [...]

'''COLONATVS''', ûs. m. "Status et conditio Coloni." Arcad. et Honor. l. 2 Cod. Theod. de his, qui conditionem propr. reliqu. Colonatus quaestionem mouere.

'''COLOBATHRARIVS''', i. m. Non. 2, 361 Grallatores sunt colobathrarii. Ita legit Voss. Etym. p. 239 "auctoritate Artemidori, apud quem" κωλόβαθρον gralla "est. Alti legunt" Calobatarii.

'''COLOBICVS''', i. m. Firmic. 3, 14 [...]

'''COLOBIVM''', i. n. κολόβιον, ὁ κολοβιῶν] "Tunica truncata manicis," (κολοβὸς "truncus est, s. mutilus) quas vel nullas habet, vel brevissimas." [...]

'''COLOCASIA''', ae. f. [κολοκασία] "Faba Aegyptia," Pallad. Febr. 24, 14 [...]

'''COLOCASIVM''', i. n. "Res eadem." Virg. Ecl. 4, 20 [...]

'''COLOCYNTHIS''', idis. f. [κολοκυνθὶς] "Genus cucurbitae." [...]

'''COLON''', "vel" COLVM, i. n. [κῶλον] "Est crassius intestinum inter coecum et rectum medium, plures cellulas atque cauernas a valuis quibusdam effectas babens etc." [...]

'''COLICVS [2]''', a, um. Adi. κωλικὸς Galen.] "Vt," Colicus dolor, "Qui in colo, intestino generari solet." [...]

'''COLICON''', Medicamentum "ad dolorem" intestini plenioris Cels. 4, 14.

'''COLICE''', es. f. "Idem. Nempe" Compositio "aut tale nomen intelligitur," [Κωλυκὴ ἀντίδοτος. [...]

'''COLONOS''', [Κολωνὸς] "Agger fuit, siue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: vnde Sophocles Tragoediam de Oedipi calamitatibus conscriptam," Oedipum Coloneum "appellauit." [...]

'''COLONEVS''', i. m. Oedipus Coloneus, "vt modo dictum, Tragoediae nomen dedit," Cic. de Fin. 5, 5 [...]

'''COLONVS [3]''', COLONIAE, COLONARIVS, COLONATVS, COLONICVS, "vid." COLO.

'''COLOPHON''', onis. [Κολοφὼν] "Ioniae vrbs clarissima, quae equestribus tantum excelluit, vt vbicunque difficulter bella componi poterant, Colophonii equitatus auxiliis dirimerentur." [...]

'''COLOPHONII''', orum. m. pl. [Κολοφώνιοι] "Populi Colophonem vrbem habitantes." [...]

'''COLOPHONIACVS''', a, um. Adi. Vetus Poeta in Ciri v. 65 Quae Colophoniaco Scyllae dicuntur Homero.

'''COLOR''', oris. m. [χρῶμα, χροιὰ, χρὼς] "Lux a rebus reflexa ad oculum, a" Colo, colis, "inquit Sipontinus, deductum: quia" coloribus "faciem, vestes, domos, ac reliqua omnia ornamus." [...]

'''COLORO''', are. [χρωννύω, χρωματίζω] "Colorem inducere." [...]

'''COLORATVS''', a, um. Part. Cic. de Nat. Deor. 3, 51 c. 20 [...]

'''COLORATE''', Adu. Quinctil. Decl. 285 Colorate adfert iste tale patrocinium, ''i. colore vsus s. obtentu.''

'''COLORATOR''', oris. m. Lat. Gr. Gloss. Colorator, στιλβωτὴς ''et'' [ἰνδικοπλάστης. ''Vid.'' Salmas. ad Vopisc. 3 p. 710 ''Hack. Nimirum'' Indicoplastes ''est, qui Indico colore parietes linit. Et'' Gell. 7, 9 Laberius in Coloratore.

'''COLORIVS''', ''et'' COLOREVS, a, um. Adi. ''Vt,'' Coloriae vestes, ''quae'' versicoloribus ''opponuntur a'' Paullo l. 32 [...]

'''COLORINVS''', a, um. ''apud'' Cyprianum ''esse dicitur.''

'''COLORABILIS''', e. Adi. Mart. Capellae 9. ''tribuitur, quo libro de'' Chromatico genere ''cantus illum tractare video: nomen Latinum,'' Chromatico ''respondens, nondum obseruaui.''

'''COLORIFICVS''', a, um. Adi. ''Colorem inducens.'' Virg. ''vel'' Auctor Iridis, v. 5 Cumque colorifico nimbos fulgore repleuit Apparet varii radiis distincta coloris.

'''COLOSSINVS''', a, um. Adi. ''Vt,'' Colossinus color [Κολοσσίνον χρώμα] ''qui a Colossis, Troadis vrbe, nomen accepit, vbi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens et purpuram.'' [...]

'''COLOSSVS''', i. m. [κολοσσὸς] ''Quid significet, declarat'' Plin. 34, 7 s. 18 [...]

'''COLOSSEVS''', a, um. Adi. [κολόσσειος] ''In modum siue formam colossi.'' [...]

'''COLOSSICVS''', a, um. Adi. [κολοσσικὸς] ''Idem.'' Plin. 34, 8 [...]

'''COLOSTRVM''', i. n. ''vel'' COLOSTRA, ''aut'' COLVSTRA ae. f. [τὸ πρῶτον γάλα] ''Dicitur a'' coalescendo, ''vt putat Vossius, Lac primum post partum.'' [...]

'''COLOSTRATVS''', a, um. Adi. [τροφαλιστὸς] ''Vt,'' Colostrati infantes, Qui colostrum biberunt Plin. 28, 9.

'''COLOSTRATIO''', onis. f. [τροφαλισμὸς] Malum illud, quod infantibus atque adeo animalibus ex nimia colostri potatione euenire solet. [...]

'''COLOTOS''', i. ''vel'' COLOTES, ae. m. [κωλωτής] ''Lacertae genus est, de quo'' Plin. 29, 9 s. 28 [...]

'''COLVBER''', bri. m. [ὄφις] ''Serpens, qui in aqua viuit.'' [...]

'''COLVBRA''', ae. f. Nonius 3, 69 [...]

'''COLVBERCVLVS''', i. m. Cathol.

'''COLVBRIFER''', a, um. Adi. [ὀφιφόρος] "Vt," Colubriferum monstrum Ouid. Met. 5, 241. "Caput Medusae. Cuius et est" Collum colubriferum Lucan. 9, 672.

'''COLVBRINVS''', a, um. Adi. Plaut. Truc. 4, 3, 6 Quanquam vos colubrino ingenio ambae estis, "i. vafro, astuto."

'''COLVBRINA''', ae. f. "Herba eadem, quae" Dracontea, "vel" Bryonia, "vel" Vitis alba Apul. de Herb. c. 14.

'''COLVBRIMODVS''', a, um. Adi. "In modum colubrorum tortus et flexus." Corippus praefatione: Illa colubrimodis Auarum gens dura capillis.

'''COLVBROSVS''', a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. 4 Actu colubroso. "i. detorto, curuo."

'''COLVBRARIA''', ac. f. "Insula maris Mediterranei, a multitudine serpentium, quibus abundat, cognominata." [...]

'''COLVM [2]''', i. n. [ἡθμὸς] "Vas ad colandum aptum, Coni inuersi figura, vt patulo ore accipere humorem possit, quem acuminato fundo stillantem transmittat." [...]

'''COLVMBVS''', i. m. "et" COLVMBA, ae. f. [περιστερὰ] "Auis omnibus nota." [...]

'''COLVMBARIVS''', i. m. [περιστεροκόμος] "Qui columbas curat." [...]

'''COLVMBARIVM''', i. n. [περιστερεὼν] "Locus est proprie vbi habitat par columbarum: nam multa" columbaria "efficiunt" Peristereona Varro de R. R. 3, 7, 11 [...]

'''COLVMBARIS''', e. Adi. [περιστερινὸς] "Adfertur ex" Columel. 8, 8, 6 [...]

'''COLVMBAR''', aris. n. "Genus vinculi est apud" Plaut. Rud. 3, 6, 50 [...]

'''COLVMBINVS''', a, um. Adi. [περιστερινὸς] Varr. de R. R. 3, 7, 9 [...]

'''COLVMBINACEVS''', a, um. Adi. "Idem." Cael. Aurel. Acut. 2, 18 Pullus gallinaceus, vel columbinaceus.

'''COLVMBOR''', ari. "Columbarum more oscula pangere." Maecenas "apud" Senec. Epist. 114 Quid si quis feminae -- labris columbatur.

'''COLVMBATIM''', Adu. "Columbarum more." Mattius "apud" Gell. 20, 8 [...]

'''COLVMBVLVS''', i. m. Dimin. [περιστερίδιον] Plin. Epist. 9, 25 [...]

'''COLVMELLA''', COLVMELLARIS, COLVMELLVS, "vid." COLVMNA.

'''COLVMEN''', inis. n. "Quod vel idem est, vel vicinum sane" culmini, "vbi vid. proprie architectorum nomen est, quod apud" Vitruu. 4, 2 [...]

'''COLVMIS''', e. [σῶος] "Sanus. Laudatur" Plaut. Trin. 3, 3, 15 [...]

'''COLVMNA''', ae. [στήλη, στύλος] "Trabs, quae" columen "sustinet, a quo etiam dictam monet" Vitruu. 4, 2 "et" Festus. [...]

'''COLVMNELLA''', "vel quod melius" COLVMELLA, ae. f. Dimin. [στυλίδιον] Caes. Bell. Ciuil. 2, 10 [...]

'''COLVMELLARIS''', e. Adi. [κυνόδους] "Dentium epitheton in equis." [...]

'''COLVMELLI''', orum, "laudat ex" Isidoro, "eodem sensu." [...]

'''COLVMNATVS''', a, um. Adi. [ἐστυλωμένος] "Columnis sustentatus." [...]

'''COLVMNARIS''', e. Adi. Lux Prud. Hamart. 476 "quae Israelitas in deserto duxit."

'''COLVMNARIVS''', a, um. "Proprie Adiectiuum est, sed vix aliter, quam substantiue positum hodie inuenitur. Nempe"

'''COLVMNARII''', "Quorum" Caelius ad Cic. Fam. 8, 9 [...]

'''COLVMNARIVM''', "Tributum est impositum lege, vt videtur, Iulia sumtuaria in columnas domuum, quae recens aedificarentur, reprimendi luxus in aedificando causa." [...]

'''COLVMNATIO''', onis. f. [στύλωσις] "Columnarum exstructio." Apul. Florid. p. 359 Quid igitur superest ad statuae meae honorem, pauimenti marmoratio? proscenii contabulatio? scenae columnatio?

'''COLVMNIFER''', era, erum. Adi. Prudent. Peristeph. 3, 52 Sic habuit generosa patrum Turba columniferum radium, "de columna" duce "Israelis in deserto."

'''COLVRI''', orum. Macrob. in Somn. Scip. 1, 15 [...]

'''COLVRIA''', orum. n. [κολούρια] "Semicolumnia esse" debent "ab vna parte in acumen desinentia." [...]

'''COLVRNVS''', a, um. Adi. [κρανεινὸς, vel [λεπτοκαρυϊνὸς] "Ex corno factum." [...]

'''COLVS''', i. f. "vel" COLVS, ûs. [ἠλακάτη] "Instrumentum muliebre, quod pensa continet, a quo fuso fila ducuntur." [...]

'''COLVTHEA''', "an" COLVTHIA, orum. n. pl. "Quae sint apud" Plautum Pers. 1, 3, 7 [...]

'''COLYCAE''', arum. f. Specus in quibus aphronitrum inuenitur, "teste Plin." 31, 10 s. 46, 3. "Conf." COLLIGA.

'''COLYMBADES''', um. f. [κολυμβάδες] "Dicebantur Oliuae, quae contundebantur, frangebantur, vel acuta arundine insecabantur, et muria atque herbarum viridium condiebantur sapore," [ἀπό τοῦ κολυμβᾷν, "quod est innatare, vel vrinare adeo: sunt ergo" Colymbades "quasi natatrices aut vrinatrices adeo." [...]

'''COLYMBVS''', i. m. [κόλυμβος] "Piscina, natatio." [...]

== COM ==

'''COMA''', ae. f. [κόμη, ἐθειρὰς] Capillus "prolixior in primis et cultior, vt mulierum iuuenumque:" Caesaries "magis virorum est." [...]

'''COMVLA''', ae. f. Dimin. Petron. 58 Curabo longe tibi sit comula ista bessalis. "Add." Commodian. Instr. 60, 11.

'''COMO [1]''', are. [κομάω] "Verbum rarissimi vsus, incognitum certe" Seruio "ad" Aen. 3, 468; "quemadmodum participium illius" comans "satis frequentis." [...]

'''COMANS''', antis. Partic. [κομῶν] "Qui longiorem comam habet." [...]

'''COMATVS [1]''', Partic. [τριχοκόμος] "Eiusdem significationis." [...]

'''COMATVLVS''', a, um. Adi. Dimin. Hieron. Epist. 10, ad Furiam de viduitate seruanda, Comatulos, comtos, atque lasciuos domus tuae tecta non videant.

'''COMATORIVS''', a, um. Adi. "Vt," Acus comatoria Petron. 21 "quae ad" comas "ornandas adhibetur," crinalis "alias, vel" discriminalis "dicta."

'''COMOSVS [1]''', a, um. Adi. [τριχώδης] "Idem, quod Comatus." [...]

'''COMAGENE''', "s." COMMAGENE, es. f. "Asiae regio est supra Ciliciam in ortum sita trans Amanum montem." [...]

'''COMAGENVS''', "siue" COMMAGENVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 6, 548 [...]

'''COMAGENVM''', i. n. "Medicamentum, vel Vnguentum, quod" κομμακηνὸν "vocat Galenus modo descripsimus ex" Plinio. "Add." 10, 22.

'''COMANA''', orum. n. pl. "Vrbs Cappadociae memorata, v. g." Plinio 6, 3. "Vid. mox" COMANI.

'''COMANI''', [Κομανοὶ] "Ad hos referebant illud" Valer. Argon. 7, 636 [...]

'''COMANENSES''', "Homines Comanae ciuitatis." [...]

'''COMARCHVS''', i. m. [κώμαρχος] "Vici Magister, vel Praefectus." Plaut. Curc. 2, 3, 7.

'''COMASSOR''', "vid." COMISSOR.

'''COMATVS [2]''', "vid." COMA.

'''COMBE''', "Asopi filia fuit," Chalcidis "cognomento, cui aeneae armaturae inuentionem acceptam referunt." [...]

'''COMBENNIO''', ire. [συμβαστάζω] Gloss. Gr. Lat.

'''COMBENNONES''', dicti sunt, In eadem benna sedentes. Benna autem lingua Gallica est Vehiculi genus. Festus in Benna.

'''COMBIBO [1]''', bibi, bibitum, ere. [συμπίνω] "Fere metaphoricum est de humoribus penetrantibus in corpora." [...]

'''COMBIBOR''', Pass. Ouid. Met. 15, 275 Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus, Redditur Argolicis ingens Erasinus in aruis.

'''COMBIBO [2]''', onis. m. [συμπότης] "Compotor." [...]

'''COMBINO''', are. [Ζευγίζω, Gloss. Gr. Lat. Combinat, [ζευγνύει, συνάπτει, Gloss. Lat. Gr.] "Plures vel plura ita componere, vt" bina sint, "id est" duo "simul coniuncta." [...]

'''COMBINATVS''', "apud" Diomed. Grammat.

'''COMBINATIO''', onis. f. [Ζεῦξις κατὰ δύο, Gloss. Gr. Lat.] "Binorum coniunctio dicitur." [...]

'''COMBRETVM''', i. n. "Genus herbae." Plin. 21, 6 s. 16 Simillimum ei "(baccari)" combretum appellatur, foliorum exilitate vsque in fila extenuata, et procerius, quam baccar.

'''COMBVLLIO''', ire. "Vna ebullire." Diutius combulliant, quoad spissitudo inducatur Apic. 8, 8, 10.

'''COMBVRO''', ssi, stum, ere. [συγκαίω, πυρπολέω] "Vna, vel totum vro." [...]

'''COMBVRENS''', entis. Part. Lucret. 6, 152 Turbine ventorum comburens impete magno.

'''COMBVSTVS''', a, um. Part. "Vt," Caesar etiam in foro combustus Cic. Att. 14, 10. [...]

'''COMBVSTIO''', onis. f. Firmic. 4, 12 Vitia vero faciet ex igni et ferro, id est praecisiones et combustiones. Apic. 4, 4 Ne fundum attingat, et combustionem sentiat.

'''COMBVSTVRA''', ae. f. "Idem." Apic. 5, 5 Propter combusturam. "Add." 4, 4. Macer. 1, 26 Et combusturis praeclare subuenit ignis.

'''COME''', es, "vel" ae. f. [κόμη] "Herba a figura sic appellata." [...]

'''COMEDO [1]''', comes, comest: "vel" comedis, comedi, comesum, "vel" comestum, comedere, "vel" comesse. [ἐσθίω, φάγω, βρώσκω] "Edendo consumere." [...]

'''COMESVS [1]''', "vel" COMESTVS, Partic. [βεβρωμένος] "Vt," Quid factum est eo? "(sc. argento)" Comesum, epotum Plaut. Trin. 2, 4, 5. [...]

'''COMESVS [2]''', ûs. m. Isid. 20, 1 Ab esu et comesu mensae factum dicitur vocabulum.

'''COMESVRVS''', a, um. Partic. "Est" Plauti Pseud. 4, 7, 25.

'''COMEDENDVS''', a, um. Partic. [βρωθησόμενος] "Locum" Ter. Eun. 5, 9, 57 "modo laudauimus." Horat. Epist. 1, 7, 19 Vt libet, haec porcis hodie comedenda relinques.

'''COMESTVRA''', ae. f. [ἐδωδὴ] Cato de R. R. 157 Sed quae vocatur [σελινοειδὴς, haec septem habet bona in comestura. "De brassica loquitur. Sic ediderunt Iuntae, sed alii" commistura, "s." commixtura.

'''COMEDO [2]''', onis. m. [φάγος] Qui bona sua consumit, "inquit" Festus, Varro "apud" Non. 2, 189 [...]

'''COMEDVS''', i. m. Comedum, Bona sua consumentem, antiqui dixerunt, Festus.

'''COMESOR''', oris. m. Tertull. adu. Marc. 1, 1.

'''COMESTOR''', oris. m. Vulg. Interpr. Sap. 12, 5. [Καταφαγὰς, Gloss. Lat. Gr.

'''COMESTIBILIS''', e. Adi. "Vt," Vuae comestibiles, [τρώξιμοι, Vet. Interpr. l. 205 ff. de V. S.

COMESSOR, COMESSATIO, "etc. Vid." COMISSOR "in suo loco. Sed nomen"

'''COMESSATIO''', onis. "A comedendo, i. vna edendo certe posterior et semibarbara aetas deriuasse videtur: adeo constanter elemento" e "scribunt. Sic etiam"

'''COMESSALIA''', "sumuntur" Can. Non oportet 2 dist. 44 [...]

'''COMES''', itis. c. [ἀκόλουθος, συνακόλουθος, συνοδοιπόρος, συνοπαδὸς, πομπὸς] "Qui cum aliquo est, aut it, s. iter facit." [...]

'''COMITIVA''', "est" Comitis, "qualem" n. 7 [...]

'''COMITOR''', ari. Dep. [συνακολουθέω, παραπέμπομαι, παρομαρτέω, παρακολουθῶ] "Proprie est minorum maiores sequentium, antecedentium, aut latus eorum claudentium." [...]

'''COMITO''', are. [ἀκολουθέω] "Actiuum, licet minus frequens." [...]

'''COMITANS''', antis. Partic. [παρομαρτῶν] "Vt," Nullo latus comitante Sen. Hippol. 424. [...]

'''COMITANTIA''', ae. f. "e" Iul. Firmico "laudatur."

'''COMITATVS [1]''', a, um. Part. Pass. [παρηκολουθημένος] Cic. in Catil. 2, 4 c. 2 [...]

'''COMITATVS [2]''', ûs. m. [συνοδία] "Dicitur multitudo comitum." [...]

'''COMITATENSIS''', e. Adi. "Militiae genus sub Imperatoribus post Constantinum M. inferius honore" Palatinis, "sed honoratius" Ripensibus. [...]

'''COMITABILIS''', e. Adi. Paullinus Nolanus Auson. Carm. 10, 291 Ipse obit atque illi suus est comitabilis error. "i. comitatur illum."

'''COMESSOR''', "vid." COMISSOR.

'''COMETES [1]''', is. m. "Pater Asterionis, qui vnus ex Argonautis fuit:" Valer. Argon. 1, 356 [...]

'''COMETES [2]''', "vel" COMETA, ae. m. [κομήτης] "Est Stella crinita." [...]

'''COMICVS [1]''', "vid." COMOEDIA.

'''COMINI''', [Κομίνοι] "Populi fuerunt Italiae in tractu Aequicolarum." Plin. 3, 12. "Hinc"

'''COMINIA''', "Genus oliuae, apud" Plin. 15, 3.

'''COMINVS''', "vel" COMMINVS, "quod defendit" Cort. "ad" Sall. Cat. 60, 3. [...]

'''COMIS''', e. Adi. [φιλόφρων, εὐπροσήγορος, εὐτράπελος] "Benignus homo, et facilis, qui alii non grauate respondet, et humanitatem illam tralaticiam hilaris exercet." [...]

'''COMISSOR [1]''', "vid. post deriuata e" Comis.

'''COMITAS''', atis. f. [φιλοφροσύνη, εὐπροσηγορία] "Benignitas, facilitas." [...]

'''COMITER''', Adu. [φιλοφρόνως] Hilare ac libenter, "inquit" Varro de L. L. 6, 5 p. 79 [...]

'''COMISSOR [2]''', ari. [κωμάζω] "Quod non satis emendate" COMESSOR "aut" COMASSOR "quidam scribunt, significat hilariter et lasciue adeo post coenam compotare et voluptati ex sodalibus, aut amasiis etiam, indulgere, idque fere ita intelligitur, vt foris fiat, vel in publico, vel vti transeatur in aliam domum." [...]

'''COMISSANS''', antis. Suet. Calig. c. 32 In conspectu prandentis vel comissantis. Quinctil. 11, 3, 57 Modulatio scenica, et nonnunquam ebriorum aut comissantium licentiae similis.

'''COMISSATIO''', onis. f. "Compotatio a coena." [...]

'''COMISSATOR''', oris. m. [κωμαστὴς] "Qui comissatum venit." [...]

'''COMISSABVNDVS''', a, um. [κωμαστώδης] "Similis comissanti." [...]

'''COMISSALIA''', "vid." COMESSALIA.

'''COMISSALITER''', Adu. Cantare comissaliter Sidon. Epist. 1, 5. "i. velut in comissatione."

'''COMITASSET''', "veteribus pro" Cubuisset, "teste" Nonio 2, 125 [...]

'''COMITIVM''', i. n. "Ad verbum quilibet hominum coetus, dicitur enim a Coeundo." [...]

'''COMITIALIS''', e. Adi. [ἀρχαιρεσιακὸς] "a Comitio et Comitiis dicitur." [...]

'''COMITIALITER''', Adu. Plin. 22, 21 s. 29 Si id comitialiter accidat. "i. in morbo epileptico."

'''COMITIARIVS''', a, um. Adi. [ἀρχαιρεσιακὸς] Comitiaria statio "explicabatur, quae in modum comitiorum celebraretur." [...]

'''COMITIO''', are. Varro de L. L. 5, 4 [...]

'''COMITIATVS [1]''', a, um. Partic. [ἀρχαιρεσίαστος] "Suffragio populi in comitiis electus." [...]

'''COMITIATVS [2]''', ûs. m. [ἀρχαιρεσιασμὸς] Cic. de Legib. 3, 44 c. 19 [...]

COMITO, "et" COMITOR, "vid." COMES.

'''COMMA''', atis. n. [κόμμα] "Latine dicitur" Incisum, "quae pars est periodi." [...]

'''COMMATICVS''', a, um. Adi. "Breuis, Orationis epitheton, quam sic indicamus non periodis decurrentem, sed paruis et paucarum Syllabarum sententiis constantem." [...]

'''COMMACERO''', are. "Subigere." Pistillo lilia praestat Commacerare graui Strabo Gall. de Lilio: "vbi perperam secunda corripitur. Add." Marc. Empir. c. 36.

'''COMMACESCO''', cere. "Contabescere." Noster antiquus riualis domo iturus in curiam commacescebat Varro ap. Non. 2, 525.

'''COMMACVLO''', are. [κατασπιλόω, καταρυπόω] "Maculare totum vel vndique" Virg. Ecl. 8, 48 [...]

'''COMMADEO''', ere. [διαίνομαι] "Totum vndique madere." Cato 156 Coquito vsque dum ea commadebit bene, aquam defundito. "Nempe etiam simplex" Madere "de cibis dicitur, cum aqua et igni molliti sunt."

'''COMMAGENE''', "vid." COMAGENE.

'''COMMALAXO''', are. Est "Subigere, leuigare, mollire." Varro "ap."

Non. 2, 103 Nec dolorem adiaphoron esse quod philosophia commalaxarem eam partem, "etc." Exercere et maturefacere "explicat Nonius."

'''COMMALLEOLO''', are. "a Malleus; et significat, in aes incido." [...]

'''COMMANDO''', ere. "Aliquanto plus quam Mandere." Ser. Sammon. p. 22 "Keuch." Mane nouo myrti frondes commandere prodest.

'''COMMANDVCO''', are. [διαμασσάω] "i. Dentibus molere et in ore tenere." [...]

'''COMMANDVCATVS [1]''', a, um. Part. Pass. [διαμεμασσημένος] Plin. 22, 22 Soncho oris graueolentia commanducato corrigitur. "Add." 24, 4. Portulaca commanducata Scribon. 53.

'''COMMANDVCANDVS''', pastillus Scribon. 165.

'''COMMANDVCATVS [2]''', ûs. m. [διαμάσσησις] Plin. 24, 4 Vlcera commanducatu impposituque efficacissime sanari. "Sed In emendatioribus codicibus legitur," Commanducato impositoque.

'''COMMANDVCATIO''', onis. "Idem." Commanducatione quorundam sedare dolorem dentium Scribon. 53. -- oliuarum reficere 104.

'''COMMANEO''', ere. "Simul manere." Macrob. Saturn. 6, 8 Referunt enim non ad eos, qui adueniunt, sed ad illos, qui in domo commanent. "Et" Aug. de Ciu. Dei 22, 8.

'''COMMANIPVLO''', onis. m. [ὁμολόχος] "Miles eiusdem manipuli, apud" Spartianum in Nigro c. 10.

'''COMMANIPVLVS''', i. m. "Idem." Vetus Inscriptio "apud Gruter." [...]

'''COMMANIPVLARIS''', is. m. "Idem ac Commilito." [...]

'''COMMANIPVLATIO''', onis. f. Spartian. in Nigro 10 Vt in commanipulatione nemo focum faceret. "i. in coniunctione manipulorum vna cibum capientium."

'''COMMARGINO''', are. "Pro Margine munire." [...]

'''COMMARITVS''', i. m. [συνακοίτης] Plaut. Cas. 4, 2, 18 Meus socer, compar, commaritus villicus. "Libidinosus senex de seruo, cuius sponsae adhinniebat."

'''COMMARTYR''', y ris. m. "Socius Martyrii." Commartyres suos videre Tertull. de Anima c. 55.

'''COMMASCVLO''', are. "Masculum s. virilem facere et praestare." [...]

'''COMMASTICO''', are. "Commando, vel Commanduco." Aegilopas curat, si quis commasticet illam Macer 2, 15. Commasticatae frondes Id. 4, 8.

'''COMMATER''', tris. f. "Vid."COMPATER.

'''COMMATRONA''', ae. f. Tertull. ad Vxor. 2, 8 Diues commatrona nomine inflata.

'''COMMEATVS [1]''', "vid." COMMEO.

'''COMMEDITOR''', ari. [φροντίζω, μελετάω] "Diligenter meditari." [...]

'''COMMEIO''', meiere. κατουρῶ Gloss. Gr. Lat.

'''CONCAMERATVS''', a, um. Part. Suet. Aug. c. 90 In abditum et concameratum locum se recipere. Plin. 14, 1 s. 3 Vuae pensili concameratae nodo. "i. a camera suspensae."

'''CONCAMERATIO''', onis. f. [καμάρωσις] "Budaeus:" Concamerationes "sunt, quae arcuato opere constant." [...]

'''CONCANA''', [Κάγκανα ] "Ciuitas est mediterranea Cantabrorum in Tarraconensi Hispania. Ptolem. lib. 2. Huius incolae"

'''CONCANI''', Hor. Carm. 3, 4, 34 [...]

'''CONCAPES''', itis. Adi. "Quasi Caput ad caput." [...]

'''CONCAPTIVVS''', [Gloss. Gr. Lat. [συναιχμάλωτος] Vulg. Interpr. Tob. 1, 4. Hieron. Ep. 199.

'''CONCARNO''', are. Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur et conuisceratur Tertull. de Carne Chr. c. 20. [...]

'''CONCARNATIO''', onis. f. Tertull. de Monog. c. 9.

'''CONCASTIGO''', are. [ἐπανορθόω] "Multis verbis castigare." Plaut. Trin. 1, 1, 4 [...]

'''CONCATENO''', as. "Catenis colligo. Metaph." Concatenantur sibi epistolae nostrae Ambros. Ep. 23 "pr." [...]

'''CONCATENATVS''', a, um. Part. Min. Fel. 17, 2 Elementa cohacrentia, connexa, concatenata.

'''CONCATENATIO''', onis. f. Temporum concatenationes Tertull. Apol. c. 19 Mentis Cael. Aurel. Chron. 3, 2, 15. "i. constrictio."

'''CONCATERVATVS''', a, um. Adi. "In cateruas densas redactus" [...]

"et constipatus."

'''CONCAVVS''', a, um. Adi. [κοῖλος] "Totus Cauus." [...]

'''CONCAVO''', are. [κοιλόω] "Cauare vndique, vt aliquid spatii includatur." Ouid. Met. 2, 195 Est locus in geminos vbi brachia concavat arcus Scorpius.

'''CONCAVATVS''', a, um. Partic. Columel. 8, 5, 11 Ita factis concauatis nidis, ne -- euoluta decidant oua.

'''CONCEDO''', ssi, ssum, ere. [παραχωρέω, ὑφίεμαι, προσέρχομαι, ἀπέρχομαι] "Augere videtur aliquanto vim verbi simplicis Cedere, hoc est dare locum." [...]

'''CONCEDENS''', ntis. Partic. [ὑφιέμενος] Cic. Fam. 10, 3 Nunc me amantissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies, "etc." [...]

'''CONCESSVS''', a, um. Partic. [δεδομένος] Plin. 12, 25 [...]

'''CONCESSV''', "Permissu." Cic. de Vniuers. 44 [...]

'''CONCESSIO''', onis. f. [δόσις] Cic. Att. 3, 24 [...]

'''CONCESSO''', are. Frequent. [παυομαι] "Idem, quod Cessare, et ab opere vacare." [...]

'''CONCESSATIO''', onis. f. [παῦσις] Columel. 11, 1, 16 Nam vt in itinere conficiendo saepe dimidio maturius peruenit is, qui gnaviter sine vllis concessationibus permeabit, quam is, qui, "etc."

'''CONCESSIVVS''', a, um. Adi. "Vt," Concessiuus modus: "de quo sic" Seruius "in illud" Virg. Aen. 10, 33 [...]

'''CONCELEBRO''', are. [συνεπιφημίζω, συνεπιφοιτάω] "Vna et sollemniter celebrare, s. frequentare." [...]

'''CONCELLITA''', ae. "Cobabitans in eadem cella." Concellitam alicuius esse Sidon. Ep. 8, 14.

'''CONCERMINO''', are. "Concerpere, verbum, quod restitutum it, an affingit Popma" Varroni R. R. 3, 16, 32 [...]

'''CONCELO''', are. [συγκρύπτω] "Idem, quod diligenter Celare." Gell. 15, 2 Quos aliquis pudor reuerens concelaret. Id. 11, 9 Non id postea concelauit, quin gloriae quoque hoc sibi assignauit.

'''CONCENTVRIO''', are. [συγκατατάττομαι] "Colligere in Centurias militares, quod est etiam" Centuriare. [...]

'''CONCENTVS [1]''', ûs, "vid." CONCINO.

CONCEPTACVLVM, CONCEPTIO, CONCEPTIVAE Feriae, CONCEPTARE, CONCEPTVS, "vid." CONCIPIO.

'''CONCERNO''', creui, cretum, ere. [συνθεωρῶ, Vet. Gloss.] "Idem aiunt, quod Cerno, laudantque" Cic. de Petit. Cons. 16 c. 5 [...]

'''CONCERPO''', psi, ptum, ere. [διασπαράσσω] "Auget vim verbi, et Carpo idem quod Discerpere significat, et dilacerare." [...]

'''CONCERPTVS''', a, um. Partic. [διεσπαραγμένος] "Vt," Concerpta linteola Plin. 28, 15. "Et" 21, 3. "Add." 29, 4. 31, 9.

'''CONCERTO''', are. [συναγωνίζομαι] "Simul certare et contendere." [...]

'''CONCERTATVS''', a, um. Partic. [συνηγωνισμένος] Cic. in Partit. 99 c. 28 [...]

'''CONCERTATIO''', onis. f. [ἀγώνισις] Plin. 20, 18 [...]

'''CONCERTATOR''', oris. m. Tacit. Ann. 14, 29, 3 Paullinus scientia militiae et rumore populi Corbulonis concertator.

'''CONCERTATORIVS''', a, um. Adi. [ἀγωνιστικὸς] Cic. de Clar. Orat. 286 c. 83

'''CONCERTATIVVS''', a, um. Adi. "vbi mutuum et velut reciprocum certamen est." [...]

CONCESSIO, CONCESSO, CONCESSO, CONCESSVS, "vid." CONCEDO.

'''CONCHA''', ae. f. [κόγχη] "Genus piscis testa contectum." [...]

'''CONCHVLA''', ae. f. Constat vagas litoribus conchulas et vmbilicos lectitasse Valer. Maxim. 8, 8, 1. [...]

'''CONCHITA''', ae. m. "Piscator concharum." Plaut. Rud. 2, 2, 5 Saluete fures maritimi, conchitae atque hamiotae. "Tales" Conchylileguli.

'''CONCHATVS''', a, um. Adi. "In morem conchae curuatus." Plin. 10, 20 "de pauone," Simul vmbrae quosdam repercussus caeteris, qui in opaco clarius micant, conchata quaerit cauda.

'''CONCHIS''', is. f. [κόγχις] "Fabae genus, siue cibus ex faba." [...]

'''CONCHICLA''', ae. f. "pro" Conchicula, "i." Conchis "certo modo condita et parata, vt" Apiciana farsilis Apic. 5, 4, "et alia genera."

'''CONCHICLATVS''', a, um. Adi. Pullus vel porcellus Apic. c. l. "cum" conchicula "apparatus."

'''CONCHYLIVM''', i. n. [κογχύλιον] "Latine" Murex "dicitur; piscis genus ex concharum genere, vt docet" Plin. 9, 35 "et" 36. [...]

'''CONCHYLIATVS''', a, um. Adi. [κογχυλιωτὸς] "Murice tinctus." [...]

'''CONCHYLIS''', is. f. "Color purpureus, vt volunt; At quae loca producuntur, sunt Genitiui contracti" τοῦ Conchylium: "vt" Lucret. 6, 1072.

'''CONCHYLILEGVLVS''', i. m. L. 15 C. t. 7 de Murileg.

'''CONCHYTA''', "vid." CONCHITA, "sub" CONCHA.

'''CONCIDO [1]''', idi, isum, ere. [συγκόπτω] "Ex" Caedo, "significat Minutatim caedere." [...]

'''CONCISVS [1]''', a, um. Partic. [συγκεκομμένος] Cic. Philipp. 11, 11 [...]

'''CONCISE''', Adu. [συγκεκομμένως] Quinctil. 12, 2, 11 Quamquam ea non est tam minute ac concise in orationibus vtendum, quam in disputationibus. "De arte disserendi loquitur."

'''CONCISVRA''', [διακοπὴ] Sen. Epist. 101 Desit sane varietas marmorum, et concisura aquarum e cuniculis interfluentium.

'''CONCISIO''', onis. f. Concisio verborum Cic. de Partit. 19 c. 6.

'''CONCISOR''', oris. m. Cresc. Coripp. 4, 22.

'''CONCISORIVM''', ferramentum, "ad vngulas equorum" Veget. Mulom. 1, 56, 31.

'''CONCIDO [2]''', idi, asum, ere. [καταπίπτω] "Ex Cado, simul vel totum, vehementerque adeo cadere." [...]

'''CONCIEO''', iui, itum, ere. [συγκινέω, συγκαλέω] "vel" CONCIO, iui, itum, ire. "Commouere, Conuocare." [...]

'''CONCIENS''', ntis. Part. Vell. 2, 74, 2 [...]

'''CONCITVS''', a, um. Part. [ὡρμημένος] "Si a" Concieo, "penultimam corripit; si a" Concio, "producit." [...]

'''CONCITOR''', oris. m. [ὁρμητὴς] "Qui conciet, commouet, vt," Belli concitores Tacit. Ann. 4, 28. [...]

'''CONCITO [1]''', Adu. "Cito vel Concitate. Laudatur" Apul. Flor. p. 363, 37 Tum cum eo equo per viam concito peruolant. "Sed potest cum" equo "iungi voluisse Apuleius."

'''CONCITV''', Mamert. Geneth. Maxim. s. 2, 9, 3 [...]

'''CONCITO [2]''', are. Frequent. [παροξύνω, παρορμῶ] "Valde commouere." [...]

'''CONCITATVS [1]''', a, um. Part. [παρορμηθεὶς] "Vt," Concitatus ardore animus Cic. de Finib. 2,.. Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus Cic. de Clar. Orat. 306 c. 89. [...]

'''CONCITATE''', Adu. Columel. 6, 6, 4 [...]

'''CONCITATOR''', oris. m. [παρορμητὴρ] "Qui commouet." [...]

'''CONCITATRIX''', icis. f. [παρορμήτρια] "Vt," Concitatrix vis Plin. 26, 10. "Et" 19, 8.

'''CONCITATIO''', onis. f. [παρόρμησις] "Commotio. Vt," Concitatio multitudinis Cic. pro Cluent.... Animi concitatio Cic. de Diuin. 1, 34. [...]

'''CONCITATVS [2]''', ûs. m. Sidon. Carm. 23, 366.

'''CONCITAMENTVM''', i. n. Sen. de Ira 3, 9.

'''CONCILICIATVS''', a, um. Adi. "Cilicio indutus." Tertull. de Pudic. c. 13 "vbi" Conciliciatum et concineratum "publice poenitentem et pacem Ecclesiae petentem vocat."

'''CONCILIVM''', i. n. [συνέδριον, σύλλοχος, σύνοδος] "Conuentus populi, et multitudo populorum diuersorum in vnum locum consulendi gratia congregata." [...]

'''CONCILIABVLVM''', i. n. Diminut. [συνόδιον] Liu. 7, 15 [...]

'''CONCILIO''', are. [συνάπτω, συναλλάττω, διαλλάττω, προξενέω] "Coniungere quouis modo, in primis de rebus animatis, in quantum eae ad vtilitatem, et rationes nostras quocunque modo adiunguntur." [...]

'''CONCILIANS''', ntis. Part. ''Praeter allata'' Ouid. Rem. Am. 524 En etiam partes conciliantis ago.

'''CONCILIATVS [1]''', a, um. Partic. [συνηλλαγμένος] Plin. 17, 23 "de ratione arbustorum loquens," Inter se obuii miscentur, alliganturque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant. [...]

'''CONCILIATVS [2]''', ûs. m. [σύμφυσις] "Commistio." Lucret. 2, 934 [...]

'''CONCILIATOR''', oris. m. [συναλλακτὴς, διαλλακτὴς] "Interpres conciliationis." [...]

'''CONCILIATRIX''', icis. f. προξενήτρια Vet. Gloss.] Ea dicitur, "inquit" Festus, quae viris conciliat vxores, et vxoribus viros. [...]

'''CONCILIATRICVLA''', ae. f. Dimin. Cic. pro Sext. 21 c. 9 Erat enim hominum opinioni, nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

'''CONCILIATIO''', onis. f. [συναλλαγὴ, οἰκείωσις] Cic. Acad. 4, 141 [...]

'''CONCILIATVRA''', ae. f. "Pro Conciliatione." [...]

'''CONCINERATVS''', a, um. Adi. Tertull. de Pudic. c. 13 "de habitu poenitentium, i. cum aliis cinere conspersus."

'''CONCINNIS''', e. Adi. Apul. Met. 5 p. 167, 20 Lucernam concinnem.

'''CONCINNVS''', a, um. Adi. [εὔθετος, ἐμμελὴς, εὐσυνθετὸς, εὔρυθμος] "Compositus et ornatus; ex" Con, "et" Cinnus "compositum," quod est genus potionis ex multis liquoribus confectum, "auctore" Nonio 1, 207. [...]

'''CONCINNE''', Adu. [ἐμμελῶς] "Composite, eleganter." [...]

'''CONCINNITAS''', atis. f. [ἐμμέλεια, εὐρυθμία] "Ornatus, elegantia, ea praesertim, quae ex temperatione et permistione." [...]

'''CONCINNITER''', Adu. Gell. 18, 2.

'''CONCINNITVDO''', inis. f. [ἐμμέλεια] "Concinnitas." Cic. de Inuent. 1, 25 c. 18 Splendoris et festiuitatis et concinnitudinis minimum in se continere debet.

'''CONCINNO''', are. [εὐθετέω, συντίθημι, συσκευάζω] Apte componere, inquit Festus. [...]

'''CONCINNATOR''', oris. m. [συσκευαστὴς] "Vt," Vlp. in l. Nec quidquam. [...]

'''CONCINNATORIVS''', a, um. Adi. "Vt," Vasa concinnatoria l. 6 Dig. de penu legata. "Sed fluctuat lectio inter" cocinatoria, coquinaria, cocitatoria.

'''CONCINNATICIVS''', a, um. Adi. [εὐάρμοστος] "Quod breuiter collectum et apte dispositum est." Apuleius Met. 2 p. 119 Nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus accubueram.

'''CONCINNANTIA''', ae. f. "Idem." Sidon. Epist. 8, 4.

'''CONCINNATVRA''', ae. f. "Idem." [Κόλλησις. Vet. Gloss. Cyrill.

'''CONCINNATIO''', onis. f. Συνσκευὴ Vet. Gloss.] Cato 106 Aquae marinae concinnatio. "Modo non sit ex lemmate."

'''CONCINO''', cinui, centum, ere. [συνᾴδω, ὁμολογέω] "Simul canere, vel certe totis et coniunctis viribus canere." [...]

'''CONCENTVS [2]''', ûs. m. [συνῳδεία, συμφωνία] Virg. Georg. 1, 422 [...]

'''CONCENTOR''', oris. m. "In" Decretis Canonicis "dicitur is, qui consonat et concinit canenti; sicut" Succentor, "qui voce subsequens canendo respondet:" Praecentor, "qui vocem praemittit in cantu."

'''CONCENTIO''', onis. f. [συμφώνησις] Cic. pro Sext. 118 c. 55 [...]

'''CONCINENTIA''', ae. f. "Idem." Macrob. in Somn. Scip. 1, 5 [...]

'''CONCIO [1]''', is. "vid." CONCIEO.

'''CONCIO [2]''', onis. f. "A Conciendo, i. conuocando dicta," [ἐκκλησία, ἀγορὰ, δημηγορία, ῥήτρα] "Populi multitudo congregata vel ex magistratus iussu, vel sponte, ad audiendum oratorem: cuius etiam oratio vt et locus, vnde dicit, vocatur" concio. [...]

'''CONCIVNCVLA''', ae. f. Dimin. [δημηγορίδιον] Cic. Att. 2, 16 Quae mihi videtur vna conciuncnla clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

'''CONCIONOR''', ari. [ἐκκλησιάζω, δημηγορέω, ἀγοράομαι] "Idem significat quod Concionem habere." [...]

'''CONCIONANS''', ntis. Partic. [δημηγορῶν] Plin. 34, 8 Fecit et concionantem manu elata. "Conf." Quinctil. 1, 10. Gell. 1, 11. Tac. H. 1, 31. Val. Max. 1, 6, 2.

'''CONCIONATOR''', oris. m. [ἐκκλησιαστὴς, δημηγόρος] "Qui concionatur." [...]

'''CONCIONABVLVM''', i. n. "Locus conuentuum." Innocentius in Decretis.

'''CONCIONABVNDVS''', a, um. Adi. "Qui concionatur." Liu. 3, 47 Haec propalam concionabundus, in dies magis augebat iras hominum. "Add." Id. 21, 43. "it." 40, 27.

'''CONCIONALIS''', e. Adi. [δημηγορικὸς] "Vt," Concionalis senex Liu. 3 vlt. "sectator concionum, subrostranus," [ἀγοραῖος, "habet aliquid contemtus." [...]

'''CONCIONARIVS''', a, um. Adi. [ἀγοραστικὸς] Cic. Q. Frat. 3, 3 [...]

'''CONCIPILO''', are. [συναρπάζω] "Dictum" a Naeuio, pro Corripere, et inuolare: Festus "docet." [...]

'''CONCIPIO''', epi, eptum, ere. [συλλαμβάνω, κυέω] "Ex" Capio; "simul capere, totum, vel intra se capere." [...]

'''CONCIPIENS''', ntis. Partic. [συλλαμβάνων] "Vt," Concipiens et comprehendens natura Cic. de Nat. Deor. 2, 81. Spiritus plura iusto concipiens Quinctil. 2, 4, 4.

'''CONCEPTVS [1]''', a, um. Partic. [συνειλημμένος, κυηθεὶς] "Vt," Concepta aestu pestis Columel. 7, 5. [...]

'''CONCEPTVS [2]''', ûs. m. [κύημα] "Pro foetu." [...]

'''CONCEPTIO''', onis. f. [σύλληψις] "Idem." Plin. 22, 22 [...]

'''CONCEPTIONALE''', fatum futuri germinis subministrat Iupiter Tiresiae, id est quasi praescientiam Fulg. Mythol. 2, 10. "Haec quidem optima videtur lectio. Sed variatur."

'''CONCEPTOR''', oris. m. "Vt," Peccati conceptor Arat. in Act. Apost. c. 16.

'''CONCEPTACVLVM''', i. n. [συλληπτήριον] "Vbi quid concipitur." [...]

'''CONCEPTELA''', ae. f. "Idem." Frontinus de Aquaeduct. Conceptelas "vocat Aquarum conceptacula, si fides quibusdam editionibus. Sed ex MSS. restituit Polenus" Art. 22 "pr." Conceptacula, id est piscinas.

'''CONCEPTIVVS''', a, um. Adi. Conceptiuae feriae festa dicebantur, quae incertis diebus seruabantur quotannis, vt Sementinae et Compitalitiae Festus. [...]

'''CONCEPTO''', are. Frequent. Arnobius 4 p. 141 [...]

'''CONCISVS [2]''', CONCISE, ''vid.'' CONCIDO.

'''CONCITO [3]''', are. ''vid.'' CONCIEO, concies.

'''CONCIVIS''', is. Exactum, conciuium locum primum appellatum, deinde dictum fundum Frontin. de Limit. p. 310. ''Add.'' Hieron. Epist. 2, 25. Tertull. contra Marc. 5, 17. ''A. Borrich. Vindic. p. 31.''

'''CONCLAMO''', are. [καταβοάω] ''Simul clamare, vel ad plures clamare, vt praecones solent.'' [...]

'''CONCLAMATVS''', a, um. Part. Herba conclamati frigoris Macrob. 7, 7, 5. ''i. extremi.'' [...]

'''CONCLAMATIO''', onis. f. [καταβόησις] ''Multorum clamor.'' [...]

'''CONCLAMITO''', are. Frequent. [καταβοάομαι] Plaut. Merc. prol. 51 Conclamitare tota vrbe, et praedicare. ''Al.'' Conclamare.

'''CONCLAVDO''', si, sum, ere. [συνκλείω] ''Simul claudere, quod frequentius dicitur'' Concludo, ''de quo mox: hic tamen ponendum propter'' Colum. 3, 12, 2 [...]

'''CONCLAVE''', is, n. ''vel'' CONCLAVIS, is. f. [ταμεῖον, δωμάτιον, οἰκίσκος] est, ''inquit'' Donatus ''ad'' Ter. Eun. 3, 5, 35. [...]

'''CONCLAVO''', are. συνηλῶ Gloss. Gr. Lat.

'''CONCLAVATVS''', a, um. Part. Conclauatae dicebantur, quae sub eadem erant claue. Festus. ''Sed Scal. coniicit leg.'' Conclauia.

'''CONCLAVIVM''', i. n. [μυχὸς] ''Idem quod conclaue'' Plaut. Aul. 3, 2, 24 Et conclauium mihi peruium facitis? ''Conf. eiusd.'' Most. 3, 2, 158. Vitruuius 6, 5 ''dixit'' Conclauiorum altitudines.

'''CONCLVDO''', si, sum, ere. [συνκλείω, συγκατακλείω, κατακλείω, συμφράττω, συνείργω, συμπεραίνω] ''Simul claudere, vel vndique.'' [...]

'''CONCLVSVS [1]''', a, um. Partic. [συγκεκλεισμένος] "Vt," Conclusa aqua Cic. de Nat. Deor. 2, 20 c. 7. [...]

'''CONCLVSE''', Adu. [συγκεκλεισμένως] Cic. in Orat. 177 c. 53 Quum, vt fit, fortuito saepe aliquid concluse, apteque dicerent. "h. e. rotundam et numerosam periodon funderent."

'''CONCLVSIO''', onis. f. [συμπέρασμα, ἐπίλογος] "Eadem varietate, qua verbum" concludo "adhibetur." [...]

'''CONCLVSIVNCVLA''', ae. f. Dimin. Cic. Acad. 4, 75 c. 24. Contortulae quaedam ac minutae Stoicorum conclusiunculae Cic. Tusc. 2, 42 c. 18.

'''CONCLVSVS [2]''', ûs. m. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

'''CONCLVSVRA''', ae. f. Vitruu. 6, 11.

'''CONCOENA''', ae. m. "Qui vna cum alio coenat. Hoc nomen reddi vult Voss. Etymol. voce Coena" Lucilio "apud" Fest. in Tapulla. Vet. Gloss. σύνδειπνος Conuiua, Concena.

'''CONCOENATIO''', onis. f. "Sic" σύνδειπνον "interpretatur" Cic. Fam. 9, 24. "it." de Senect. c. 13 "extr."

'''CONCOEPTO''', are. Macrobio "assignatur."

'''CONCOCTIO [1]''', "vid." CONCOQVO.

'''CONCOLOR''', oris. Adi. [ὁμόχροος] "Eiusdem coloris: vt," Concolor cicatrix Plin. 28, 9. [...]

'''CONCOLORVS''', a, um. Adi. Mart. Capell. l. 6.

'''CONCOLORO''', are. Tertull. de Pudic. c. 8.

'''CONCOMITOR''', ari. Quinctiliani "esse dicitur."

'''CONCOMITATVS''', Partic. Plaut. Milit. 4, 3, 10 Quibus concomitata recte deueniat domum.

'''CONCOPVLO''', are. "Idem, quod simplex Copulare." Lucret. 6, 1075 Denique res auro argentum concopulat vna, "etc. Chrysocollam intelligit."

'''CONCOQVO''', coxi, coctum, ere. [συμπέπτω, πέπτω] Varro de R. R. 2, 10, 7 [...]

'''CONCOCTVS''', a, um. Partic. [πεπεμμένος] Lucret. 2, 852 [...]

'''CONCOCTIO [2]''', onis. f. [πέψις, πέπανσις] "Actus ventriculi." [...]

'''CONCORS''', ordis. Adi. [ὁμογνώμων, ὁμόφρων, ὁμόνους, ὁμονοητικὸς] "Qui cordis vnius, i, mentis, siue animi est." [...]

'''CONCORDIA''', ae. f. [ὁμόνοια, ὁμοφροσύνη, ἁρμονία] "Sensus et vox communis, a cordibus congruentibus dicitur: contrarium" discordia Sallust. Iug. 10 [...]

'''CONCORDIALIS''', e. Adi. Firmic. 6, 32 Concordialibus vinculis copulentur.

'''CONCORDITAS''', atis. f. [ἁρθμὸς] pro Concordia, Pacuuius. Concorditatem, hospitio adiunctam, perpetem Comitatem conseruetis Non. 2, 151.

'''CONCORDITER''', Adu. [ὁμονοϊκῶς] Dulces concorditer exigit annos Ouid. Met. 7, 752. [...]

'''CONCORDIS''', e. Adi. ''pro'' Concors, Caecil. ''ap.'' Priscian. 6 p. 726 ''extr.''

'''CONCORDIVM''', i. n. ''pro'' Concordia. ''Vt,'' Venale concordium Papinian. l. 27 ff. de Pact. Dot.

'''CONCORDO''', are. [συμφρονέω, ὁμογνωμονέω, ἀρθμέω] Conuenire. [...]

'''CONCORDATIO''', onis. f. Vulg. Sirac. 22, 22 ''et'' 27, 21.

'''CONCORDABILIS''', e. Adi. Non voces omnes cum aliis iunctae concordabiles in cantu reddunt effectus Censorin. c. 10.

'''CONCORPORO''', are. [συσσωματόω] ''Simul corporare, et ex pluribus mistis vnum facere.'' [...]

'''CONCORPORATVS''', a, um. Part. Concorporatus rursus ecclesiae Tertull. de Pudic. c. 15. Hi scopuli stetere concorporati Amm. 22, 8.

'''CONCORPORATIO''', onis. f. Tertull. de Bapt. c. 8. ''it.'' adu. Marc. 4, 4.

'''CONCORPORALIS''', e. Adi. Vulgat. Ephes. 5, 6. ''It. substontiu.'' Ne vno quidem caedibus concorporalium superesse permisso Ammian. 28, 28. ''Conf.'' Id. 21, 22.

'''CONCORPORIFICATVS''', a, um. Part. Tertull. adu. Valent. c. 23.

'''CONCRASSO''', are. Concrassare liquida C. Aurelian. Tard. 4, 3.

'''CONCRATICIVS''', ''vid.'' CRATICIVS.

'''CONCREBRESCO''', ere. Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro Virg. in Ciri v. 25.

'''CONCREDO''', credidi, creditum, ere. [παρακατατίθεμαι] ''Totum Credere, i. seruandum dare, et fidei alicuius tradere.'' [...]

'''CONCREDITVS''', a, um. Part. Fortunae cui commendatur et concreditae Cic. pro S. Ros. c. 39. ''Add.'' Plaut. Poen. 4, 2, 104 Hoc nocte consulendum, quod modo concreditum est.

'''CONCREMO''', are. [συγκαίω] ''Cremare totum'' Plin. 12, 18 [...]

'''CONCREMATVS''', a, um. Part. Vrbes Sen. Ep. 9.

'''CONCREMATIO''', onis. f. Fulgent. Myth. 1.

'''CONCREO''', are. Quod ex niue crystallus concreatur Gell. 19, 5 ''in lemmate, si sit modo Gellii.''

'''CONCREPO''', crepui, crepitum, are. [ἐπικτυπέω] Con ''auget, teste Donato, etiam hic verbi'' Crepo ''significationem.''

'''CONCREPATIO''', onis. f. Arnob. adu. gent. 2 p. 73.

'''CONCREPARIVS''', a, um. Adi. Plaut. Bacch. suppos. prol. v. 3 Ore concrepario frequenter fremunt.

'''CONCREPITO''', are. Prudent. Porift. 11, 56.

'''CONCRESCO''', creui, cretum, ere. [ἐπισυνδίδωμι, πήγνυμαι, συμπήγνυμαι] ''Simul crescere, it. crescendo coniungi et conglutinari, ita tamen, vt crescendi notione omissa solius saepe coniunctionis ratio habeatur.'' [...]

'''CONCRETVS [1]''', a, um. Partic. [συμπεπηγὼς, συμπεπηγμένος] Cic. Tusc. 1, 42 [...]

'''CONCRETVS [2]''', ûs. m. [σύμπηξις] "Idem quod Concretio." Plin. 12, 16 In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi.

'''CONCRETIO''', onis. f. [σύμπηξις] "Coniunctio, coalitus." [...]

'''CONCREMENTVM''', i. n. Apul. Apol. p. 306, 6 [...]

'''CONCRESCENTIA''', ae. f. Vitruu. 8, 3 Dissipant, quae ex aquarum subsidentia in corporibus et concrescentia offenderunt.

'''CONCRETIVVS''', a, um. Adi. Firmic.

'''CONCRIMINOR''', ari. [διαβάλλω] "Criminari valde, conquisitis velut criminibus." Plaut. Mil. 2, 2, 87 Vt si illic concriminatus siet aduersus militem meus conseruus.

'''CONCRIMINATIO''', onis. f. Vox ICt. in Dig. "esse dicitur."

'''CONCRISPO''', are. Vitruu. 8, 1 [...]

'''CONCRVCIOR''', ari. [τιμωρέομαι] "Vndique, vehementer," Cruciari Lucret. 3, 149 [...]

'''CONCRVCIABILIS''', e. Hygini "esse dicitur."

'''CONCRVCIARIVS''', a, um. Firmico "tribuitur."

'''CONCRVCIFIGO''', ere. Sidon. Epist. 6, 1.

'''CONCRVSTO''', are. Ammian. 17, 7 Soliditates concrustatae. "Et" Meatus gelidis frigoribus concrustati Idem 30, 6.

'''CONCVBO''', are. "et" CONCVMBO, cubui, cubitum, cumbere. [...]

'''CONCVBITIO''', onis. f. Hygin. Astron. 2, 12. "i. concubitus."

'''CONCVBITOR''', oris. m. συνκοιμητὴς Vet. Gloss.] Tertull. de Pudic. Saluian. l. 7 p. 251. Vulg. 1 Corinth. 6, 10.

'''CONCVBITVS''', ûs. m. [συνουσία, μῖξις] "Coitus." [...]

'''CONCVBINVS''', i. m. [παιδικὰ] "Puer ad libidinem vsurpart solitus." [...]

'''CONCVBINA''', ae. f. [ὁμευνέτις] "Dicebatur ea, quam quis non mariti animo, sed concubitus tantum causa, sine stupri tamen crimine, flagitioue domi habebat, arg." l. 4 [...]

'''CONCVBINVLA''', ae. f. Cathol.

'''CONCVBINATVS''', ûs. m. [συνουσιασμὸς] Plaut. Poen. prol. 102 [...]

'''CONCVBATVS''', ûs. m. "Concubinatus." L. 3 ff. de Concubin. "Sed Haloander" Concubinatum "et hic reposuit."

'''CONCVBINALIS''', e. Adi. Sidon. Epist. 9, 6 "extr."

'''CONCVBIVM''', i. n. [μεσονύκτιον] "Sic tempus dixerunt veteres, quo omnes fere cubarent." [...]

'''CONCVBIVS''', a, um. Adi. Tacit. Ann. 1, 39. [...]

'''CONCVBITALIS''', e. Adi. "Ad concubitum pertinens." Tertull. ad Nation. 2, 11. Conseuius Deus, qui consationibus concubitalibus praesit.

'''CONCVDO''', ere. Firmic.

'''CONCVLCO''', are. [συμπατέω] "Idem quod" Calcare, "nisi quod" CON "auget." [...]

'''CONCVLCATVS [1]''', a, um. Part. Vulgata Esai. 18, 2. "et" Luc. 8, 5.

'''CONCVLCATIO''', onis. f. [πάτησις] Plin. 8, 18 Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

'''CONCVLCATVS [2]''', ûs. m. "Idem." Tertull. de Resurr. c. 22.

'''CONCVLPO''', are. ICt. in Dig.

'''CONCVMVLO''', are. a Cumulus. "Vnde"

'''CONCVMVLATVS''', Partic. Tertull. de Vel. Virg. c. 7.

'''CONCVMVLATIO''', onis. f. Firmicus.

'''CONCVMBO''', "vid." CONCVBO.

'''CONCVPIO''', "fuisse verbum veteribus non incognitum, docet non modo verbum simplex, et Praeteritum" Concupiui "etc. sed etiam"

'''CONCVPIENS''', ntis. Partic. Ennius "ap." Cic. de Diuin. 1, 107 c. 48 [...]

'''CONCVPISCO''', cupiui, cupitum, cupiscere. [...]

'''CONCVPISCENDVS''', a, um. Partic. Cels. 1, 1. Cic. Fam. 15, 6 Honos non nimis concupiscendus.

'''CONCVPITVS''', Partic. "Vt," Pecunia concupita Cic. Tusc. 4, 24 c. 11. Idem Tusc. 4, 13 c. 6 Laetitia, vt adepta iam aliquid Concupitum, efferatur, et gestiat.

'''CONCVPITOR''', oris. m. Firmic. 8, 22 "in fine," Vicesima nona pars Cancri, si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet illiberales, et fures, et rerum alienarum concupitores.

'''CONCVPISCENTIA''', ae. f. [ἐπιθυμία] "Est bonarum aeque ac malarum rerum appetitio." [...]

'''CONCVPISCENTIVVS''', Adi. Tertul. de anima c. 16.

'''CONCVPISCIBILIS''', e. Adi. Hieron. Quaest. Ebr. in Paralip. 1, 1. "et" Ambros. Epist. 11 ad Iren.

'''CONCVRO''', are. [ἐπιμέλομαι] "Simul curare." Plaut. Bacchid. 1, 2, 23 Pro dignitate opsonii haec concuret coquus.

'''CONCVRATOR''', oris. m. [συνεπεμελητὴς] "Qui simul cum alio curam administrat." l. 19 [...]

'''CONCVRRO''', concurri, concursum, ere. [συντρέχω] "Simul currere, confluere." [...]

'''CONCVRRENS''', entis. Partic. [συντρέχων] "Vt," Concurrentes cautes Ouid. Amor. 2, 11, 3. "Symplegades illae s. Cyaneae." Concurrens quantitas In l. Cum alter. D. De compensat.

'''CONCVRSVS''', ûs. m. [συνδρομὴ] "Verbi significationem sequitur." [...]

'''CONCVRSIO''', onis. f. [συνδρομὴ] "Idem." Cic. de Fin. 1, 17 c. 6 [...]

'''CONCVRSO''', are. Frequent. "Vt," Concursare villas, prouinciam Cic. Verr. 7, 79. [...]

'''CONCVRSANS''', ntis. Partic. Sen. de Benef. 7, 14 [...]

'''CONCVRSATOR''', oris. m. "Veles, leuis miles, lacessere praelium quam sustinere aptior." [...]

'''CONCVRSATIO''', onis. f. Cic. de Lege Agr. 2, 94 c. 34 [...]

'''CONCVRSATORIVS''', Adi. Ammian. 16, 14 Pugna concursatoria, "qualis" est concursatorum.

'''CONCVRVO''', are. "Curuum facere." Macrob. Saturn. 2, 7 "ex" Laberio, Cur cum vigebam membris praeuiridantibus -- Non flexibilem me concuruasti "(o fortuna)" vt carperes.

'''CONCVSSVS [1]''', "vid." CONCVTIO.

'''CONCVTIO''', ssi, ssum, ere. [συσσείω, διασείω, ἀνασείω, κατασείω, συγκλονέω] "Ex" Con "et" Quatio; "Commouere, agitare." [...]

'''CONCVTIENS''', ntis. Partic. [διασείων] "Vt," Concutientes se corui Plin. 18, 35. [...]

'''CONCVSSVS [2]''', a, um. Partic. [διάσειστος] "Vt," Furit mugitibus aether Concussus Virg. Georg. 3, 151. [...]

'''CONCVSSIO''', onis. f. "Est crimen, quum quis ab eo, quem iudicii magistratusue terrore affecit, eius periculi deuitandi causa pecuniam extorquet." [...]

'''CONCVSSVRA''', ae. f. "pro Concussione vtitur" Tertull. de Fuga in persequutione c. 13 "pr."

'''CONCVSSOR''', oris. m. Tertull. de Fuga in persequutione c. 12 [...]

'''CONCVSSVS [3]''', ûs. m. [σεισμὸς] "Commotio." Plin. 35, 16 Coquitur in calicibus crebro concussu. Magno concussu Lucret. 6, 546.

'''CONCVSSIBILIS''', e. Adi. Tertull. adu. Marc. 1, 25.

'''CONCVSSO''', are. Lucret. 3, 396 "laudatur. Sed recte hodie" Concursare "legunt. Vid. suo loco. Sic et" 2, 215.

'''CONDALIVM''', Annuli genus, "teste" Festo in Condulus. "Est nempe a" [κόνδυλος, "vt" Calix "a" [κύλιξ. Plaut. Trinum. 4, 3, 7 Sat in thermopolio condalium es oblitus. "Add." ib. v. 15.

'''CONDECET''', condecebat, condecuit, condecere. [πρέπει] "Decet vehementer." Plaut. Pseud. 4, 1, 24 Sed vide an ornatus hic me satis condecet? "Add." Id. Amph. 2, 2, 90.

'''CONDECENS''', entis. In loco condecenti Ammian. 16 p. 131. Familiaris habitus condecentior Auson. Grat. Act. 64.

'''CONDECENTIA''', ae. f. [τὸ πρέπον, εὐπρέπεια] Cic. de Orat. 3, 198 c. 52 [...]

'''CONDECENTER''', Adu. [πρεπόντως] Gell. 16, 12 Commode haec quidem omnia, et condecenter. "al." conducenter.

'''CONDECORO''', are, [ἐπικοσμέω] "Idem quod Exornare, et expolire." Plin. 35, 10 Dignis digna loca picturis condecorauit. Ter. in prol. Hec. 37 Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos.

'''CONDECORVS''', "vnde"

'''CONDECORE''', Adu. [εὐπρεπῶς] Gell. 14, 4 Condigne mehercule, et condecore Chrysippus, "etc." depinxit.

'''CONDEFLETVS''', a, um. Condefleta iacebit materies Prudent. Hamart. v. 944 ''al.'' Conclamata.

'''CONDELECTOR''', ari. Condelector lege dei, συνήδομαι Vulg. Rom. 7, 22. ''Add.'' Fulgent. Epist. 4 ad Prob. de Orat.

'''CONDELIQVESCO''', ere. ''Vna liquescere.'' Vti resina condeliquescat Cato R. R. 2, 3. ''Al.'' Deliquescat.

'''CONDEMNO''', are. [καταγινώσκω, κατακρίνω, καταδικάζω, καταδιαιτέω] ''Proprie locum habet cum plures Damnant aliquem.'' [...]

'''CONDEMNATVS''', a, um. Partic. [κατάκριτος] ''Vt,'' Furti condemnatus Vlpian. in l. furti D. de his, qui notant. infam. [...]

'''CONDEMNATOR''', oris. m. [κατακριτὴς] ''Pro Accusatore, qut reum peregit, apud'' Tacit. Ann. 4, 66 [...]

'''CONDEMNATRIX''', icis. Sarisber. Ep. 188.

'''CONDEMNATIO''', onis. f. Vlpian. in l. penult. D. si ex noxali causa agatur. [...]

'''CONDEMNABILIS''', e. Adi. Et nostrae studium non condemnabile Musae Pallad. de Insit. v. 11.

'''CONDENSO''', are. [πυκνόω] ''Densum facere, cogere, spissare.'' Columel. 7, 8, 4 [...]

'''CONDENSATIO''', onis. f. συνάφεια Vet. Gloss.] Cael. Aurel. Acut. 3, 18, 187.

'''CONDENSEO''', ere. [πυκνοῦμαι] ''Etiam significat Densum facere.'' Lucret. 1, 392 [...]

'''CONDENSVS''', a, um. Adi. [πυκνὸς] ''Valde densus. Vt,'' Acies condensa Liu. 26, 5. [...]

'''CONDENSITAS''', atis. f. Apul. de Mundo ''esse dicitur. Negat Index Floridi.''

'''CONDEPSO''', ere. Commiscere, a Graeco tractum. [...]

'''CONDESCENDO''', ''vnde''

'''CONDESCENSIO''', onis. f. Debemus imitari Iesu Christi condescensionem seu demissionem Iustinian. l. 6 C. de S. Trinit. [συγκατάβασιν.

'''CONDESERTOR''', oris. m. Tertull. de Carne Christi c. 1 Condiscipulus et condesertor eius.

'''CONDICO''', xi, ctum, ere. [τάττω, συντάττω, ἐπαγγέλλομαι] ''Proprie est duorum aut plurium inuicem denuntiantium aliquid, et sic constituentium.'' [...]

'''CONDICTVS''', a, um. Partic. [ἐπηγγελμένος] Suet. Claud. c. 21 [...]

'''CONDICTIO''', onis. f. [ἐπαγγελία] "est" Eius rei, qua de agitur, in diem certum denuntiatio, "auctore" Festo. [...]

'''CONDICTICIVS''', a, um. Adi. [ἐπαγγελτικὸς] "Vt," Actio condicticia, [...]

"qua aliquid condicimus et repetimus: quae alias" Condictio "vocatur."

'''CONDICTO''', are. Firmici "esse dicitur."

'''CONDIGNVS''', a, um. Adi. [ἄξιος] "Valde dignus." [...]

'''CONDIGNE''', Adu. [ἀξίως] Plaut. Casin. 4, 1, 14 [...]

'''CONDIO''', iui "vel" ii, itum, ire. [ἀρτύω, ἡδύνω, ταριχεύω] "Sapidum facere, saporem addere cibis." [...]

'''CONDITVS [1]''', a, um. Partic. [ἥδυντος] "Vt," Plaut. Pseud. 3, 2, 22 [...]

'''CONDITIO [1]''', onis. f. [ἄρτυσις] "Vt," Cic. de Nat. Deor. 2, 146 c. 58 [...]

'''CONDITVS [2]''', ûs. m. [ἄρτυσις] Columel. 2, 22, 4 Vuas itemque oliuas conditui legere licet.

'''CONDITOR [1]''', oris. m. [ὑδυντὴρ, ὀψαρτυτὴς] Cic. Post redit. in Sen. 14 c. 6 [...]

'''CONDIMENTVM''', i. n. [ἄρτυμα, παρόψημα] "Quod ad condiendos cibos adhibetur." [...]

'''CONDIMENTARIVS''', a, um. Adi. [ἀρτυματικὸς] "Vt," Plin. 19, 8 [...]

'''CONDITANEVS''', a, um. "Aliud" Adi. [ἀρτυσιμὸς] "Auctore" Nonio 2, 194 [...]

'''CONDITARIVS''', a, um. Adi. "Vt," Coquina conditaria August. Ciu. Dei 22, 8.

'''CONDITICIVS [1]''', a, um. Adi. Cibaria conditicia Columel. 8, 8, 2. "Melius ad" Condo "refertur."

'''CONDITIVVS [1]''', a, um. Adi. "Quod condiri potest, vel conditum est." Conditiua mala Cato R. R. 7, 3. [...]

'''CONDITVRA [1]''', ae. f. [σκευασία] "Idem quod Conditio, siue ratio condiendi." [...]

'''CONDISCO''', didici, ere. [συμμανθάνω] "Totum discere." [...]

'''CONDISCENS''', ntis. Part. [συμμανθάνων] Plin. 21, 5 Ac veluti rudimentum naturae lilia facere condiscentis.

'''CONDISCIPVLVS''', i. m. [συμμαθητὴς] "Qui cum alio discit." [...]

'''CONDISCIPVLA''', ae. f. [συμμαθήτρια] Martial. 10, 35 Hac condiscipula vel hac magistra Esses doctior, et pudica Sappho.

'''CONDISCIPVLATVS''', ûs. m. [συμμαθητεία] Iustinus 12, 6, 17

'''CONDISCIPLINATVS''', ûs. m. Augustin. Ep. 34 ad Paullin.

'''CONDITIO [2]''', CONDITIVVS, CONDITOR, CONDITVRA, "vid." CONDIO.

'''CONDO''', condidi, conditum, ere. [ἀποκρύπτω, ταμιεύω, ἀποτίθημι] "Componere, aliis rebus circumdare, quibus velut claudatur." [...]

'''CONDENS''', entis. Partic. [ἀποκρύπτων] "Vt," Nubila condentia caelum tenebris Claud. in Nilo 2.

'''CONDITVS [3]''', a, um. Partic. [ἀποκείμενος, ἀπόθετος] "Verbi sui significatione." [...]

'''CONDITVS [4]''', ûs. m. Apul. p. 289. Censorin. c. 4.

'''CONDITVRA [2]''', ae. f. "Structura, ratio conficiendi." Petron. 51 Conditura vitrorum.

'''CONDITOR [2]''', oris. m. [κτίστης, δημιουργὸς ἀρχηγὸς] "Qui aliquid componit, rei alicuius auctor." [...]

'''CONDITRIX''', icis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 11 [...]

'''CONDITORIVS''', a, um. Adi. [ἀπόκρυφος] Quinctil. Decl. 8 [...]

'''CONDITORIVM''', i. n. [θήκη] "i. e. Sepulcrum." [...]

'''CONDITICIVS [2]''', a, um. Adi. [ἀποθετικὸς] "Quod conditur et seruatur." Colum. 8, 8, 2 Duobus tamen aut tribus mensibus acceptant conditicia cibaria, caeteris seipsas pascunt seminibus agrestibus.

'''CONDITIVVS [2]''', a, um. Adi. [ἀποθετὸς] "Fructuum appellatio, qui condi possunt, i. seruari vltra maturitatem. Vid. sub " CONDIO.

'''CONDITIVVM''', i. n. "pro Sepulcro, s. Conditorio." Sen. Epist. 82 Multum interest inter otium et conditiuum. "Add" Id. Ep. 60.

'''CONDVS [1]''', i. m. "Qui condit; vt," Promus, "qui promit conditicia." Plaut. Pseud. 2, 2, 14 Condus promus, procurator peni.

'''CONDITIO [3]''', onis. f. [κατάστασις, τύχη] "Est Dispositio quaedam ac ratio fortunarum, temporum, rerum, tota circumstantia, et quidquid rem vel personam, meliorem deteriorem, feliciorem infeliciorem facit, quae" cum "re vel persona" dantur, "ponuntur, sunt, sine quibus res aut non est, aut non potest obtineri." [...]

'''CONDITIONALIS''', e. Adi. "Quod ex conditione pendet." [...]

'''CONDITIONALITER''', Adu. In Institutionibus, titulo de legatis §. longe magis, Sed si conditionaliter enuntiata fuerit causa, aliud iuris est, "etc." Paullus in l. qui stipulator. [...]

'''CONDITIONABILIS''', e. Adi. Tertull. adu. Gnost. c. 11.

'''CONDIVIDO''', ere. C. Aurel. Tard. 1, 4.

"A" CONDO, are, "formatum videtur"

'''CONDATOR''', oris. m. Condatoribus, συντελεσταῖς, Gloss. Lat. Gr. "Sed" Gl. Gr. Lat. [συντελεστὴς Tributarius. "Videtur itaque" Condator "etiam ille esse, qui" cum "aliis" dat "et" confert "tributum."

'''CONDOCEO''', ui, ctum, ere. [συμπαιδεύω] "Plane et accurate docere." Hirt. Bell. Afr. 19 Equo frenato vti condocuerat.

'''CONDOCTVS''', a, um. Partic. Plaut. Poen. 3, 2, 3 [...]

'''CONDOCEFACIO''', eci, actum, ere. [διδάσκω] "Instruere," [...]

"docere."

'''CONDOLEO''', ui, ere. [συνάχθομαι, λυπέομαι] "Idem, quod vndique, vel vehementer dolere: nam" Condolere, "pro eo, quod Graecis est" [συναλγεῖν, "aut" [συμπάσχειν, "non est Latinum." [...]

'''CONDOLESCO''', ere. [καταλγύνομαι] Condolere "incipere." [...]

'''CONDOMINOR''', ari. Liuio "adscribitur."

'''CONDOMO''', are. "Totum et plane domare." Veteresque nugas condomare ac frangere Prudent. Hymn. Ieiun. v. 98.

'''CONDONO''', are. [δωρέομαι, χαρίζομαι] "Idem, quod donare significat, cum quodam incremento significationis: interdum et remittere, non exigere, quod debetur." [...]

'''CONDONATVS''', a, um. Partic. [συνεγνωσμένος] Cic. Fam. 5, 18 [...]

'''CONDONATIO''', onis. f. [συγγνώμη] Cic. Act. 1 in Verr. 12 c. 4 [...]

'''CONDORMIO''', iui, itum, ire. [συγκαθεύδω] "Simul domire." [...]

'''CONDORMISCO''', ere. "Idem." Plaut. Rud. 2, 7, 13 Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, vbi condormiscam parum. s. istuc vbi vbi vis, condormisce: nemo prohibet, publicum est.

'''CONDORMITIO''', onis. f. Firmic.

'''CONDOTALIS''', e. In Cod.

'''CONDOTO''', are. Ibid.

'''CONDOTATVS''', a, um. In Digest.

'''CONDRILLE''', es. f. "siue" CONDRILLON, i. n. "Herba, de qua" Plin. 22, 22 s. 45 [...]

'''CONDRIS''', "vid." CHONDRIS.

'''CONDVCO''', xi, ctum, ere. [ἐπάγω, συνάγω] "Simul docere, cogere, congregare." [...]

'''CONDVCTVS [1]''', a, um. Partic. "pro diuersitate verbi significat." [...]

'''CONDVCTILIS''', e. Adi. Firmici "esse dicitur."

'''CONDVCTIM''', Adu. "Apud" Capitolinum.

'''CONDVCTOR''', oris. m. "Qui aliquid faciendum, vtendum, fruendum, accipit, etsi idem pecuniam accipiat." [...]

'''CONDVCTRIX''', icis. f. "Vid." Cod. 5, 12 l. 18. "et" 4, 65 l. 24.

'''CONDVCTIO''', onis. f. [μίσθωσις] "Conducendi actus." Cic. pro Caecin. 94 c. 32 [...]

'''CONDVCTVS [2]''', ûs. m. "Contractio." Cael. Aur. Acut. 2, 15 Conductu superciliorum.

'''CONDVCENTER''', Adu. Gell. 16, 12 Commode haec sane omnia et conducenter. "Al." condecenter.

'''CONDVCIBILIS''', e. Adi. [συμφέρων] "i. Vtile." Sententia Apul. Met. p. 7 [...]

'''CONDVCTICIVS''', a, um. Adi. [μισθωτὸς] "Quod conductum est. Vt," Fidicina conducticia Plaut. Epid. 2, 3, 8. [...]

'''CONDVLCO''', are. "Idem ac Dulcare." Vulg. Interpr. Sirac. 27, 26.

'''CONDVLVS''', i. m. "Annulus, teste" Festo. [...]

'''CONDVPLICO''', are. [ἐπιδιπλασιάζω] "Quasi simul duplicare, et duplicem facere." [...]

'''CONDVPLICATIO''', onis. f. [ἐπιδιπλασιασμὸς] Plaut. Poen. 5, 5, 18 [...]

'''CONDVRO''', are. "Durum reddere." Lucret. 6, 968 Humor aquae porro ferrum condurat ab igni, "i. post ignem, si ignitum ferrum in aqua immittatur;" At coria, et carnem mollit durata calore.

'''CONDVRDVM''', i. n. Herba "est" solstitialis, flore rubro, quae e collo suspensa comprimere dicitur strumas. "Vid." Plin. 26, 5 s. 14.

'''CONDVS [2]''', "vid." CONDO.

'''CONDYLOMA''', atis. n. [κονδύλωμα] "Tuberculum, quod ex inflammatione praesertim circum sedem, anumque consistit." [...]

'''CONDYLOMATICVS''', a, um. "Nodosus, pustulosus. Vt," Passio condylomatica. Cathol.

'''CONDYLVS''', i. m. [κόνδυλος] "Iunctura et nodus articulorum in digitis, eminens, stricta in pugnum palma." [...]

'''CONDYLIATVS''', a, um. Adi. "Nodo constrictus; vt," Lana condyliata Plin. Valer. "ap. Barth. Adu." 36, 3.

'''CONE''', "Insula ad ostium Istri." Lucan. 3, 200 Et barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas, "etc."

'''CONFABRICOR''', ari. Dep. Gell. 3, 19 Superstitiose, et moleste atque odiose confabricatus commolitusque est originem vocabuli.

'''CONFABREFACIO''', ere. "Idem, apud" ICtos in Digest.

'''CONFABRILIS''', e. Adi. "Apud" Firmicum.

'''CONFABVLO''', are, [συμμυθολογέω] "et" CONFABVLOR, ari. [...]

'''CONTABVLATIO [1]''', onis. f. "Colloquium." [...]

'''CONFABVLATVS''', ûs. m. "Idem." Sidon. Epist. 9, 11 "extr." Hos eloquii tui claritas, artifice confabulatu, dum compellat.

'''CONFACIO''', ere. Festus: Confecerunt, Vna fecerunt. Obsoletum. "Etiam" Lucr. 2, 903 Confaciunt "legi vult Vossius, pro conficiunt, i. concludunt."

'''CONFAMVLOR''', ari. Macrob. Sat. 1, 17 Hylen naturamque significant confamulantes.

'''CONFARCIO''', "vid." CONFERCIO.

'''CONFARREO''', are. [συνελθεῖν κατὰ νόμους ἱεροὺς] "Verbum, quo sacra et ritus nuptiarum indicantur, quos describimus statim in" CONFARRFATIO. [...]

'''CONFARREATVS''', a, um. Part. Confarreatis parentibus genitos "modo vidimus ex" Tacit. Ann. 4, 16 [...]

'''CONFARREATIO''', onis. "Ritus a Romulo institutus, quo tanquam sacro et religioso vinculo ad perpetuam vitae societatem iungebantur coniuges, vt vxor filiae loco esset marito, in eiusque adeo potestate, et beres bonorum vel sola, si improlis decessisset, vel cum liberis." [...]

'''CONFATALIS''', e. Adi. [συνειμαρμένος] "Quod eadem fati necessitate tenetur." [...]

'''CONFECTVS [1]''', "vid." CONFICIO.

'''CONFERCIO''', si, tum, ire. [συναθροίζω, συστρέφω] "Ex" Con "et" Farcio "compositum, significat densare." [...]

'''CONFERTVS [1]''', a, um. Partic. [ἀθρόος] Caes. Bell. Gall. 5, 16 [...]

'''CONFERTE''', Ammian. 31, 15.

'''CONFERTIM''', Adu. [ἀθρόως] Liu. 28, 2 [...]

'''CONFERMENTO''', are. Donec totum confermentetur Tertull. adu. Valent. c. 31.

'''CONFERO''', fers, tuli, latum, ferre. [...]

'''COLLATVS [1]''', "et" CONLATVS, a, um. Partic. [μετηγμένος] "Vt," Collata omnium vota in vnius salutem Plin. in Paneg. 23. [...]

'''COLLATVS [2]''', ûs. m. [συμβολὴ] Hirt. de Bell. Hispan. c. 31 In collatu pari erant conditione. Alicuius collatu plura didicisse Censorin.

'''COLLATIO [2]''', "et" CONLATIO, onis. f. [εἰσφορὰ] "Ex vi verbi primo ad tributa pertinet." [...]

'''COLLATOR''', oris. m. "qui confert." Plautus Curc. 4, 1, 13 Symbolorum collatores apud forum piscarium. Collator et disputator Augustin. Ep. 147.

'''COLLATICIVS''', a, um. Adi. [εἰσφορικὸς] "Quod collatione colligitur." [...]

'''COLLATIVVS''', a, um. Adi. "Idem quod" Collaticius; "quod a pluribus collatum est: vt," Collatiuum sacrificium quod ex collatione offertur, Festus. [...]

'''COLLATORIVS''', a, um. Adi. "Vt," Funes collatorii Veget. dere Milit. 4, 46. "Sed melius" Chalatorii, "v. v."

'''CONFERRVMINO''', are. [συνάπτω] "Ferrumine coniungere" Plin. 27, 8, 45.

'''CONFERTVS [2]''', "vid." CONFERCIO.

'''CONFERVA''', ae. f. "Quid sit declarat" Plin. 27, 8 [...]

'''CONFERVEO''', ere, "vel quod vsitatius," CONFERVESCO, ere. "commune praeteritum habent" conferbui, "significantque primo quidem vehementer incalescere, vt" Pallad. 1, 35, 13 [...]

'''CONFRVTVS''', ûs. "legit apud eundem" Celsum. [...]

'''CONFERVEFACIO''', ere. Lucret. 6, 352 [...]

CONFESSIO, CONFESSOR, CONFESSVS, "vid." CONFITEOR.

'''CONFESTIM''', Adu. παραχρῆμα, αὐτίκα, εὐθέως Vet. Gloss.] "i. e vestigio, mox, continuo." [...]

'''CONFIBVLA''', ae. f. [περόνη] Cato R. R. 12 [...]

'''CONFIBVLO''', are. Nouatian. de Trinit. 18 In semetipso concordiam confibulare.

'''CONFIBVLATIO''', onis. f. Nouatian. de Trinit. 19 Mutui foederis confibulatione sociatum.

'''CONFICIO''', eci, ectum, ere. [συμπράττω, διαπράττομαι, περαίνω] "Totum facere, vt nihil faciendum supersit, quod vel in perfectione atque effectione negotii intelligitur, atque adeo in bonam partem: vel in destructione et interfectione veluti, et partem proinde diuersam." [...]

'''CONFICIENS''', entis. Partic. [διεργαζόμενος, διαπονούμενος] "cuius Superlatiuo gradu lepide vtitur" Cic. pro Flacc. 44 c. 19 [...]

'''CONFECTVS [2]''', a, um. Partic. [κατειργασμένος, καταπεπονημένος] Cic. Off. 2, 2 [...]

'''CONFECTIO''', onis. f. [εἴσπραξις, διάπραξις] "Conficiendi actus." Cic. pro Flacc. 10 [...]

'''CONFECTOR''', oris. m. [λυμαντὴρ, διαπράκτωρ] "Qui conficit, valetue ad conficiendum." [...]

'''CONFECTVARIVS''', i. m. "Idem ac" Confector ferae. "Ita vocari" confectuarios "in veteri Inscriptione obseruat Scalig. ad" Manil. 4 p. 286.

'''CONFECTRIX''', icis. f. Lactant. 7, 11, 5 [...]

'''CONFECTORIVM''', i. n. Gloss. Gr. Lat. [χοιροσφαγεῖον, Confectorium. "Vid." Voss. Rhet. 2 p. 237.

'''CONFECTVRA''', ae. f. [σκευασία] "Confectio." Plin. 13, 12 "de Chartarum generibus," Proximum amphitheatricae datum fuerat a confecturae loco. "i. vbi conficitur." Mellis confectura Columel. 9, 14.

'''CONFICTIO [1]''', CONFICTVS, "vid." CONFINGO.

'''CONFIDEIVSSOR''', oris. m. "Qui cum alio fideiubet." [...]

'''CONFIDO''', isus sum, ere. [πείθομαι, θαῤῥέω] "Significat existimare, et firmiter credere, tum de Praeterito, tum de Praesenti, tum de Futuro." [...]

'''CONFIDENS''', entis. Partic. "et" Nomen. [...]

'''CONFIDENTER''', Aduerb. [θαῤῥαλέως] "Mediae et ipsum significationis." [...]

'''CONFIDENTIA''', ae. f. [θάῤῥος, θάρσος] "Fiducia, audacia." [...]

'''CONFIDENTILOQVIVS''', a, um. Adi. [θαρσυνολόγος] "Dictio a Plauto forte conficta" Trin. 1, 2, 164 [...]

'''CONFISVS''', a, um. Partic. [τεθαῤῥηκὼς] "Vt," Rusticus confisus plenis agris Tibull. 2, 1, 21. [...]

'''CONFISIO [1]''', onis. f. [θάῤῥη] Cic. Tusc. 4, 80 c. 37 Et si sidentia, id est firma animi confisio, scientia quaedam est, et opinio grauis, non temere assentiens.

'''CONFIGO''', xi, xum, ere. [συμπήγνυμι, καθηλόω] "Figere pluribus locis, figendo coniungere etc. Vt," Configere tabulam aculeis Columel. 7, 3. [...]

'''CONFIXVS [1]''', a, um. Partic. [σύμπηκτος] "Confossus, vt," Confixus cuspide Lucan. 3, 621. [...]

'''CONFIXILIS''', e. Adi. Apul. Miles. 4 p. 148 Confixilis machina, "i. Pegma. Vid. Lips. de Amphith. c. 22."

'''CONFIGVLO''', are. "Idem ac Fingere; vnde"

'''CONFIGVLATVS''', a, um. Partic. "Legitur in" sacro Syllabo Paullini Aquileiensis: Configulata summi artificis manu terra.

'''CONFIGVRO''', are. [σχηματοποιοῦμαι] Columel. 4, 20, 1 Ne prauitas statuminum ad similitudinem sui vitem configuret. "Sic" Macrob. Sat. 5, 11.

'''CONFIGVRATVS''', a, um. Part. Lactant. 7, 4 Homo ex rebus diuersis ac repugnantibus configuratus. Simulacra configurata Idem 1, 17.

'''CONFIGVRATE''', Aduerb. Apuleii "esse dicitur; forte herbarii illius."

'''CONFIGVRATIO''', onis. f. Tertull. de Pudicit. 8 Christianus admittitur ad configurationem minoris.

'''CONFINDO''', ere. Tibull. 4, 1, 173 Et ferro tellus, pontus confinditur aere, "i. nauigando et arando finditur vbique et sulcatur."

'''CONFINGO''', inxi, ictum, ere. [συμπλάττω] "Compositio nonnihil addit vehementiae hic etiam verbo simplici, quemadmodum in plerisque aliis." [...]

'''CONFICTVS''', a, um. Partic. [συμπεπλασμένος] "Vt," Confictae lacrimae Ter. Andr. 3, 3, 26. Confictus "pro" Confixus, "vid. b. v. sub" CONFIGO.

'''CONFICTIO [2]''', onis. f. Cic. pro Rosc. Amer. 35 c. 13 Criminis confictionem Erucius suscepit.

'''CONFICTICIVS''', a, um. "et"

'''CONFICTILIS''', e. Adi. "Idem. apud" Firmicum.

'''CONFICTOR''', oris. m. Paullinus Nolan. Epist. 21 (24) n. 4 Manichaeus veri creatoris negator, et falsi confictor.

'''CONFICTRIX''', icis. f. "apud" Mart. Capell.

'''CONFICTITO''', are. Frequent. Naeuius "apud" Varr. L. L. 6, 6 p. 82, 34.

'''CONFINIS''', e. Adi. [ὅμορος, σύνορος] "Qui eodem loco finitur, qui habet fines communes." [...]

'''CONFINE''', is. n. [μεθόριον] "Linea, in qua fines concurrunt." Valer. Argon. 6, 374 Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillae, Inde Thoen. In confinibus hostis arcendus est Sen. de Ira 1, 8.

'''CONFINIVM''', i. n. [μεθόριον] "Idem. Metaph." Columel. 3, 5, 2 [...]

'''CONFINITIMVS''', a, um. Adi. "Confinis." Gell. 1, 2 Officia virtutum confinitima.

'''CONFIO''', eri. [διαπράττομαι] "Idem quod Confici." [...]

'''CONFORE [1]''', [συντελεσθήσεσθαι] "Idem significat." [...]

'''CONFIRMO''', are. [βεβαιόω, κατασκευάζω, στηρίζω, δυναμόω, κραταιόω] "Firmum ab omni parte facere." [...]

'''CONFIRMATVS''', a, um. Partic. [κεκραταιομένος] "Vt," Confirmata acies, "vid." ACIES. [...]

'''CONFIRMATE''', Adu. Auct. ad Herenn. 4, 16 c. 11 Nec potest confirmate, neque viriliter sese expedire.

'''CONFIRMATOR''', oris. m. [βεβαιωτὴς] "Qui confirmat aliquid." [...]

'''CONFIRMATRIX''', icis. f. Tertull. de Corona Mil. 4 Consuetudo confirmatrix.

'''CONFIRMATIVE''', Adu. "Cum affirmatione." Tertull. adu. Marc. 4, 41 Confirmatiue respondere.

'''CONFIRMATIO''', onis. f. [κατασκευὴ, βεβαίωσις] Cic. de Finib. 5, 15 [...]

'''CONFIRMITAS''', atis. f. [κραταίωσις] "Eadem fere, quae confidentia, qua quis confirmat, et asseuerat, quae dicit." [...]

'''CONFISCO''', are. [δημοσιεύω] "In fiscum, id est in pecuniam principis redigere." [...]

'''CONFISCATIO''', onis. f. Flor. 3, 9, 3 Socii viuique regis confiscatio. Vet. Gloss. [Δήμευσις.

'''CONFISCATOR''', oris. m. Vet. Gloss. Confiscator, [ταμιοῦχος. "Secundum hoc itaque fuerit quaestor, s. curator fisci."

'''CONFISIO [2]''', CONFISVS, "vid." CONFIDO.

'''CONFITEOR''', fessus sum, eri. [ὁμολογέω, ὁμολογέομαι, ἐξομολογέομαι, σύμφημι] "Fateri velut cum altero interrogante et exquirente." [...]

'''CONFITENS''', entis. Partic. [ὁμολογῶν] ''Vt,'' Audire confitentem Cic. de Finib. 2, 21.

'''CONFESSVS''', a, um. Partic. [ὁμολογούμενος] ''Actiue.'' Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 2 [...]

'''CONFESSOR''', oris. m. ''Sic illi Christiani honoris causa vocabantur, qui veritatem diuinam profiterentur etiam in tormentis; quod si mors accederet,'' Martyres ''vocabantur.'' [...]

'''CONFESSORIVS''', a, um. Adi. ''Est apud Iurisconsultos'' Confessoria Actio ''eius,'' qui seruitutem sibi competere contendit l. 2 D. si seruit. vindic. [...]

'''CONFESSIO''', onis. f. [ὁμολογία, ἐξομολόγησις] ''Actus confitendi.'' [...]

'''CONFIXVS [2]''', ''vid.'' CONFIGO.

'''CONFLACCESCO''', ere. ''Flaccesco totus.'' Gell. 2, 30 Simul ac ventus posuit, sternuntur et conflaccescunt.

'''CONFLABELLO''', are. Tertull.

'''CONFLATVS [1]''', ''etc. Vid.''CONFLO.

'''CONFLAGES''', dicuntur Loca, in quae diuersi confluunt ''(Dac. malit'' conflant) venti. Festus. ''Alii leg.'' Confluges, ''v. v. it.'' CONFRAGES.

'''CONFLAGELLO''', are. ICt. in Dig.

'''CONFLAGITO''', are. ''Tribuitur'' Plinio Maiori. ''Negat Index Harduini.''

'''CONFLAGRO''', are. [φλέγομαι] ''Ardere.'' Vict. de Vir. Illustr. 4 Fulmine ictus cum regia conflagrauit. [...]

'''CONFLAGRATVS''', a, um. Partic. pass. [πεφλεγμένος] Auct. ad Herenn. 4, 13 c. 8 [...]

'''CONFLAGRATIO''', onis. f. Sen. Quaest. Nat. 3, 29 Berosus adeo quidem id affirmat, vt conflagrationi atque diluuio tempus assignet. ''Conf.'' ib. c. 28. Interire conflagratione Lactant. 2, 9.

'''CONFLAMMO''', are. Apulei ''esse dicitur. Negat Index Floridi.''

'''CONFLECTO''', xi, xum, ere. [συγκάμπτω] ''A quo''

'''CONFLEXVS''', a, um. Partic. Plin. 2, 44 Montium vero flexus, crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga.

'''CONFLECTIO''', onis. f. ICt. in Cod.

'''CONFLEXILIS''', e. Adi. ''Apud'' Firmicum.

'''CONFLICTO [1]''', are, ''vid.'' CONFLIGO.

'''CONFLIGO [1]''', xi, ctum, ere. [συμβάλλω, συνάπτω, συμπίπτω, συῤῥάπτω] ''Dimicare, simul pugnare, praelio congredi.'' [...]

'''CONFLICTO [2]''', are; [συναράσσομαι, συγκρούω] ''et'' CONFLICTOR, ari. Frequentatiuum. [...]

'''CONFLICTATVS''', a, um. Partic. [συγκεκρουσμένος] ''Vt,'' Conflictatus graui morbo Plin. 23, 1. [...]

'''CONFLICTATIO''', onis. f. [σύγκρουσις] Est (vt ait Donatus) Tactus corporum inuicem, et collisio. [...]

'''CONFLICTATRIX''', icis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 14 Aegyptus hospitis populi conflictatrix.

'''CONFLICTIO''', onis. f. [σύῤῥαξις] ''A'' Configlo, ''non a'' [...]

Conflicto.

'''CONFLICTVS''', ûs. m. [σύγκρουσμος] ''Idem.'' Conflictus corporum Cic. pro Caecin. 42. [...]

'''CONFLIGO [2]''', are. Contendere. Pacuu.

'''CONFLIGATVS''', a, um. Partic. Frontin. in Stratagem. 2, 3, 5 [...]

'''CONFLIGIVM''', i. n. ''Idem, quod'' Conflictus. Solinus 14 (9) Nam in latebrosis rupium cauaminibus, quae fluctuum confligiis tunc adesa sunt, reduuiae conchyliorum resederunt, et alia multa.

'''CONFLO''', are. [χωνεύω] ''Simul flare, flando vel ignem excitare, vel liquefacere, fundere, formare metalla, qua in re follium magna opera est: vnde deinde ad alia transfertur.'' [...]

'''CONFLANS''', antis. Partic. Plin. 35, 11 Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem puero conflante.

'''CONFLATVS [2]''', a, um. Partic. ''Vt,'' Cic. pro Caelio 12 c. 5 [...]

'''CONFLATIM''', Adu. In Gloss. Isidor. ''exponitur'' Copulatim, contexto.

'''CONFLATILIS''', e. Adi. ''Conflando factus.'' [...]

'''CONFLATIO''', onis. f. [χώνευσις] "Quae et" Conflatura. [...]

'''CONFLATOR''', oris. m. Vet. Gloss. Conflator, [χωνευτής.

'''CONFLATORIVM''', i. n. "Fornax, in qua aes conflatur." Vulg. Interpr. Prou. 27, 21 Et Gloss. Fornax, conflatorium, [χωνευτήριον.

'''CONFLATVRA''', ae. f. [χώνευσις] "Ratio et ars conflandi" Plin. 7, 56 [...]

'''CONFLOREO''', ere. "Vna florere." Augustin. Confession. 4, 4 "pr." Comparaueram amicum societate studiorum nimis carum, coaevum mihi et conflorentem flore adolescentiae.

'''CONFLVO''', xi, xum, ere. [συῤῥέω, συμβάλλω] "Simul fluere, s. adfluere." [...]

'''CONFLVENS [1]''', entis. Partic. [συῤῥέων] Cic. Fam. 10, 24 [...]

'''CONFLVENS [2]''', entis. m. [ὁμόῤῥοια, σύῤῥους] "Substant. est Alueus, in quem duo flumina conueniunt." [...]

'''CONFLVENTIA''', ae. f. Macrob. Saturn. 7, 4 [...]

'''CONFLVCTVO''', are. Apul. Met. 11 p. 258 Palla ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

'''CONFLVCTVOR''', ari. [κυμαίνομαι] "Impersonaliter." Sen. Medea 940 Haud aliter metu confluctuatur: ira pietatem fugat, iramque pietas. "Alii, et ipse Gronou." Meum cor fluctuatur.

'''CONFLVGES''', Loca sunt, in quae riui diuersi confluunt. Liuius Andromeda, Confluges, vbi conuentu campum totum inhumigant. "Haec" Nonius 1, 311. "Conf." CONFLAGES "et" CONFRAGES.

'''CONFLVGIVM''', i. n. "Idem. Salmasius" Solino "restituit" c. 9 Rupium cauamina, quae fluctuum conflugiis nunc adesa sunt. "Vulgo legitur" Confligiis. "Vid. Salmas. ad h. l." p. 109.

'''CONFLVMINEVS''', a, um. Adi. "Qui eodem vtitur flumine." Apul.

'''CONFLVVIVM''', i. n. "Idem." Seuerus in Aetn. 325 [...]

'''CONFLVVS''', a, um. Prudent. Cathemer. 5, 76 Vnda reuoluitur In semet reuolans gurgite confluo.

'''CONFLVXIO''', onis. f. Liu.

'''CONFOCILLATIO''', onis. f. "apud" Firmicum.

'''CONFODICO''', are. Apul.

'''CONFODIO''', odi, ossum, ere. [διορύττω] "Fodere crebro et vndique." [...]

'''CONFOSSVS''', a, um. Part. [διαπεπαρμένος] Cic. pro Sulla 33 c. 11 [...]

'''CONFOSSIO''', onis. f. "apud" Hieron.

'''CONFOSSOR''', oris. m. "apud" Tertullianum.

'''CONFOEDERO''', are. Prudent. in Laurent. 437 [...]

'''CONFOEDERATVS''', a, um. Part. "Vt," Sabinae impiis nuptiis confoederatae Orosius 2, 4.

'''CONFOEDERATIO''', onis. f. Hieron. de Custod. Virgin. Ep. 22, 15 Prima apud eos confoederatio est, obedire maioribus.

'''CONFOEDVSTI''', apud veteres dicebantur, Foedere coniuncti, Festus. [...]

'''CONFOEDO''', are. "Idem quod Foedare vehementer." Apul. Met. 7, 231 Faciem atque oculos eius confoedassem.

'''CONFOEDATVS''', a, um. In fragm. Poet.

'''CONFOEDATIO''', onis. f. "apud" Pacuuium.

'''CONFOETEO''', ere; "vel" CONFOETESCO, ere. "Male olere." Obseq. de Prodigiis c. 115 Sub simulacro Deae Cubile canis confoetuerat. "Sed Scheff. putat legendum," confoetae erat, "vel" cum foetu erat.

'''CONFOETVS''', a, um. [συντοκὰς] "Vt," Confoeta sus dicebatur, quae cum omni foetu adhibebatur ad sacrificium. Festus.

'''CONFOETO''', are. "Idem ac Foetare. apud" Firmic.

'''CONFOETVRA''', ae. f. "apud eundem."

'''CONFOMO''', are. "apud" Catull. "legi velit Salmas. ad" Solin. p. 127. [...]

'''CONFORE [2]''', "vid." CONFIO.

'''CONFORIO''', [μινθόω] "A" Foriis "dicitur; et fignificat stercore liquido foedare, quod" Plautus Concacare "dicit." [...]

'''CONFORMIS''', e. Adi. [σύνμορφος] "Quod est eiusdem formae," Onomast. Vet. conforme, [σύμμορφον. "Et" Sidon. Epist. 4, 12 Naufragioso pelago conformis motus animorum. "Vid." Vulg. Interpr. Rom. 8, 29.

'''CONFORMALIS''', e. Adi. "Idem." Tertull. de Resurr. Carn. c. 47 Corpus nostrae humilitatis conformale corpori gloriae. "Conf." Idem adu. Marc. 5, 20.

'''CONFORMO''', are. [διασχηματίζω, διαμορφόω] "Totum formare, ad exemplum formare." [...]

'''CONFORMATIO''', onis. f. [διαμόρφωσις, σχηματοποιΐα] "Forma, constitutio." [...]

'''CONFORMATVS''', a, um. Partic. [διεσχηματισμένος] "Vt," Effigies conformata caminis Siculis Stat. Silu. 1, 1, 3. [...]

'''CONFORMATOR''', oris. m. Apul. in Trismegisto p. 80 Dominus et omnium conformator, quem recte Deum dicimus.

'''CONFORNICO''', are. [καμαρόω, ὀροφόω] "In fornicem formare. Vtitur" Vitruu. 5, 5.

'''CONFORTO''', are. "Fortem facere, roborare." [...]

'''CONFORTANS''', antis. Part. Vulg. Interpr. Ezech. 3, 14. "et" Luc. 22, 43.

'''CONFORTATVS''', a, um. Vulg. Gen. 48, 2.

'''CONFOVEO''', oui, otum, ere. [περιθάλπω] "Simul fouere." [...]

'''CONFOTVS''', a, um. Part. Prosper Aquitan. de Prouid. Dei v. 679 Amplexu paterno confotus. "Vid." Vulg. Interpr. Ies. 59, 5.

'''CONFRACEO''', ere. "s." CONFRACESCO, ere. Confracuit [...]

"legit Scalig. ap." Varr. R. R. 1, 13, 4

'''CONFRAGES''', f. Loca, in quae venti vndique currunt, et saxa frangunt Isidor. 14, 8.

'''CONFRAGOSVS [1]''', CONFRAGVS, "vid." CONFRINGO.

'''CONFREMO''', ui, itum, ere. [φριμάσσω] "Vna vel vndique fremo. Vt," Agmina confremunt Stat. Silu. 1, 6, 73. Caelum confremit Sil. 16, 398. Omnes confremuere Ouid. Met. 1, 199.

'''CONFREQVENTO''', are. Vet. Inscript. "apud Spon. Miscell. Erudit. Antiq." p. 54 [...]

'''CONFRICO''', ui, ctum, are. [ψώχω] "Valde fricare." [...]

'''CONFRICATVS''', a, um. Part. Plin. 29, 2 Dentibus confricatis. Orchites sale confricatae Varro de R. R. 1, 60.

'''CONFRICATIO''', onis. f. "Frictio, fricatio. Metaphor." Augustin. Confess. 4, 8 Fabulae et mendacii adulterina confricatione corrumpebatur mens nostra.

'''CONFRICAMENTVM''', i. n. "Idem." Cael. Aurel. 2, 4 Confricamentis vti.

'''CONFRIGEO''', ere. "apud" Firmic.

'''CONFRICTIO''', onis. f. Firmic.

'''CONFRIGO''', ere. "Verbum, quod Catoni restituendum putamus" R. R. 81 "Locum damus in" HIRNEA.

'''CONFRIGEFIO''', eri. "apud" Celsum "esse dicitur."

'''CONFRIGERO''', are. "apud" Apul.

'''CONFRINGO''', egi, actum, ere. [συῤῥήγνυμι] "Totum, vel magna vi frangere." [...]

'''CONFRACTVS [1]''', a, um. Partic. [συνεῤῥηγμένος] "Vt," Confracta nauis est illis, "Naufragium fecerunt" Plaut. Rud. 1, 2, 64.

'''CONFRACTVS [2]''', ûs. m. Cels. 1 praef. p. 7

'''CONFRACTIO''', onis. f. "et"

'''CONFRACTVRA''', ae. f. "Idem." In Digest. "et" Vulg. Interpr. Psal. 105, 23. Ies. 24, 19.

'''CONFRAGOSVS [2]''', a, um. Adi. [ἀπότομος] "Quod disruptum et inaequalitate terreni asperum est." [...]

'''CONFRAGVS''', a, um. Adi. [ἀδιόδευτος] "Idem." Lucan. 6, 126 Et confraga densis Arboribus dumeta tegunt. "i. aspera et inaccessa: spinis obsitae rupes."

'''CONFRIO''', are. Sale confriato Cato R. R. 7, 5 "in MS. Politiani: al." Confricato.

'''CONFRIXO''', are. "Idem quod vna fringere." Octau. Hor. 1, 6 Cum oleo confrixentur.

'''CONFRVCTVS''', ûs. m. in Fragment. Poet.

'''CONFRVMENTALIS''', "sic redditur" σύσσιτος Interp. Dig. lib. 47, 24, 4. "in lege Solonis."

'''CONFVGIO''', ugi, ugitum, ere. [καταφεύγω] "Fugiendo se aliquo conferre, vt semper non sola fuga, sed illud etiam, quo quis fugit, s. locus s. persona sit, indicetur." [...]

'''CONFVGA''', ae. f. [καταφεύγων] "Qui ad asylum confugit." I. praesenti C. de his, qui ad eccles. confug. l. si qua C. de episc. et cleric.

'''CONFVGELA''', ae. f. Festus, Confugelam antiqui Confugium dicebant.

'''CONFVGIVM''', i. n. [καταφυγὴ] "Locus vel persona, quo confugitur." [...]

'''CONFVGO''', are. in Fragm. Poet.

'''CONFVGATIO''', onis. f. "Apud" Firmicum.

'''CONFVLCIO''', si, tum, ire. [ἐρείδω] "Vndique Fulcire: vnde,"

'''CONFVLTVS''', Partic. "Vt," Lucret. 2, 97 Partim interuallis magnis confulta resultant [πυκνωθέντα. "Sic Faber. Melius Creech," Conflicta: "compacta vel commissa, coliisa. Alii legunt" Consulta, "a Consiliendo."

'''CONFVLCIMENTVM''', i. n. "apud" Firmicum.

'''CONFVLGEO''', si, ere. [σελαγίζω] "Vndique fulgere." Plaut. Amph. 5, 1, 44 Totae aedes confulgebant tuae, quasi essent aureae. "Add." ib. v. 15.

'''CONFVLGVRO''', are. "Apud" Firmicum.

'''CONFVLMINATVS''', a, um. "Apud eundem."

'''CONFVMO''', are. "Apud eundem."

'''CONFVNDO''', fudi, fusum, ere. [συγχέω, συγχύνω, συνταράττω] "Plura in eundem locum Fundere, et sic perturbare, commiscere." [...]

'''CONFVSVS''', a, um. Partic. [αἰσχυνθεὶς, συγχυθεὶς] "Perturbatus." [...]

'''CONFVSVRVS''', a, um. Partic. [συγχύσων] Ouid. Met. 6, 585 Sed fasque, nefasque Confusura ruit: poenaeque in imagine tota est.

'''CONFVSIO''', onis. f. [σύγχυσις] "Vt," Confusio omnium rerum Cic. de Fin. 2,.. [...]

'''CONFVSCO''', are. Quinctil....

'''CONFVSE''', Adu. [συγκεχυμένως] Plin. 34, 2 [...]

'''CONFVSIM''', [χύδην] "Aliud" Adu. "Idem." Plin. 18, 16 Vnum de ea et cytiso volumen Amphilochus fecit confusim. "Al." confusum.

'''CONFVSANEVS''', a, um. Adi. "Confusus." Gellius praefat. Miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiuerant.

'''CONFVSILIS''', e. Adi. "Idem. apud" Apul. "forte herbarium illum: nam index Floridi negat."

'''CONFVNERO''', are. "Vna sepelire" Iuuenc. 4, 97 Eius vt aduentus terrae confuneret orbem. "Vid." Barth. Aduers. 13, 19.

'''CONFVNGOR''', gi. ICt. in Dig.

'''CONFVRO''', ere. Saresb. in Epist. Quae capiti confurebant membra cointereunt.

'''CONFVTO''', are. [ἀνασκευάζω] "Refutare, Refellere: quod vnde tractum sit, mox videbimus." [...]

'''CONFVTATIO''', onis. f. [ἀνασκευὴ] "In oratione, est" Contrariorum locorum dissolutio Auctor ad Heren. 1 c. 3.

'''CONFVTATVS''', a, um. Part. Ammian. 26, 3 Venefici nocuisse quibusdam aperte confutati. "Add." 17, 9.

'''CONFVTATOR''', oris. m. Hieronymus Catalog. Scriptor. ecclesiast. in Bardesane: Primum Valentini sectator, deinde confutator, nouam haeresin condidit.

'''CONFVTVO''', ere. "Auget et hoc significationem simplicis." Catull. Carm. 38, 5 Quidquid est puellarum Confutuere.

'''CONFVTVRVS''', "vid." CONFIO.

'''CONGARRIO''', ire. Saresb. 5, 6 Inter congarrientes perstrepere.

'''CONGAVDEO''', ere. [συγχαίρω] "Simul gaudere, gratulari." [...]

'''CONGAVDENS''', entis. Part. Paullin. Petrocor. 2, 665.

'''CONGEDVS''', i. m. "Amnis est Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit, tepentibus aquis." [...]

'''CONGELIDVS''', a, um. Adi. [ψυχρὸς] "Pro" Egelido "legunt libri quidam" Cels. 4, 24 [...]

'''CONGELO''', are. [συμπήγνυμαι, πήγνυμαι] "Totum Gelare et facere concrescere." [...]

'''CONGELATVS''', a, um. Part. Martial. 11, 99 Nec congelati gutta proderit nasi. "Adde" Vitruu. 8, 3. "Et" Columel. 3, 12, 1 Congelatae radices.

'''CONGELATIO''', onis. f. [σύμπηξις] Plin. 31, 3 Minul certe liquorem omnem congelatione deprehenditur. Brumae congelationes Colum. 4, 8, 2.

'''CONGELASCO''', ere. "Idem quod Congelari" Macrob. Saturn. 7, 12 Cur vina aut nunquam, aut rarenter congelascant. "Conf." Gell. 17, 8.

'''CONGEMINO''', are. [διπλασιάζω] "Idem quod Geminare." [...]

'''CONGEMINANS''', antis. Partic. [διπλασιάζων] Valer. Argon. 6, 379.

'''CONGEMINATVS''', a, um. Part. Apul. de Dogm. Plat. p. 6, 20 Numeris et modis confici congeminatis substantiam mentis.

'''CONGEMINATIO''', onis. f. Plaut. Poen. 5, 5, 18 Quid hoc est conduplicationis? quae haec congeminatio?

'''CONGEMMATVS''', a, um. Adi. "Idem quod vndique Gemmatus, apud" Tertull.

'''CONGEMO''', ui, itum, ere. [στενάζω] "Vna et simul gemere, et dolere." [...]

'''CONGEMISCO''', ere. "Idem." Augustin. Confess. 6, 7 "pr." Congemiscebamus in iis, qui simul amice viuebamus.

'''CONGEMISCENS''', entis. Tertull. de Spectac. c. 30 Reges imis tenebris congemiscentes.

'''CONGENERO''', are. [συγγεννάω] Adiungere, associare. [...]

'''CONGENERATVS''', a, um. "Vt," Porculi congenerati "eadem fetura editi" Varr. R. R. 2, 4, 19. Senium parentis congeneratum Columel. 7, 3, 15.

'''CONGENER [1]''', eris. Adi. [ὁμόγονος] "Eiusdem generis, vt Degener." Plin. 15, 24 Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri corum vnedoni.

'''CONGENER [2]''', eri. m. "Generi in affinitate socius." Congeneri, "duo pluresque generi, respectu vnius soceri." Symmach. Epist. 8, 40 Supremis congeneri interesse. Gloss. Cyrilli, Congener, [σύγγαμβρος.

'''CONGENITVS''', a, um. Partic. [ὁμογενὴς] "Velut a" Congigno. [...]

'''CONGENTILIS''', is. m. Gloss. Gr. Lat. [ὁμόεθνος, Congentilis.

'''CONGENVCLO''', CONGENICVLO, "vel" CONGENVLO, are. [γονατίζω] Genu replicato cadere. [...]

'''CONGENVO''', are. "Genua coniungere." [...]

'''CONGER''', "Piscis. vid."CONGRVS.

'''CONGERMANESCO''', ere. Coalescere, coniungi vel consociari. [...]

'''CONGERMANVS''', a, um. Adi. Cum his vna remp. coniuncti et congermani tenuere Varr. l. 3 Human. Rer. "apud" Non. 2, 167. [...]

'''CONGERMINASCO''', ere. "vel" CONGERMINO, are. [συμπεφυκέναι] "Coalescere esse ait Salmas. ad Solin." p. 22, aE "et huc laudat locum" Quadrigarii "apud" Nonium, "quem damus" in CONGERMANESCO. [...]

'''CONGERO [1]''', ssi, stum, ere. [συμφορέω, συναθροίζω] "Congregare, accumulare." [...]

'''CONGESTVS [1]''', a, um. Partic. [συμπεφορημένος] "Vt," Pindo congestus Athos. Sen. Herc. Oet. 1153. [...]

'''CONGERIES''', ei. f. [σωρεία, συναθροισμὸς] "Id quod congestum est." [...]

'''CONGESTVS [2]''', ûs. m. [συνάθροισις] Cic. de Diuin. 2, 68 c. 32 [...]

'''CONGESTIO''', onis. f. Beneficio congestionis accumulant Palladius 4, 1. [...]

'''CONGESTE''', Adu. "Stricte, breuiter." Capitolin. in Marco Phil. c. 19 "extr." Et quidem haec breuiter et congeste.

'''CONGESTIM''', Adu. "Idem." Apul. Apol. p. 462 Iacere congestim.

'''CONGESTICIVS''', a, um. Adi. [συγκομιστὸς] "Quod congestum est." [...]

'''CONGERO [2]''', onis. m. Congerones, qui aliena ad se congregant, vnde apud Romanos Gerones Brutiani dicti Fulgent. 51. "Sic etiam legit Plaut." Truc. 1, 2, 6 "Scaliger, pro" Congerrones.

'''CONGERRO''', onis. "vel" CONGERRA, ae. m. [συμφλύαρος, συνόμιλος] "Cum quo familiariter versamur, et facete confabulamur." [...]

'''CONGIVS''', i. m. [χόα] "Mensurae liquidorum genus est, sex sextarios continens." [...]

'''CONGIALIS''', e. Adi. [χοαῖος] "Quod congium capit." Plaut. Aul. 4, 2, 15 Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Situli congiales Vitruu. 9, 9.

'''CONGIARIVS''', a, um. Adi. [χοαῖος] "Idem esse quibusdam videtur." [...]

'''CONGIARIVM''', i. n. ἐπίδοσις, διάδοσις, "it." [ἐπίδοσις ἐπὶ τῶν νομῶν, δωρεὰ Vet. Gloss.] "Liberalitatis ac muneris nomen eius praesertim, quo liquida" congio "diuiderentur, licet deinde ad omne aliud munus principum virorum, etiam priuatim et singulis datum adhibitum sit." [...]

'''CONGLACIO''', are. [συμπήγνυμαι] "In glaciem conuerti." [...]

'''CONGLACIATVS''', a, um. Partic. Plin. 2, 6 Grandinem conglaciato imbre gigni.

'''CONGLEBO''', "vnde"

'''CONGLEBATVS''', a, um. Part. "Vt," Terra humore denso conglebata et puluere Prudent. praef. Hamart. v. 53.

'''CONGLISCO''', ere. "Concrescere de flamma, certe igni." Plaut. Trin. 3, 2, 52 Ne scintillam quidem relinques, genus qui congliscat tuum, "i. ne minimam bonae famae particulam. Vid. de toto loco Gron. Obs." 4, 3.

'''CONGLOBO''', are. [συναθροίζω] "In globum colligere." [...]

'''CONGLOBATVS''', a, um. Partic. [συναθροισθεὶς] Conglobatum corpus in pilae modum Plin. 9, 46. [...]

'''CONGLOBATIO''', onis. f. [συνάθροισις] Sen. Nat. Quaest. 1, 15 [...]

'''CONGLOBATIM''', Adu. "Apud" Liu. 25, 15. "Sed Gronou. ita," Proditores conglobati cum popularium agmen patentibus portis accepissent "etc."

'''CONGLOMERO''', are. [συνελίττω, συσπείρω] "A" Glomus, eris, "Inuoluere, superaddere." Enn. Thyeste "apud" Non. 2, 166. Heus mea fortuna, vt omnia in me conglomeras mala! "vid." GLOMERO.

'''CONGLOMEROR''', ari. Passiu. Lucret. 3, 211 Quam tenui constet textura, quamque loco se Contineat paruo, si possit conglomerari.

'''CONGLOMERATVS''', a, um. Part. Cels. 7, 10 Venae intortae conglomerataeque.

'''CONGLOMERATIO''', onis. f. Cod. 12 t. 19 l. 13 Vetita conglomeratio, "i. conciliabulum, congregatio etc."

'''CONGLORIFICO''', are. [συνδοξάζω] Tertull. de Resurr. Carn. c. 40 Compatimur, vti et conglorificemur, "etc."

'''CONGLVTINO''', are. [συγκολλάω] "Glutino, coniungo, et ferrumino, et saepe metaphorice pro firma quaque coniunctione ponitur." [...]

'''CONGLVTINATVS''', a, um. Part. Cic. Att. 1, 17 [...]

'''CONGLVTINATIO''', onis. f. [συγκόλλησις] "Vt," Circuitus Conglutinatioque verborum, "i. compositio" Cic. in Orat. 78 c. 23. [...]

'''CONGLVTINOSVS''', a, um. Adi. "Vt," Humoris pars conglutinosa fit in praecordiis Veget. Mulom. 1, 40, 2.

'''CONGRADVS [1]''', a, um. "vid. post" CONGREDIOR.

'''CONGRAECO''', "vel" CONGRAECOR, ari. [οἰνοφλυγῶ, κωμάζω] "Compotationibus indulgere." [...]

'''CONGRASSOR''', ari. ''Apud'' Augustinum.

'''CONGRASSATOR''', oris. m. ''Apud'' Firmic.

'''CONGRATVLOR''', ari. [συγχαίρω, συνήδομαι] ''Vna gaudere alterius bono'' Cic. pro Sext. 20 [...]

'''CONGRATVLATIO''', onis. f. [συνευφρασία] Cic. ad Brut. 3 Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioque me commouet.

'''CONGRATVLATOR''', oris. m. ''Apud'' Augustin.

'''CONGRAVO''', are. ''Apud'' Hieron.

'''CONGREDIOR''', gressus sum, edi. [συνέρχομαι, σύνειμι] ''Accedere ad se inuicem, et conuenire.'' [...]

'''CONGREDIO''', ''Legitur apud antiquos, teste'' Nonio 7, 42 Plaut. Epid. Quid si adeam? haud scio an congredias, si haec ea est.

'''CONGREDIENS''', entis. Partic. [συνερχόμενος] ''Cui'' Digrediens ''oppenitur.'' [...]

'''CONGRESSVS [1]''', a, um. Partic. [συνεληλυθὼς] Congressi iungunt dextras Virg. Aen. 8, 467. [...]

'''CONGRESSVS [2]''', ûs. m. [συνέλευσις] ''Congressio.'' [...]

'''CONGRESSIO''', onis. f. [συμβολὴ] ''Idem.'' Cic. Philipp. 2, 46 [...]

'''CONGRESSOR''', oris. m. Ambros. Epist. 4 ad Irenaeum ''sub fin.'' Bonus congressor non aemulatur.

'''CONGRADVS [2]''', a, um. Adi. Auienus Phaenom. Arat. 1241 Labenti congrada soli: i. Eiusdem gradus et loci.

'''CONGREGO''', are. [ἀγείρω, συναγείρω, ἀθροίζω, συνάγω, ἁλίζω] ''In vnum gregem cogere, vel colligere.'' [...]

'''CONGREGATVS''', a, um. Partic. [συνηθροισμένος] "Vt," Multitudo hominum ex seruis conductis congregata Cic. pro Domo 89. [...]

'''CONGREGATIM''', Adu. "Idem quod Gregatim." Prudent. Hymno Ieiunant. 143 Cursant per ampla congregatim moenia.

'''CONGREGATIO''', onis. f. [συνάθροισις] Cic. de Finib. 4, 4 c. 2 Natosque esse ad congregationem hominum. "Add." 3 c. 20.

'''CONGREGATOR''', oris. m. Arnob. 6 p. 199 "de statuis Deorum," Phidias sciebat, aurum fuisse, lapides, atque ossa informia disparata, confusaque, seque horum omnium congregatorem atque vinctorem.

'''CONGREGABILIS''', e. Adi. [συναθροιστὸς] Quod facile congregari potest. [...]

'''CONGREGIS''', e. "vel" CONGREX, Adi. [συνάγελος] "Dicitur Gregi additus, commistusque." [...]

'''CONGRVO''', ere. [ἁράω, ἁρμόττω, ἁρμόζω, εὐαρμόζω, συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ἐφαρμόττω] "Conuenire:" dictum, "vt ait" Festus, a Gruibus, quae non se segregant, siue quum volant, siue quum pascuntur. [...]

'''CONGRVENS''', entis. Partic. [εὐαρμόζων] Plin. in Paneg. c. 91 [...]

'''CONGRVENTIA''', ae. f. [ἐφαρμογὴ, ὁμολογία] "Conuenientia, similitudo." [...]

'''CONGRVENTER''', Adu. [ὁμολόγως, εὐαρμόστως] Cic. de Orat. 3, 34 c. 10 [...]

'''CONGRVVS''', a, um. Adi. [ἁρμόδιος] "Vt," Congrua tempora Claud. in Rufin. 1, 315. [...]

'''CONGRVE''', Adu. "Idem." Mart. Capell. 6 p. 195. Si congrue videtur assertum. "Add." Symmach. Ep. 10, 72.

'''CONGRVITAS''', atis. f. Symmach. Epist. 9, 42 Personarum aequatio, et honestate, et possibilitate congruitas.

'''CONGRVS''', "vel" CONGER, gri. [κόγγρος] "Genus piscis, de quo" Plin. 9, 62 [...]

'''CONGYLIS''', "vid." GONGYLIS.

'''CONGYRO''', are. Vulg. Iudith. 13, 16 Congyrauerunt circa eam vniuersi, "i. circa illam confluxit multitudo, quae illam circumdaret."

'''CONIA''', ae. f. Plaut. Truc. 3, 2, 23 Vt Praenestinis Conia est ciconia.

'''CONIBRICA''', "seu potius" CONIMBRICA, Lusitaniae oppidum, "vt auctor est" Plin. 4, 21 "in descriptione Lusitaniae. MSS. al." Cinumbriga. "Vid. Harduin."

CONIECTARIVS, CONIECTO, CONIECTOR, CONIECTVRA, "vid." CONIICIO.

CONIFER, "et" CONIGER, "vid." CONVS.

'''CONIICIO''', eci, ectum, ere. [ἐμβάλλω, καταβάλλω] "Simul iacere significat, vel ita iacere, vt conclusus aliquis sit, vel accurate, et velut ad scopum iacere eumque ferire." [...]

'''CONICIO''', "cum" I "simplici." Virg. Aen. 9, 411 [...]

'''CONIECTVS [1]''', a, um. Partic. [ἐμβεβλημένος] Coniectis ignibus Cic. Att. 4, 3. [...]

'''CONIECTVS [2]''', ûs, m. [βολὴ, ῥιπὴ] "Coniiciendi actus." [...]

'''CONIICIENDVS''', a, um. Partic. [ἐμβλητέος] Ouid. Trist. 3, 11, 46 Adspicis a dextra latus hoc adapertile tauri? Hac tibi quem perdis coniiciendus erit.

'''CONIECTO''', are. [στοχάζομαι, εἰκάζω, ὑποτοπάζω, τεκμαίρομαι, συμβάλλω] "E significatione verbi" Coniicio, "quam n. 4 posuimus, argumentis colligo." [...]

'''CONIECTANTER''', Adu. "apud" Tertullianum,

'''CONIECTATVS''', a, um. Part. Apul. de Deo Socrat. p. 42, 39 Potentiae "Deorum" animis coniectatae, "etc. i. argumentis apud animum intellectae."

'''CONIECTATIO''', onis. f. [στοχασμὸς] Plin. 10, 75 Somni quaestio non obscuram coniectationem habet.

'''CONIECTATORIVS''', a, um. Adi. "Vt," Coniectatoria argumenta Gell. 14, 3.

'''CONIECTANEA''', orum. n. pl. "Scripta vel commentaria, in quae temere coniicitur, quidquid in mentem venit." [...]

'''CONIECTABVNDVS''', a, um. Adi. Augustin.

'''CONIECTIO''', onis. f. [βολὴ] "A Coniicio." [...]

'''CONIECTOR''', oris. m. [ὀνειροπόλος] "Dicitur, vt ait" Festus, Interpres somniorum. [...]

'''CONIECTRIX''', icis. f. Plaut. Mil. 3, 1, 99 Coniectrici, hariolae atque aruspicae.

'''CONIECTORIA''', ae. f. scil. Ars. Sarisb. 2, 17 Coniectoriam exsequi.

'''CONIECTVRA''', ae. f. [στοχασμὸς, εἰκασμὸς, συμβολὴ] "Coniectio siue Coniectatio, dicta" a Coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem, "vt ait Quinctil." 3, 6, 30. [...]

'''CONIECTVRALIS''', e. Adi. [στοχαστικὸς] "Quod coniectura colligitur." [...]

'''CONIECTVRALITER''', Adu. "Idem." Sidon. Epist. 8, 11 Coniecturaliter gestum.

'''CONIECTARIVM''', "vel vt Mercerus dedit," CONIECTVRARIVM "apud" Non. 2, 175 [...]

'''CONIECTVRO''', are. [στοχάζομαι] "Laudant" Sen. Nat. Quaest. 7, 29 [...]

'''CONILA''', ae. f. "siue" CONILE, es. [κονίλη] Apul. de Herb. 122 "eadem quae" Cunila, "vbi vid."

'''CONIMBRICA''', "vid." CONIBRICA.

'''CONION''', i. n. [κώνειον] "Graeco nomine appellatur Herba"

"perniciosissima, publica Atheniensium poena nobilitata, quam Latini" Cicutam "appallant." Theod. Priscian. de Diaeta c. 21.

'''CONISCO''', are. "Verbum, quod hodie legitur" Lucret. 2, 320 [...]

'''CONISTERIVM''', i. n. "Locus in palaestra, vbi puluere post vnctionem Athletae adspergebantur, vt prehensiones essent firmiores. Vtitur" Vitruu. 5, 11. "Vid. Mercurial. de Arte Gymnast. 1, 8."

'''CONITI''', "et" ACONITI, "Aduerbia Graeca," κονιτὶ "et" [ἀκονιτὶ, "quibus sic vtitur" Plin. 35, 11 s. 40, 32 [...]

'''CONITVM''', i. n. Genus libaminis, quod farina conspersa faciebant. Afranius pro Ornatu et excultu posuit. Fest. "Videtur leg." Comtum.

'''CONIVCVNDOR''', ari. Vulg. Interpr. Sirac. 37, 4.

'''CONIVGO''', are. [συζεύγω] "Quasi ad vnum iugum alligare." Cic. Off. 1, 58 c. 17 Estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

'''CONIVGATVS''', a, um. Part. Coniugata "apud Rethores" Ciceroni Topic. 12 c. 3 [...]

'''CONIVGATOR''', oris. m. [συζευκτὴς] "Vt," Boni amoris coniugator, "de Hymene" Catull. 62, 45.

'''CONIVGATIO''', onis. f. [συζυγία] "Opus vinitoris, cum ad idem iugum plures vites alligantur." [...]

'''CONIVGA''', ae. f. "Coniux." Apul. Met. 6 p. 174, 33 Magni Iovis germana et coniuga, "i. Iuno."

'''CONIVGVS''', a, um. Adi. Plin. 8, 23 s. 35 "de aspidibus," Coniuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est, "i. Coniugata et iuncta quasi matrimonio. Sed Harduin. ex MSS. Reg. legit" Coniugia, "i. coniuges."

'''CONIVGVLVS''', a, um. Adi. "Vt," Coniugulum myrtum "dixit" Cato 8, 2. "et" 133, 2. [...]

'''CONIVGIVM''', i. n. [συζυγία] "Societas viri et feminae, qui inde vocantur" Coniuges. [...]

'''CONIVGALIS''', e. Adi. [σύζυγος] Dii coniugales, "qui coniugiis praesunt, vt Iuno." [...]

'''CONIVGALITER''', Adu. Augustin. Epist. 89 Pudice quamuis coniugaliter viuunt.

'''CONIVGIALIS''', e. Adi. [σύζυγος] "Quod ad coniugium pertinet." [...]

'''CONIVX [1]''', ugis. c. ὁμόζυγος, σύμβιος, σύζυγος, σύνζυγις Vet. Gl.] "Proprie" Coniuges, "vt ait" Festus, Eiusdem iugi pares: "deinde sollemni intellectu, qui illum ab etymo tractum prope exclusit," Coniux "est matrimonii socius, maritus aut vxor." [...]

'''CONIVNGO''', iunxi, iunctum, ere. [συζεύγνυμι, συνάπτω, συνοχόω] "Copulare, ad idem" iugum "duo aut plura alligare animalia: quod deinde latius ad nullum non copulationis et connexionis genus extenditur, siue propriae, vt in corporibus, siue impropriae et metaphoricae." [...]

'''CONIVNCTVS [1]''', a, um. Partic. [συνεζευγμένος] "Vt," Homines benevolentia coniuncti Cic. de Amicit. 84. [...]

'''CONIVNCTVS [2]''', ûs. m. Bigae, quadrigae a coniunctu dictae sunt Varro L. L. 9, 2.

'''CONIVNCTE''', Adu. [συνημμένως] Cic. de Orat. 2, 158 [...]

'''CONIVNCTIM''', "similiter" Adu. [συνεζευγμένως] Liu. 6. [...]

'''CONIVNCTIO''', onis. f. σύζευξις, συναφὴ, σύναψις, σύνδεσμος, ἕνωσις [...]

] Plin. 15, 29

'''CONIVNCTIVVS''', a, um. Adi. συμπλεκτικὸς Gloss. Gr. Lat.] Tertull. adu. Hermog. c. 26. Mart. Capell. 3 p. 83. "et alii Grammatici" Coniunctiuum modum "in verbis memorant."

'''CONIVNCTRIX''', icis. f. "Idem ac Coniunctiuus." Augustin. de Trin. 11, 10 "pr." Voluntas coniunctrix et separatrix.

'''CONIVNCTO''', are. Frequent. Prudent. Psych. v. 762.

'''CONIVOLVS''', a, um. Adi. Festus Coniuola occulta. In Gloss. Isidori; Coniuoli, concordes, iuncti. "Sed" Gloss. Cohiuum et Coniuum "interpretatur" [κάλυξ ῥόδου μεμυκὼς, "quasi esset a" conniuendo.

'''CONIVRGO''', are. "Idem quod" Obiurgare. Oportet obseruare, ne coniurgemur ab ipsis Interpr. Iren. 5, 17.

'''CONIVRO''', are. [συνόμνυμι, συνίσταμαι] "Simul iurare, et alterum alteri promittere fidem." [...]

'''CONIVRATVS''', a, um. Partic. [συνομωθεὶς] "Qui coniurauit, vt." Agmina coniurata Ouid. Met. 5, 150. [...]

'''CONIVRATIM''', Adu. "Velut ex coniuratione" Plaut. Asin. 2, 2, 52 Siquidem omnes coniuratim cruciamenta conferant. "Sic" MS. "apud Pareum Lex. Crit. h. v. Sed alia exemplaria exhibent" Coniurati.

'''CONIVRAMENTVM''', i. n. Augustin.

'''CONIVRATIO''', onis. f. [συνωμοσία] "Societas contra remp. inita et firmata iure iurando." [...]

'''CONIVX [2]''', "vid." CONIVGO.

'''CONIZA''', "vid." CONYZA.

'''CONL''', "vid." COLL.

'''CONLIDO''', "vid." COLLIDO.

'''CONNATO''', are. [συνήχομαι] "Simul natare." Connatat nobiscum "laudatur ex" Plauto "per translationem pro Riualis est."

'''CONNATIO''', "vid." CONNO.

'''CONNATATILIS''', e. Firmic.

'''CONNASCOR''', "vnde"

'''CONNATVS''', a, um. Part. Tertull. adu. Valent. 9 Vitia in corpore connata.

'''CONNATALIS''', e. Augustin.

'''CONNATALITIVM''', i. n. Firmicus.

'''CONNECTO''', xui, xum, ctere. [συμπλέκω, συνείρω] "Simul nectere, nexu s. vinculo coniungere." [...]

'''CONNEXVS [1]''', a, um. Partic. [συμπεπλεγμένος] Cic. de Nat. Deor. 2, 97 c. 38 Qui omnia inter se connexa et apta viderit. [...]

'''CONNEXVS [2]''', ûs. m. [συμπλοκὴ] Lucret. 2, 725 Differre necesse est Interualla, vias, connexus, pondera, plagas. Connexu corpus adhaeret Lucret. 3, 556. Habere varios connexus Id. 1, 626.

'''CONNEXVM''', i. n. "Ita vocat" Cicero "Syllogismum conditionalem." [...]

'''CONNEXE''', Adu. Mart. Capella l. 4 p. 117 Illa singulatim dici possunt, haec non nisi connexe dicuntur.

'''CONNEXIO''', onis. f. [σύμπλεξις, συναφὴ] "Pro Conclusione," Quinctil. 5, 14, 6. "Conf." August. de Ciu. Dei 2, 31.

'''CONNEXIVVS''', a, um. Adi. [συμπλεκτικὸς] "Vt," Connexiua coniunctio, "pro Copulatiua, apud" Gell. 10, 29.

'''CONNIDIFICO''', "et" CONNIDVLOR, Augustini.

'''CONNITEO''', ere. "et" CONNITIDO, are. Fragm. Poet.

'''CONNIGRO''', are. Hieron.

'''CONNIGRICO''', are. Fragm. Poet.

'''CONNIGREFACIO''', ere. Hieron.

'''CONNITOR''', nixus "vel" nisus sum, niti. [πειράομαι] "Simul vel Vehementer niti, et dare operam." [...]

'''CONNIVEO''', niui "et" nixi, nictum, vere. [μύω, καταμύω, νυστάζω] "It."

'''CONNIVO''', "tertiae coniugat. apud" Priscian. 9 p. 866. "Praeter." [...]

'''CONNIVENS''', entis. Partic. [νυστάζων] "Praeter dicta" Cic. pro Milon. 32 Quibus si non adiuuantibus, at conniuentibus certe sperasset se posse Remp. eludere. [...]

'''CONNIVENTIA''', ae. f. [νυσταγμὸς] "Est patientiam accommodantium, ac videre se dissimulantium." [...]

'''CONNIXVS''', "vid." CONNITOR.

'''CONNODO''', are. Prosp. Aquit. de Praedict. 1, 6.

'''CONNOTESCO''', ere. Augustin.

'''CONNVBILO''', are. Firmic.

'''CONNVBO''', psi, ptum, ere. [εὐνοικέω] "Matrimonio iungi. Laudatur" Apul. Nescientibusque parentibus, puellari aetate connupseramus. "Sed nihil horum apud Apuleium est, quod doceat Index Floridi."

'''CONNVBIVM''', i. n. [συνοικέσιον, ἐπιγαμία] Ius legitimi matrimonii, "inquit" Seru. "ad" Aen. 1, 77. Cic. Off. 1, 54 Sequuntur connubia et affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. [...]

'''CONNVBIALIS''', e. Adi. [ἐπιγαμικὸς] "Vt," Carmen connubiale, "Epithalamium" Claud. Cons. Honor. 4, 649. [...]

'''CONNVBIALITER''', Adi. Mart. Capella 6 p. 189 Cum ad Philologiae concilianda consortia procum affatim connubialiter allegaret.

'''CONNVBIVS''', a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 296, 11 "Flor." Connubia lege sociatas mulieres.

'''CONNVDO''', are. [ἀπογυμνῶ] Plin. 28, 7 Iam primum abigi grandines turbinesque, contra fulgura ipsa in mense connudata; sie auerti violentiam caeli.

'''CONNVGOR''', ari. Tertull.

'''CONNVGATOR''', oris. m. Augustin.

'''CONNVGATORIVS''', a, um. Hieron.

'''CONNVMERO''', are. συναριθμῶ Gloss. Lat. Gr.] Se quoque in exemplis connumerare solet Ouid. Trist. 5, 4, 20 "al." annumerare. Inter liberos connumerabitur Paul. Dig. l. 14 de statu hom. [...]

'''CONNVMERATVS''', a, um. l. vnic. Cod. de profess. in vrbe CP.

'''CONNVMERATIO''', onis. f. Augustin.

'''CONNVO''', ere. Plauti "esse dicitur."

'''CONNVTRIO''', ire. Columellae "adscribitur."

'''CONNVTRITVS''', a, um. "Vt," morbus Augustin.

'''CONNVTRICO''', are. Hieron.

'''CONOIDES [1]''', "vid." CONVS.

'''CONON''', onis. m. [Κόνων] "Dux Atheniensis, pueris notus ex Cornelio Nepote. Nobilitatis descriptio est." [...]

'''CONOPAS''', [Κωνώπας] Minimae staturae nanus "fuit," duorum pedum et palmi altitudine, quem Iulia, Augusti neptis, in deliciis habuit. "Auctor" Plin. 7, 16.

'''CONOPEVM''', i. n. κωνωπεῖον] "Tentorium seu velum, et papilio ille lineus, vel laneus, seu bombycinus, qui toro circumdatur ad arcendos culices, quo maxime vtuntur Alexandrini, quod ex Nilo" culices "confluant, quos Graeci" [κώνωπας "dicunt." [...]

'''CONOR''', atus sum, ari. [πειρώμαι, ἐπιχειρέω] "Est mouere se ad agendum." [...]

'''CONANS''', antis. Partic. Nep. 23, 3 Alpicos conantes prohibere transitu, concidit.

'''CONABILIS''', e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 1.

'''CONATVS''', ûs. m. [πεῖρα, ὁρμὴ, ἐπιχείρησις] "Principium agendi et motus, quo agere incipimus." [...]

'''CONATIO''', onis. f. Sen. Nat. Quaest. 2, 12 Conatio sine ictu. ''Add.'' Plin. Valer. 2, 28.

'''CONATVM''', i. n. ''certe pl.'' CONATA, ''Idem.'' Vell. Paterc. 2, 29 [...]

'''CONAMEN''', inis. n. [πεῖρα] ''Idem.'' Ouid. Fast. 4, 325 Dixit, et exiguo funem conamine traxit. [...]

'''CONAMENTVM [2]''', i. n. [ἐπιχείρημα] Plin. 19, 2 ''de Sparto,'' Ad reliquos vsus laboriose euellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum offeis ligneisue conamentis. [...]

'''CONQVADRO''', are. [τετραγωνίζω] ''In quadratam formam redigere.'' [...]

'''CONQVAESTOR [1]''', ''vid.'' CONQVISITOR ''sub'' CONQVIRO.

'''CONQVASSO''', are. Frequent. [κατασείσω] ''Quatiendo frangere.'' [...]

'''CONQVASSATIO''', onis. f. [κατάσεισμα] Cic. Tusc. 4, 23 c. 13 Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur.

'''CONQVATERNO''', are. ''Quaternos vel quaterna iungere.'' ζευγίζω κατὰ τέσσαρα Conquaterno Gloss. Gr. Lat.

'''CONQVEROR''', questus sum, eri. [μέμφομαι] ''Eiusdem est cum simplici suo significationis, nisi quod illam augere videtur.'' [...]

'''CONQVESTVS''', ûs. m. [μέμψις] ''Conquerendi actus.'' Liu. 8, 7 Tum libero conquestu coortae voces sunt.

'''CONQVESTIO''', onis. f. [μέμψις] ''Idem.'' Cic. Q. Frat. 1, 1 c. 7 Vbi nullum auxilium, nulla conquestio. [...]

'''CONQVIESCO''', quieui, quietum, ere. [ἡσυχάζω] ''Totum quiescere.'' [...]

'''CONQVILIATVS''', a, um. "Pro Quisquiliatus." Plin. Valer. 1, 9 Conquiliata lana obturare. "Vid. Reines. Var. Lect. 3, 4 qui legit" Conculcata. "Venit etiam in mentem" conchyliata.

'''CONQVINISCO''', conquexi, ere. [ὑποκύπτω] "A" Cunio, ire, "quod est apud" Festum Stercus facere. [...]

'''CONQVINO''', "vid." COINQVINO.

'''CONQVIRO''', quisiui, quisitum, ere. [συζητέω] "Simul vel ex pluribus locis, certe diligenter quaerere et inuestigare." [...]

'''CONQVISITOR''', oris. m. "Qui conquirit s. inquirit, Quaesitor;" Plaut. Amph. prol. 65 [...]

'''CONQVAESTOR [2]''', oris. m. "Idem." Varr. de L. L. 5, 8.

'''CONQVISITVS''', a, um. Part. [ἐξηκριβωμένος] "Idem quod" Exquisitus. "vt," Mensae conquisitissimis epulis exstruebantur Cic. Tusc. 5, 62.

'''CONQVISITE''', Adu. [διηκριβωμένως] "Pro Docte et diligenter." [...]

'''CONQVISITIO''', onis. f. [συζήτησις] Cic. de Vniuers. 5 Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium. [...]

'''CONRADO''', "vid." CORRADO.

'''CONRECVMBO''', ere. In conuiuio conrecumbentes Tertull. adu. Gent. c. 4.

'''CONREGIO''', onis. "Ab auguribus olim vocabatur Regio intra fines comprehensa." [...]

'''CONREGNO''', are. Tertull. adu. Gnost. c. 13. "et" Hieron. in Dan. c. 9. Sulp. Seuer. 2, 33. Sedul. l. 3 "(al. 4) extr."

'''CONRESVSCITATVS''', a, um. Conresuscitatus in eo per fidem Tertull. de Resurr. Carn. c. 23.

'''CONRESVPINATVS''', "vel" CORRESVPINATVS, a, um. Conresupinata interna Tertull. de Anima c. 48.

'''CONREVS''', i. m. [συνένοχος] "Qui cum alio in ius vocatus est." Vlpian. in l. Liberationem §. Nunc de effectu D. de liber. legat. [...]

'''CONRIDEO''', "vel" CORRIDEO, ere. Rideo "vna vel vndique." Lucret. 4, 81 [...]

'''CONRVSPOR''', "vel" CORRVSPOR, ari. Conquirere. Conruspare tua consilia in pectore Plaut. "apud" Fest.

'''CONSABVRRO''', are. "Idem ac" Saburro. Augustin.

'''CONSACERDOS''', otis. m. Symmach. Ep. 10, 74. Cyprian. Epist. 1, 1.

'''CONSALANEVS''', i. m. "Quasi eodem sale victitans." Hieron.

'''CONSALVTO''', are. [ἀσπάζομαι] "Vna, alta voce salutare." Liu. 3, 28 Dictatorem eum legati gratulantes consalutant. [...]

'''CONSALVTATIO''', onis. f. [ἀσπασμὸς] "Salutatio plurium, vel mutua." Cic. Att. 2, 18 Hinc plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica. [...]

'''CONSANGVINEVS''', i. m. [ὁμογενὴς, ὁμαίμων, συγγενὴς] "Qui sanguine coniunctus est cum altero." Plaut. Poen. 3, 1, 70 Meis consanguineis nolo te iniuste loqui. [...]

'''CONSANGVINITAS''', atis. f. [συγγένεια] "Ipsa sanguinis coniunctio." [...]

'''CONSANO''', are. [ἰάομαι, ὑγιόω] Columel. 4, 24, 22 Quo plerumque fit, vt quod praecidi debeat, praefringatur, et sic vitis laniata, scabrataque putrescat humoribus, nec plagae consanentur. [...]

'''CONSANESCO''', "vel" CONSANASCO, ui, ere. "Sanum fieri." Colum. 8, 2, 3 Consanescunt vlcera. [...]

'''CONSARCINO''', are. [συσκευάζω, συσπείρω] "A sarcina dictum, quae ex pluribus rebus colligatis constat. Significat itaque ea coniungere, quae non bene cohaereant." [...]

'''CONSARCINATOR''', oris. m. "Vt," Litium consarcinator Ammian.

'''CONSARRIO''', ire. [σκαλεύω] "Sarrire diligenter" Columel. 11, 3, 46 Deinde sulci omnes consarriendi. Cat. de R. R. 48, 1 Consarrire porcas.

'''CONSATVS [1]''', a, um. Part. "Id est" Consitus "et inde densus confertus, consertus." [...]

'''CONSATIO''', onis. f. Tertull. ad Nat. 2 c. 11 Conseuius Deus, qui consationibus concubitalibus praesit.

'''CONSATELLITIVM''', i. n. ICt. in Dig.

'''CONSATIATVS''', a, um. ICt. in Dig.

'''CONSATVRO''', are. Firmic.

'''CONSCATVRIO''', ire. Fragm. Poet.

'''CONSCATVRIGO''', inis. f. Tertulliani "esse dicunt."

'''CONSAVCIO''', are. [τραυματίζω] "Valde vel pluribus vulneribus sauciare." [...]

'''CONSAVCIATVS''', Partic. Suet. Aug. c. 20 Vtrumque brachium ruina pontis consauciatum.

'''CONSAVCIATIO''', onis. f. ICt. in Dig.

'''CONSCELERO''', are. [καταμιαίνω] "Scelere polluere." Liu. 40, 8 Agite conscelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi. [...]

'''CONSCELERATVS''', a, um. Partic. [μιανθεὶς] Liu. 2, 37 Proficiscentibus deinde indignatio oborta, se vt consceleratos, contaminatosque, ab ludis abactos esse. [...]

'''CONSCENDO''', di, sum, ere. [ἐπιβαίνω, ἀναβαίνω] "Auget et velut complet simplex" Scando. [...]

'''CONSCENSVS''', a, um. Part. Conscensa Naue Iust. 31, 4, 4. Nauibus Id. 12, 10, 2. "et" 23, 2, 2.

'''CONSCENSIO''', onis. f. [ἐπίβασις] Cic. de Diuin. 1, 68 c. 32 [...]

'''CONSCIENTIA [1]''', "vid." CONSCIVS.

'''CONSCINDO''', scidi, scissum, ere. [διατέμνω, διασχίζω] "In multas partes scindere." [...]

'''CONSCISSVS''', a, um. Part. [διεσχισμένος] "Vt," Conscissa pallula Plaut. Trucul. 1, 1, 32. [...]

'''CONSCISSIO''', onis. f. Augustin. de Morib. eccl. cathol. c. 34.

'''CONSCISSVRA''', ae. f. [διαῤῥωγὴ] "Ipsa ruptio." Plin. 34, 8 [...]

'''CONSCIO''', sciui, scitum, ire. [συνίημι, σύνοιδα] "Vna scire, vel intra se et apud animum suum scire." [...]

'''CONSCISCO''', sciui, scitum, ere. [ψηφίζομαι, προσάγομαι, ἐπισπῶμαι] "Statuere apud se, et decernere; vt" Sciscere, "vnde" Scitum "dictum." [...]

'''CONSCITVS''', a, um. Part. Passiu. [διεγνωσμένος, συμψηφισθεὶς] Plin. 36, 15 Passim conscita nece Quiritibus taedium fugientibus. Liu. 9, 26 Mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit.

'''CONSCISCENDVS''', a, um. Part. [καταψηφιστέος] Cic. Fam. 7, 3 Aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Liu. 39, 19 Ne mortis consciscendae locum haberet.

'''CONSCIVS''', a, um. Adi. [συνειδὼς, συνεπιστάμενος] "Modo is dicitur, qui cum aliis scit, modo qui intra se et cum animo suo scit: posteriori ratione" Ouid. Trist. 5, 5, 18 [...]

'''CONSCIOLVS''', a, um. Adi. Dimin. Catull. 68, 41 Saepe illam audiui furtiua voce loquentem Solam consciolis haec sua flagitia.

'''CONSCIENTIA [2]''', ae. f. [συνείδησις] "Vel scientia communis cum alio, vel certa apud animum nostrum nostrorum factorum scientia: posterior ratio frequentior." [...]

'''CONSCORTOR''', ari. Augustin.

'''CONSCORTATOR''', oris. m. Idem

'''CONSCREOR''', ari. Plaut. Pers. 2, 5, 7 [...]

'''CONSCRIBILLO''', are. [συγγράφω] "Pro Conscribere veteres dixerunt: at plerumque cum contemtum innuere vellent." [...]

'''CONSCRIBO''', psi, ptum, ere. [συγγράφω] "Scribere significat, s. componere." [...]

'''CONSCRIPTVS''', a, um. Part. [συνγεγραμμένος] "Vt," Conscriptae literae Plaut. Pseud. 1, 1, 26. [...]

'''CONSCRIPTVM''', i. n. "Vt," Virorum veterum conscripta Ouid. Trist. 5, 3, 55.

'''CONSCRIPTIO''', onis. f. [συγγραφὴ] Cic. pro Cluent. 191 c. 67 Eiusdem amentiae falsae conscriptiones quaestionum, ex eodem furore etiam illa conscelerata exsectio linguae. [...]

'''CONSCRIPTOR''', oris. m. Quinct. Declam. 277 Conditor conscriptorque legis. "Conf." Arnob. 1 p. 33 "et" 34.

'''CONSCRVTOR''', ari. Firmic.

'''CONSCVLPTVS''', a, um. Partic. Tertull.

'''CONSCVLPTILIS''', e. Adi. Augustin.

'''CONSCVLPTOR''', oris. m. Hieron.

'''CONSCVLPTVRA''', ae. f. Idem.

'''CONSECO''', secui, sectum, are. [διαπρίω] "Totum in partes secare." [...]

'''CONSECTVS''', a, um. Part. Brassica Cato R. R. c. 157. Consecto arboris trunco Plin. 17, 10.

'''CONSECTIO [1]''', onis. f. [διάπρισις] "Vt," Cic. de Natur. Deor. 2, 151 c. 60 [...]

'''CONSECRO''', are. [καθιερόω, ἐκθειάζω] "Eiusdem significationis ac Sacro, quod est Deo dico, et sacrum facio." [...]

'''CONSECRANS''', antis. Part. Vulgata Ezech. 16, 11.

'''CONSECRATIO''', onis. f. [καθιέρωσις] "Consecrandi caerimonia." Cic. pro Domo 106 Quae tua fuit consecratio? [...]

'''CONSECRATOR''', oris. m. Hieron. Ep. 83 ad Ocean. c. 4. Tertull. de Pud. c. 21. Firmic. 4, 7.

'''CONSECRATRIX''', icis. f. Tertull. adu. Gnost. c. 3.

'''CONSECRANEVS''', a, um. Adi. [συμμύστης, Vet. Gloss.] "Eorundem sacrorum particeps." [...]

'''CONSECTANEVS [1]''', CONSECTARIVM, CONSECTOR, "vid." CONSEQVOR.

'''CONSECTIO [2]''', "vid." CONSECO.

'''CONSECVTIO''', CONSECVTVS, "vid." CONSEQVOR.

'''CONSEDO [1]''', onis, "vid." CONSIDEO.

'''CONSEDO [2]''', are. "Plane sedere." Maximos tumultus maturissime disieci atque consedaui Cato "ap." Charis. 2 p. 184.

'''CONSEDATVS''', a, um. Partic. ICt. in Dig.

'''CONSEDATIO''', onis. f. Iid. ib.

'''CONSEDATOR''', oris. m. Iid. in Cod.

'''CONSELLAE''', arum. plur. "i. Geminae sellae." Consellas quoque praeualidis in funibus aptas Lucil. "ap." Non. 4, 3.

'''CONSEMINEVS''', a, um. Adi. [ὁμόσπορος] "Vt," Consemineae vineae, "in quibus multa et varia semina vitium confusa sunt, nec propriis generibus distincta." [...]

'''CONSEMINALIS''', e. Adi. [ὁμόσπορος] "Idem." Columel. 12, 45, 6 [...]

'''CONSEMPITERNVS''', a, um. Adiect. Fulgent. contra Arrian. "extr."

'''CONSENESCO''', consenui, ere. [γηράσκω] "Senem fieri." Plaut. Capt. 1, 2, 31 Macesco, consenesco, et tabesco miser. [...]

'''CONSENTES''', Dii, "qui, vt" Augustin. 4, 23 de Ciuit. Dei "scribit," in consilium Iouis adhiberi "putabantur." [...]

'''CONSENTIA''', sacra, quae ex multorum consensu sunt statuta, Festus "explicat. Nescio quam bene."

'''CONSENTIVM''', "dictum videtur concilium" Deûm Consentum. Vet. Inscr. Gruter. p. 3, 1 CONSENTIO DEORVM MARIANA SOZOMENE.

'''CONSENTIO''', si, sum, tire. [ὁμονοέω, συμφωνέω, σύμφημι] "Vna vel idem sentire." [...]

'''CONSENTIENS''', entis. Partic. [ὁμονοῶν] Aduersus consentientes, nec regem quemquam satis validum, nec tyrannum fore Liu. 34, 49. Cic. de Diu. 2, 119 [...]

'''CONSENSVS [1]''', a, um. Partic. pass. [ὁμολογηθεὶς] Gell. 15, 26 [...]

'''CONSENSVS [2]''', ûs. m. [ὁμόνοια] Cic. de Natur. Deor. 3, 28 [...]

'''CONSENSIO''', onis. f. [σύμφρασις, συμφωνία, ὁμολογία] "Idem." Cic. de Reditu suo ad Quir. 18 Tanta consenfione Italiae. Idem Fam. 1, 9 Populi vero Rom. totiusque Italiae mira consensio. [...]

'''CONSENTANEVS''', a, um. Adiect. [εὔλογος] "Conueniens." Cic. de Finib. 5 c. 21 [...]

'''CONSENTANEE''', Adu. Narrare consentanee Hieron. adu. Rufin. 3, 1 "extr." Cum natura consentanee viuere Lactant. 3, 28.

'''CONSEPELIO''', "vnde"

'''CONSEPVLTVS''', a, um. Part. [συνταφεὶς] Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba iurasti Hieron. Ep. 1 ad Heliodor. [...]

'''CONSEPIO''', sepsi, septum, ire. [συμφράττω] "Vndique sepire. Vnde"

'''CONSEPTVS [1]''', a, um. Partic. Cic. de Senect. 59 c. 16 Caeteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, et ei quendam conseptum agrum et diligenter consitum ostendisse.

'''CONSEPTVM''', i. n. Subst. [φράγμα, περίφραγμα] Columel. 1, 4, 7 Diffusiora enim consepta, non solum pluris aedificabimus, sed etiam impensis maioribus tuebimur. [...]

'''CONSEPTVS [2]''', ûs. m. Vt quum conseptu viridis consederis horti Strabo Gall. "in fine."

'''CONSEPTO''', are. Eligitur sacer lucus, in quo conseptant animalia diuersissimi generis Solin. c. 32.

'''CONSEQVENTER [1]''', CONSEQVIAE, "vid. in" CONSEQVOR.

'''CONSEQVOR''', sequutus sum, sequi. [συνέπομαι, συνακολουθέω] "Cominus sequi, sequi dum attingas, adsequi." [...]

'''CONSEQVENS''', ntis. Partic. [συνακολουθῶν] Cic. de Senect. 19 Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. [...]

'''CONSEQVENTER [2]''', Adu. [συνακολούθως] Vlpian. in l. sed et si quid. §. vlt. D. de vsufructu et quemadmodum quis vtatur et fruatur, Quibus consequenter fructuarius quidem acquirere fundo seruitutem non potest, retinere autem potest. [...]

'''CONSEQVENTIA''', ae. f. συνέπεια, ἀκολουθία Vet. Gloss.] Cic. de Diuin. 128 c. 56 Qui cursum rerum euentorumque consequentiam diurturnitate pertractata notarunt, "etc." [...]

'''CONSEQVVTIO''', onis. f. [συέπεια] "A verbo" Consequor. Cic. de Finib. 1, 37 c. 11 [...]

'''CONSEQVVTVS''', a, um. Part. Pass. "pro Impetratus." Varro, Vestales incesti compertas ansa petuntur incognita, consequuta negliguntur. Ex Prisciano lib. 8 p. 792. [...]

'''CONSEQVVTOR''', oris. m. "Epitheton Martis apud Ferret. Mus. Lap. p. 19."

'''CONSEQVIA''', orum. "s." CONSEQVIAE, arum. f. " plur. Sequelae, a Consequendo: sicut ab" Exsequendo, Exsequiae. Apul. 10 p. 247 [...]

'''CONSEQVVS''', a, um. Adi. "Idem quod Consequens, vt" Lucret. 5, 679 Consequa natura est iam rerum ex ordine certo. [...]

'''CONSECTOR''', ari. Frequentat. [διώκω] "Studiose consequor, eadem varietate significationis." [...]

'''CONSECTATVS''', a, um. Partic. Hostes equitatus consectatus Caes. Bell. G. 3, 26. Naues singulas nostri consectati expugnauerunt Id. 3, 15.

'''CONSECTATIO''', onis. f. [δίωξις] Plin. 14, 16 Manifestum est superuacuam generum consectationem in numerum. [...]

'''CONSECTATOR''', oris. "Vnde"

'''CONSECTATRIX''', icis. f. Cic. Off. 3, 118 c. 53 Est enim temperantia, libidinum inimica: libidines autem, consectatrices voluptatis. [...]

'''CONSECTANEVS [2]''', a, um. Adi. [ἀκόλουθος] "Qui alios assectatur." Sidon. Apoll. 7, 14 Qualiter studiorum tuorum consectaneus fiam consequa paginae parte reserabitur. [...]

'''CONSECTARIVS''', a, um. Adi. [συνεπόμενος] "Consequens, quod legitima conclusione infertur." [...]

'''CONSERENO''', are. Conserenat "Impers. dictum volebant, pro eo quod est, vndique serenum fit caelum: et laudabant" Liu. 39, 46

'''CONSERMONOR''', ari. "Cum aliquo loqui." Q. Claudius "apud" Gell. 17, 2 Cum his consermonabatur. "Vid."SERMONOR.

'''CONSERMOCINOR''', ari. "Idem." Nigidius "apud" Gell. 10, 4 Quibus consermocinamur.

'''CONSERO [1]''', seui "et" serui, situm, ere. [φυτεύω] "Plantare siue seminare." [...]

'''CONSERENTES''', Di "qui fuerint, docet" Arnob. adu. Gentes 4 p. 169 [...]

'''CONSITVS''', a, um. Partic. [πεφυτευμένος] Pomus consita Tibull. 2, 1, 43. [...]

'''CONSATVS [2]''', "vid. supra s. l."

'''CONSITIO [1]''', onis. f. [φύτευσις, φυτούργημα] "Ipse conserendi actus." [...]

'''CONSITVRA''', ae. f. [φυτεία] "Idem." Cic. de Republ. Quae videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinae indiciis interpretabatur. "Ex" Nonio 3, 30.

'''CONSITOR''', oris. m. [φυτευτὴς] Ouid. Met. 4, 14 Et cum Lenaeo genialis consitor vuae.

'''CONSEVIVS [1]''', Deus, qui consationibus concubitalibus praesit Tertull. ad Nat. 2 c. 11.

'''CONSIVA [1]''', ae. f. Opis "Epitheton. Vid." OPS Dea.

'''CONSERO [2]''', serui, sertum, serere. [συμπλέκω] "Coniungere, committere, sibi inuicem permiscere." [...]

'''CONSERTVS''', a, um. Partic. [συμπλεχθεὶς] Quinct. 5, 10 Vt sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. "i. Contextus." [...]

'''CONSERTE''', Adu. [συμπεπλεγμένως] Cic. de Fato 31 c. 14 Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.

'''CONSERTIO''', onis. f. Ad ceruicum necessarias flexiones consertionibus verticum atque ossea substructione fulciri Arnob. 3 p. 107.

'''CONSERTOR''', oris. m. [συμπλεκτὴς] "Legebatur" Plin. 33, 1 [...]

'''CONSERRATVS''', a, um. Adi. [πριονωτὸς] "A" Serra "deductum." Plin. 11, 37 [...]

'''CONSERVIO''', ire. "ICtorum esse dicitur in Digestis."

'''CONSERVO''', are. [διασώζω, συντηρέω] "Vna, vel totum, vel penitus seruare." Plin. 15, 30 Conseruari alitem et sobolem iussere Aruspices. [...]

'''CONSERVANS''', antis. Part. Vnum labendi conseruans -- tenorem Lucr. 5, 509. Custos rerum ipse mearum, Conseruans aliis, quae periere mihi C. Gall. Eleg. 1, 187.

'''CONSERVANTIA''', ae. f. "Laudatur" Arnob. 2 p. 75. [...]

'''CONSERVATVS''', a, um. Partic. [διασωθεὶς] Cic. Fam. 1, 9 [...]

'''CONSERVABILIS''', e. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 13 Bonum conseruabile.

'''CONSERVATOR''', oris. m. [σωτὴρ] Cic. pro Sext. 97 c.. Optimatum principes, auctores et conseruatores ciuitatis. [...]

'''CONSERVATRIX''', icis. f. [σώτειρα] Cic. de Fin. 5, 26 c. 9 Omnis natura vult esse conseruatrix sui, vt et salua sit, et in genere conseruetur suo. [...]

'''CONSERVATIO''', onis. f. [συντήρησις] Cic. Off. 1, 131 Et si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus. [...]

'''CONSERVVS''', i. m. [σύνδουλος] "Qui cum alio eidem domino servit." Ter. Adel. 3, 3, 71 Conseruis ad eundem istune praecipio modum. [...]

'''CONSERVA''', ae. f. [συνδούλη] Ter. Eun. 2, 3, 74 Summa forma semper conseruam domi videbit. [...]

'''CONSERVVLA''', ae. f. Dimin. Sen. Controu. 21 p. 269.

'''CONSERVITIVM''', i. n. [συνδουλεία] Plaut. Capt. 2, 1, 49 Perque conseruitium commune, quod hostica euenit manu.

'''CONSESSVS [1]''', "vid." CONSIDEO.

'''CONSEVIVS [2]''', "vid." CONSERO, eui.

'''CONSIDEO''', sedi, sessum, ere. [συγκαθέζομαι] "Simul sedere, sine motu." Virg. Ecl. 3, 55 Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. [...]

'''CONSEDO [3]''', onis. m. "A" Consedendo; "vt" Assedo, "et" Assessor. C. Hemina Annal. l. 4 Nemo vicinus consedo. "Haec" Nonius 1, 312. "Erit igitur vicinus, qui prope nos consedit, i. domicilium posuit."

'''CONSESSOR''', oris. m. [σύνεδρος] "Qui vna cum alio sedet, et in primis ad ludos refertur, qui a magna considentium multitudine spectarentur." [...]

'''CONSESSVS [2]''', ûs. m. [συνεδρία, συνέδριον] "Non est" Consessio, "sed homines vno in loco considentes, inquit Valla" 4, 2. [...]

'''CONSESSIO''', onis. f. M. Capella.

'''CONSIDERO''', are. [σκέπτομαι, σκοπέω, ἐπισκοπέω, κατανοέω, λογίζομαι] A Siderum contemplatione videtur appellari, ''inquit'' Festus, et fignificat Reputare, expendere. [...]

'''CONSIDERATVS''', a, um. Partic. [περιεσκεμμένος] ''Vt,'' Factum paullo minus consideratum Cic. pro Sulla 72. [...]

'''CONSIDERATIO''', onis. f. [σκέψις, ἐπινόησις, λογισμὸς] Cic. Acad. 4, 127 c. 41 Consideratio contemplatioque naturae, est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum. [...]

'''CONSIDERATOR''', oris. m. Gell. 11, 5 Quaesitores et consideratores, qui semper in considerando sunt.

'''CONSIDERANTIA''', ae. f. ''Idem.'' [περίσκεψις] Cic. Q. Fratr. 3, 9 Cuius in hoc vno considerantiam et ego sustinebo, vt potero. Tarditate animi sine considerantia irruentes Vitr. 6, 1.

'''CONSIDERANTER''', Adu. Valer. 8, 1 Consideranter et mansuete Populi Romani magistratus ''(agebat.)'' Cuneum inter corticem et lignum consideranter deponimus Pallad. 3, 19 ''pr.''

'''CONSIDERANTIVS''', C. Fronto, ''Grammaticus.''

'''CVLEVM''', "vel" CVLLEVM, i. n. Ex Catone Varro de R. R. 1, 2, 7 In singula iugera, dena culea vini fiunt.

'''CVLEOLA''', orum. n. pl. [Τριβὰς, ἑταριστρία, διεταριστρία, Gloss.] Sunt Cortices nucum viridium, a similitudine culeorum, quibus oleum aut vinum continetur. Festus.

'''CVLEARIS''', e. Adi. [κουλειαῖος] "Vt," Culeare dolium, Quod capit culeum. Cato c. 112 Vbi hauseris de mari, in culeare dolium infundito. Culleare labrum Idem 154.

'''CVLEX''', icis. m. [κώνωψ] "Vermiculus alatus, musca minor." [...]

'''CVLICARE''', is. n. "Vid."CONOPEVM.

'''CVLICVLVS''', i. m. Dimin. Gloss. Cyrill. Culiculus, [κωνώπιον.

'''CVLICVM''', CVLICVLVM, "Herba. Vid."CACVBVLVM.

'''CVLIGNA''', ae. f. κυλίσκη, κυλίχνη "ex" [κύλιξ] Vas potorium. Cato, Culignam in foeno Graeco ponito, vt bene oleat. "Haec" Festus. Cato 132, 1 Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto.

'''CVLINA''', ae. f. [μαγειρεῖον] COLINA, "videtur antiquis fuisse." [...]

'''CVLINARIVS''', i. m. Scribonius Largus 230 Teruntur ex cinere lixiua, qua culinarii vtuntur.

'''CVLIX''', icis. "Herba est," qua trita semen cucumerorum maceratum seri iubent, vt sine semine nascantur Plin. 19, 5.

'''CVLMEN''', inis. n. [ὄροφος, ἔρεισμα] "Cognatum est vehementer" Columini, "quod hic conferendum." [...]

'''CVLMINIVS''', a, um. Adi. "Vt," Olea culminia Columel. 5, 8, 3. "et" 12, 49, 3. Bacca culminia Idem 12, 52, 1. "Conf. supra" COMINIA.

'''CVLMINO''', are. Mart. Capella 9 p. 309 [...]

'''CVLMVS''', i. m. [καλάμη, ἀνθέριξ, κάλαμος] "qui et" COLMVS, "frumenti calamus a radice vsque ad spicam." [...]

'''CVLMOSVS''', a, um. Adi. Sidon. Carm. 9, 72 Madere culmosos viridi cruore fratres: "de fratribus Cadmeis."

'''CVLPA''', ae. f. [αἰτία, ἔγκλημα] "Est aberratio quaedam ab officio, sed vt fere intelligatur ignorantiam intercessisse, certe negligentiam et socordiam potius, quam male agendi voluntatem: interim imputatur, et quasi media est inter dolum et officium, atque significat, si fas sit ita loqui, imputabilitatem facti alicuius in partem sequiorem, vt qui suam" culpam "fatetur, ille indicet, sibi imputari posse euentus sinistros, gradu quidem diuerso, quos ICti nominibus" latae, leuis, et leuissimae culpae "aliquo modo distinguere student." [...]

'''CVLPO''', are. [αἰτιάομαι, διαβάλλω] "Culpae dare, reprehendere: contrarium est verbo Laudare." [...]

'''CVLPOR''', ari. Hor. Serm. 1, 2, 11 Laudatur ab his, culpatur ab illis. Suet. Vesp. c. 16 Sola est, in qua merito culpetur, pecuniae cupiditas.

'''CVLPANS''', antis. Partic. "Vt," Ouid. Amor. 2, 4, 22 Culpantis cupiam sustinuisse femur. Audio culpantes agrorum infecunditatem Columel. "pr." Operis. Culpari ob aliquid Suet. Caes. 72.

'''CVLPATVS''', a, um. "Vt," Corpus culpatum Ouid. Epist. 21, 36. [...]

'''CVLPATIO''', onis. f. [αἰτίασις] "Reprehensio." Gell. 10, 22 Ne ipsi quoque culpationes huiuscemodi mereamur.

'''CVLPABILIS''', e. Adi. Apul. Apol. p. 223 [...]

'''CVLPABILITER''', Adu. "Idem." Symmach. Epist. 9, 43

'''CVLPITO''', are. Frequent. Plaut. Cist. 2, 1, 19 Verum haud metuo, ne iurandum nostrum quisquam culpitet.

'''CVLTER''', tri. m. "et" CVLTRVM, i. n. [μάχαιρα] "Vulgatissimi vsus instrumentum, quo ad secandum vtimur in mensa, etc." [...]

'''CVLTELLVS''', i. m. Dimin. [μαχαίριον] Varro de R. R. 1, 69 [...]

'''CVLTELLVLVS''', i. m. Solin. c. 38.

'''CVLTRARIVS''', i. m. "Qui victimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur" Victimarius. [...]

'''CVLTELLO''', are. "Verbum antiquum, de quo sic" Frontinus in libro de Limitibus p. 43 [...]

'''CVLTELLATVS''', a, um. Partic. [μαχαιροειδὴς] "Qui formam cultelli habet." [...]

'''CVLTRATVS''', a, um. Adi. [μαχαιρωτὸς] "Vt," Cultratus mucro, "qui scindit, velut culter." Plin. 13, 4 Folia cultrato mucrone.

'''CVLTIO [2]''', CVLTVS, CVLTVRA, CVLTOR, CVLTRIX, "vid." COLO.

'''CVLVLLVS''', i. m. Calix fictilis, quo in sacris vtebantur pontifices et Vestales virgines. [...]

'''CVLVS''', i. m. "Podex." Macer Martial. 3, 98. Purior salillo Catull. 23, 19. "Add." Id. Carm. 95 "et" 96. Tritior Martial. 9, 58. Olfacere culum Phaedr. 4, 17 "extr. de canibus."

== CVM ==

'''CVM [1]''', [σὺν, μετὰ] I. "Praepositio, Ablatiuo casui seruit, et comitatum, societatem, certe praesentiam, eius rei indicat, quae nomine significatur." [...]

"'CVM [2]'", II. Adu. temporis. [ἐπὰν, ἡνίκα] "a nonnullis" QVVM, "ab aliis" QVOM "scribitur, more veterum." [...]

'''CVM [3]''', III. Coniunct. "causalis vel concessiua, et ipsa pro sententiae diuersitate nunc Indicatiuo, nunc Coniunctiuo seruit." [...]

'''CVMCVMQVE''', "et" CVMQVE, "siue" CVNQVE, "significare videntur" quandocunque. [...]

'''CVMA''', ae, "vel" CVME, es. f. "vel, quod vsitatius" CVMAE, arum. [Κούμη] "Vrbs Italiae, quam Sibylla nobilitauit." [...]

'''CVMAEVS''', a, um. Adi. [Κουμαῖος] "Qui Cumis est, speciatim, quae ad Sibyllam Cumanam pertinent, vt" Anni Cumaei Ouid. ex Pont. 2, 8, 41. "i. Sibyllini." [...]

'''CVMANVS''', a, um. Adi. "Vt," Martial. 14, 114 [...]

'''CVMANA''', ae. f. "Vas fictile siue olla a Cumis" Apic. 4, 2 [...]

'''CVMANVM''', i. n. Caulis species Plin. 19, 8. Scribon. 126. 144, 271. "Nempe" Olus "intelligitur."

'''CVMATILIS''', e. Adi. [κυματικὸς] "Caesius siue Caeruleus: nam Graeci" [κύματα, "fluctus vocant." [...]

'''CVMBA''', "vid." CVBA.

'''CVMBO''', "Veteres dixerunt in tertia coniugatione, quod elucet ex compositis, vt" Incumbo.

'''CVMERA''', ae. f. Vas ingens vimineum, in quo frumenta conduntur. [...]

'''CVMERVM''', i. n. Vocabant antiqui Vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtensilia, quod et Camillum dicebant, eo, quod sacrorum ministrum κάμιλλον appellabant: est autem vas hoc nuptiale, a similitudine cumerarum, quae fiunt palmeae vel sparteae ad vsum popularem, sic appellatum. [...]

'''CVMINVM''', i. n. [κύμινον] "Herba culinaris." [...]

'''CVMINATVM''', i. n. "Condimentum ex cumino factum" Apic. 1, 29 Cuminatum superfundere. "Add." 4, 2. "it." Pallad. 12, 12. "Vid."CYMINATVM.

'''CVMMI''', n. Vsu monoptoton: Tamen feminini: Cinna, "Alpinaque cummi;" vt sit Genitiuus eius huius cummis, vt puppis, febris, peluis. "Haec" Non. 3, 78. "Videtur legendum," Alpinaque cummis. "Certe"

'''CVMMIS''', is. Cato R. R. 69. Commis, "saepius ap." Scribon. "Vt" Commis Alexandrina 72. "Sed" Commi Alexandrinum 24. "Frequentius scribitur" gummi, "v. v."

'''CVMQVE''', "vid. sub " CVM.

'''CVMVLARE''', is. n. "Quid esset, docet" Veget. Mulom. 4, 2, 2 A commissura renum, quod Cumulare dicitur, vsque ad imum muscarium, commissurae sunt duodecim. "Vtitur eo nomine etiam 4, 1, 2."

'''CVMVLVS''', i. m. [σώρευμα, ἐπίμετρον] "Moles congesta, acervus: speciatim ille aceruus, qui in rebus aridis vltra plenam, et exaequa. tam mensuram assurgit." [...]

'''CVMVLO''', are. [σωρεύω, ἐπισωρεύω, ἐπιμετρέω] "Coaceruare, augere, superaddere: speciatim vltra mensuram, et id, quod iustum est, aliquid adiicere." [...]

'''CVMVLANE''', medicamentum et adstruens medicus Scribon. 227.

'''CVMVLATVS''', a, um. Partic. [ἐπισωρευθεὶς] Cic. Fam. 9, 14 [...]

'''CVMVLATE''', Adu. [σεσωρευμένος, ἐκπλέως] "Abundanter." Cic. Fam. 10, 29 [...]

'''CVMVLATIM''', Adu. [σεσωρευμένως] "Per cumulos." [...]

'''CVMVLATIO''', onis. f. "Coaceruatio," Arnob. 3 p. 108 Buccarum cumulatione saccibucces.

'''CVMPRIME''', Adu. Gell. 17, 2 [...]

'''CVMPRIMIS''', Sapiens cumprimis nostrae ciuitatis homo Cic. de Orat. 2 c. 55. [...]

== CVN ==

'''CVNAE''', arum. f. plur. "tantum." [κοιτίδες, λίκνα] "Lectus, in quo iacet infans." [...]

'''CVNVLAE''', arum. f. pl. Dimin. Prudent. Cathem. 7, 164 Parvulorum cunulae. "Add." 11, 98.

'''CVNABVLA''', orum. n. pl. [κοιτίδια] Lectuli infantium et loca, in quibus nascimur, "secundum" Seru. in Ecl. 4, 23. [...]

'''CVNALIS''', e. Adi. Cunalis in altum Surgit honos Iscan. de Bello Troi...

'''CVNARIA''', ae. f. "Ancilla, quae cunas mouebat." Gruter. Inscript. p. 311 [...]

'''CVNINA [1]''', ae. f. Dea, quae infantes in cunis tueri credebatur, et sascinum summouere. "Auctor" Lactantius 1, 20, 36. "Eadem paene" Augustin. de Ciu. Dei 4, 8 "et" 11 "ex Varrone. Vid." Non. 2, 756.

'''CVNCTVS''', a, um. Adi. [σύμπας] "Vniuersus, omnis." [...]

'''CVNCTIM''', Adu. Apul. Florid. 2 p. 779 "Floridi." Non sigillatim ac discretim, sed cunctim et coaceruatim offerre.

'''CVNCTALIS''', e. Adi. "Generalis." Mart. Capella 1 p. 16 Lar omnium cunctalis.

'''CVNCTICINVS''', a, um. Adi. "Idem." Mart. Capella 9 p. 306 Plenitudo cuncticinae voluptatis.

'''CVNCTIPARENS''', entis. "Parens omnium." Prudent. Pass. Agnet. v. 128 Cui posse soli cunctiparens dedit.

'''CVNCTIPATER''', tris. "Omnium pater." Theodulfus Carm. 1, 69 Cui tria cunctipater voluit superaddere lustra.

'''CVNCTIPOTENS''', entis. Adi. "Omnipotens." Prud. Pass. Quirin. v. 56 Iesu cunctipotens. "Add." Drepan. Carm. ad Amic.

'''CVNCTOR''', ari. [μέλλω, μελλητιάω, ἀναβάλλομαι, ὀκνέω, περιμένω] "Differre, morari." [...]

'''CVNCTANS''', antis. Partic. Regina cunctans Virgil. Aen. 4, 133. [...]

'''CVNCTANTER''', Adu. [ὀκνηρῶς] "Cum mora et tarditate." Liu. 1, 36 [...]

'''CVNCTATVS''', a, um. Adi. Curt. 5, 6, 2 [...]

'''CVNCTATIO''', onis. f. [μέλλησις, ὄκνος] "Tardatio, mora." [...]

'''CVNCTATOR''', oris. m. [μελλητὴς] "Qui cunctatur, et moras nectit." [...]

'''CVNCTABVNDVS''', a, um. Adi. [μελλητιῶν] "Cunctans." [...]

'''CVNCTAMEN''', inis. n. "Cunctatio." Pauidae cunctamine mentis Paullin. Carm. 23, 416 de S. Felice.

'''CVNEVS''', i. m. [σφὴν] "Instrumentum formae pyramidalis, lateribus plerumque oppositis binis triangularibus, alteris e quadrato oblongis, quo ad aliquid scindendum et diuidendum vtimur." [...]

'''CVNEOLVS''', i. m. Dimin. [σφηνίον] Cic. de Vniuers. 41 c. 13 [...]

'''CVNEO''', are. [σφηνόω] "Cuneo distinere." Plin. 16, 40 [...]

'''CVNEATVS''', a, um. Adi. [σφηνωτὸς] Liu. 9, 40 [...]

'''CVNEATIO''', onis. f. Scribonius Largus 47 [...]

'''CVNEATIM''', Adu. κατὰ στέφη Vet. Gloss.] "Per cuneos." Caes. Bell. Gall. 7, 28 Hostes re noua perterriti, muro, turribusque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

'''CVNICVLVS''', i. m. [δασύπους] "Animal lepori simile, sub terra effossa latere solitum." [...]

'''CVNICVLVM''', i. n. "In" Festi "editionibus esse, modo diximus."

'''CVNICVLINVS''', a, um. Adi. "Vt," Cuniculinae pelles Cathol.

'''CVNICVLARIS''', e. Adi. "Vt," Herba cunicularis Marcell. Emp. 14.

'''CVNICVLARIVS''', i. m. [ὑπονομευτὴς] "Qui sub terris cuniculos fodit." [...]

'''CVNICVLATIM''', Adu. "Ad modum cuniculi." [...]

'''CVNICVLATOR''', oris. m. "Cunicularius." Luctat. in Stat. Theb. 2, 418 Fossores dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgressi milites murorum fundamenta conuellunt.

'''CVNICVLOSVS''', a, um. Adi. [ὑπονομώδης] "Cuniculis plenus. Vnde" Catullus Celtiberiam "vocat" Cuniculosam. "Vid."CELTIBERIA.

'''CVNILA''', ae. f. [κόνυζα] "Herba est, quam Theodorus Gaza" Pulicarem "conuertit." [...]

'''CVNILAGO''', inis. f. [κόνυζα ἀγρία] "De qua modo dictum. Add." Plin. 19, 8.

'''CVNINA [2]''', "vid." CVNAE.

'''CVNIO''', ire. "inquit" Festus, est Stercus facere: dictum a Cunis infantium, quae saepe stercore foedantur. [...]

'''CVNNVS''', i. m. [βίττος] "Nomen inhonestum certe Satyricum Pudendi muliebris." [...]

'''CVNNILINGVS''', i. m. Martial. 12, 59.

'''CVNQVE''', "vid." CVMQVE "sub" CVM.

'''CVNYZAMIS''', idis. f. [κονυζαμὶς] Herba, quae alio nomine Cunilago dicitur Plin. 19, 8.

== CVP ==

'''CVPA''', "vel, quod saepe libri praeferunt," CVPPA, ae. f. "Vas vinarium maius, cui Germanorum" Kufe "respondere videtur." [...]

'''CVPVLA''', ae. f. Dimin. ''Modo dedimus ex'' Vlpian. l. 3 §. 1 D. de tritico vino vel oleo leg.

'''CVPELLA''', ae. f. ''Aliud'' Dimin. Apic. 1, 2 In cupellam mittere.

'''CVPELLVM''', i. n. ''Idem.'' Pallad. Febr. 25 Vel in cupellis, vel in vasculis fictilibus condiuntur. [κύπελλον, Polluci 6, 16.

'''CVPEDIA [1]''', CVPEDO, CVPEDINARIVS, ''vid.'' CVPES.

'''CVPENCVS''', i. m. Lingua Sabinorum Sacerdos vocabatur, ''quod notat'' Seruius. ''Hinc'' Virg. Aen. 12, 539 videtur nomen deduxisse, quum ait, Nec dÃ® texere Cupencum.

'''CVPES [1]''', ''et'' CVPEDIA, [ἡδύσματα, πέμματα] Antiqui lautiores cibos nominabant: inde Macellum forum cupedinis appellabant. [...]

'''CVPES [2]''', [λίχνος, λαίμαργος] ''qui lautioribus cibis inhiat, cupas sectatur et cauponas.'' [...]

'''CVPEDIA [2]''', orum. n. pl. [προσφάγια, ἀρτύματα] ''Cibi delicatiores.'' Plaut. Stich. 5, 4, 32 Melius dicis, nihil moror cupedia.

'''CVPEDIA [3]''', ae. f. [ὀψοφαγία, λιχνεία] ''Videtur esse gulae studium cum fastidio et deliciis.'' [...]

'''CVPEDIAE''', arum. f. Cibi lautiores. [...]

'''CVPEDO''', inis. f. ''Eadem videtur, quam'' Cupediam ''dici a Cicerone, modo obseruatum est, studium Cupae s. Cauponae: aut est forte simpliciter'' Cupido, ''quam'' Cuppedinem ''esse Lucretio, mox ostendamus post'' CVPIDO. [...]

'''CVPEDINARIVS''', i. m. [ζωμοποιὸς] ''Esculentarum rerum cupediarum, venditor, in foro cupedinis.'' [...]

'''CVPIDO [1]''', inis. m. [Ἔρως] ''Deus amoris Venerei praeses, qui filius Veneris fuisse fingitur a Poetis.'' [...]

'''CVPIDINEVS''', a, um. Adi. [Ἐρωτικὸς] "Amatorius, vt," Martial. 7, 86 [...]

'''CVPIDO [2]''', "pro Desiderio, et" CVPIDVS, "vid. mox sub" CVPIO.

'''CVPIO''', iui, itum, ere. [ἐπιθυμέω, ἐφίεμαι] "Velle, Optare, Desiderare." [...]

'''CVPIENS''', entis. Partic. Animo cupienti nihil satis festinatur Sall. Iug. c. 64 [...]

'''CVPIENTER''', Adu. Plaut. Pseud. 2, 3, 17 [...]

'''CVPIENTIA''', ἐπιθυμία Gloss. Lat. Gr.

'''CVPITVS''', a, um. Partic. Ennius "apud" Cic. de Diuinat. 1, 41 c. 20 [...]

'''CVPITOR''', oris. m. Tacit. Ann. 15, 42 [...]

'''CVPIDVS''', a, um. Adi. [ἐπιθυμῶν] "Genitiuo iungitur." [...]

'''CVPIDE''', Adu. "Vt," Plin. 18, 5 [...]

'''CVPIDO [3]''', inis. f. [ἔρως] "Animi cupientis aliquid affectio." [...]

'''CVPPEDO''', inis. "Idem plane nomen, sed antiquius, et prima per diplasiasmum producta." [...]

'''CVPIDITAS''', atis. f. [ἐπιθυμία] "Vicina" Cupidini, "sed in prosa vsitatior." [...]

'''CVPIDICOENVS''', i. m. Τρεχέδειπνος Gloss. Lat. Gr.

'''CVPPES''', CVPPEDO, inis. ''Vid.'' CVPES, CVPEDO.

'''CVPRESSVS''', i. ''vel'' ûs. f. [κυπάρισσος] ''Arbor conifera: quae alias'' Cypressus ''vel Graeco nomine'' Cyparissus ''dicitur.'' [...]

'''CVPRESSINVS''', a. um. Adi. [κυπαρίσσινος] ''Ex cupresso.'' Plin. 23, 4 Cupressinum oleum eosdem effectus habet quos myrteum. Frondes cupressinae Columel. 2, 2.

'''CVPRESSEVS''', a, um. Adi. ''Idem.'' Liu. 27, 37 Post eas duo signa cupressea Iunonis reginae portabantur. Foliatura cupressea Vitruu. 2, 9. Simulacra Obsequ. 108.

'''CVPRESSETVM''', i. n. [κυπαρισσὼν] ''Locus vbi seruntur cupressi.'' [...]

'''CVPRESSIFER''', a, um. Adi. [κυπαρισσοφόρος] ''Vt,'' Ouid. Epist. 9, 87 Vt Tegeaeus aper cupressifero Erymantho Incubat, et vasto, ''etc.'' Cyllenes cupressiferae Idem Fast. 5, 87.

'''CVPRVM''', i. n. [κύπριον] ''Genus aeris apud recentiores, quod vetusti'' Cyprium ''vocant.'' [...]

'''CVPREVS''', a, um. Adi. [κυπριακὸς] ''Vt,'' Plin. 23, 3 Coquitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis. Cyprio vase ''legit Harduin.'' Cuprei bidentes Pallad. Iul. 5. ''al.'' Cyprei.

'''CVPRINVS''', a, um. Adi. Clauus Pallad. Ian. 15, 18. Cuprinum Cauterium Veget. Mulom. 1, 14, 3 ''etc. Substant.'' Cuprinum acutum Idem Mulom. 1, 12, 2. 2, 3, 27.

== CVR ==

'''CVR''', [τίνος ἕνεκα, διατί, ἐφ' ᾧ] Adu. ''interrogandi de causa. Scribitur a nonnullis'' Quur, ''vt alia interrogatiua a'' qu ''incipiunt, quasi sit'' quoi rei. [...]

'''CVRA''', ae. f. [φροντὶς, ἐπιμέλεια] "Animi aduersio, et studium atque diligens cogitatio rei," dicta, "vt ait" Festus, quod Cor edat, vel quod vrat. [...]

'''CVRIOSVS''', a, um. Adi. [πολυπράγμων, περίεργος] "A cura multa dictus, nunc in laude est, nunc in vitio." [...]

'''CVRIOSVLVS''', a, um. Adi. Apul. Met. 10 p. 254, 8 Quam quidem laciniam curiosulus ventus reflabat.

'''CVRIOSITAS''', atis. f. [περιεργία] "Sciendi cupiditas." [...]

'''CVRIOSE''', Adu. "Diligenter" Columel. 3,... Sin autem ipsam vitem cernere voles, iuxta radicem ita ne ipsam laedas, curiose fodito. [...]

'''CVRIA [1]''', ae. f. [φρατρία] "A" Cura "deducitur, et primo est conuentus hominum remp. curantium." [...]

'''CVRIALIS''', e. Adi. [φρατριακὸς, φυλέτης] "Qui ad" curiam "primo praesertim intellectu sumtam pertinet, s. vt" Festus, qui eiusdem est curiae. [...]

'''CVRIATVS''', a, um. Adi. "Vt," Curiata lex, "quae curiatis comitiis lata erat." [...]

'''CVRIATIM''', Adu. "Per singulas curias. Modo laudatus est" Gell. 15, 27. "Sed alii legunt," Per lictorem curiatum.

'''CVRIO''', onis. m. [φρατριεὺς] "Sacerdos curiae." Curio Maximus, Cuius auctoritate curia, omnesque curiones regebantur, Festus. [...]

'''CVRIONALIS''', is. m. "Idem qui Curio." Gruter. Inscript. p. 305 n. 5 DIS. MANIBVS. FELICI. COMELIANO. PVBLICO. CVRIONALI. "etc."

'''CVRIONATVS''', ûs. m. Curionis dignitas. Fest.

'''CVRIONIVS''', a, um. Adi. "Vt," Curionia sacra, Quae a curionibus in curiis fiebant. Festus.

'''CVRIONIVM''', i. n. dicebatur Aes, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus. Festus.

'''CVRO [1]''', are. [φροντίζω, κήδομαι, ἐπιμελέομαι, θεραπεύω] "Operam dare, solicitum esse de re aliqua." [...]

'''CVRATVS''', a, um. Partic. [ἐπιμέλητος] Bene curata cute nitidus Hor. Epist. 1, 4, 15. [...]

'''CVRATE''', Adu. [ἐπιμελῶς] "Pro Accurate. Compar." Tacit. Ann. 2, 27 [...]

'''CVRATOR''', oris. m. [ἐπιμελητὴς] "Generali nomine dicitur praepositus alicui negotio curando, vt," Curator viae Flaminiae Cic. Att. 1, 1. [...]

'''CVRATRIX''', icis. f. Modest. in l. scire. D. de tutor. vel curator. dat. ab his. Scire oportet magistratus, quod curatrices minoribus mulieres non creabunt.

'''CVRATORIA''', ae. f. "Munus curatoris pupillorum vid." leg. 1 "et" 2 Dig. de Excusat. vtramque. "pr."

'''CVRATIO''', onis. f. [θεραπεία, θεραπευσία, ἐπιμέλεια] Proprie est Medicorum, "auctore" Donato ad Andr. 1, 1, 3. [...]

'''CVRANTIA''', ae. f. [ἐπιμέλεια] "Curatio, vt quidam volunt," Cic. Q. Fratr. 2, 8 (9) [...]

'''CVRATVRA''', ae. f. "Ratio curandi." [...]

'''CVRABILIS''', e. Adi. Efficiunt, curabilis vt sit vindicta Iuuen. 16, 21. "i. metuenda. Pro sanabilis, improbatur Voss. de Vit. 3, 7."

'''CVRAGENDARIVS''', i. m. "Qui curam publicam agit." L. 1 Cod. Theod. de Curiosis Hos, quos curagendarios siue curiosos provincialium consuetudo appellat.

'''CVRAX''', acis. Adi. [ἐπιμελητὴς] "Vt, Vigilax, pro Curioso, i. diligente, et curam adhibente negotiis." [...]

'''CVRIVS [1]''', a, um. Adi. "Curarum plenus." Plaut. Pseud. 4, 7, 44 Caue sis tibi a curio infortunio. "Conf." Taubm. p. 1020. "Probat etiam Salmas."

'''CVRITO''', are. Frequent. "Legunt quidam" Apul. Met. 7 p. 194, 3 [...]

'''CVRCVLIO''', onis. m. [τρὼξ] "Animal paruum, frumentum corrodens." [...]

'''CVRCVLIVNCVLVS''', i. m. Dimin. Plaut. Rud. 5, 2, 38 Minutos curculiunculos fabulare, "i. nihil dicis, quod ad rem sit. Synonyma sunt," tricas: tramas putridas: cassam glandem.

'''CVRCVMA''', ae. f. "Capistri genus apud" Veget. 2, 33, 1 [...]

'''CVRENSES''', ium. m. "Populi in quarta regione Italiae a" Plinio "collocati 3, 12. De his" Ouid. Fast. 3, 94 A tribus hunc primum turba Curensis habet. "Alii legunt" Forensis; "sed Burmannus" Curensis "firmat."

'''CVRES''', ium. plur. Κύριοι "Steph."] "Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius: cuius ciues," Quirites "dicebantur." [...]

'''CVRETES''', um. m. pl. [Κούρητες] "Cretae populi, de quibus" Ouid. Met. 4, 232 [...]

'''CVRETICVS''', a, um. Adi. Sil. 15, 308 Oeneasque domos, Curetica tecta subibat.

'''CVRIA [2]''', CVRIALES, CVRIATVS, CVRIO, "sub" CVRA

'''CVRIS''', is. f. [κύρις] "Lingua Sabinorum" Hasta "dicitur." [...]

'''CVRITIS''', is. f. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Festus.

'''CVRIVS [2]''', i. m. [Κούριος] "Gentis Rom. nomen, quam nobilitauit" M' "id est" Manius ("non" M. s. Marcus) Curius Dentatus, "exactissimae frugalitatis, et perspectae fortitudinis." [...]

'''CVRIANVS''', a, um. Adi. "Vt," Iudicium Curianum Quinctil. 7, 6 p. 640. "Vid." Cic. de Orat. 1, 180.

'''CVRMEN''', ζύθος ἀπὸ σίτου Vet. Gloss. "Vid. Meibom. de Cereuisia, Vet. 6, 7. Idem quod"

'''CVRMI''', n. "Potionis genus, quod paratur e frugibus, nimirum hordeo, triticoque in aqua maceratis, vide Dioscor. 2, 81." [...]

'''CVRO [2]''', are. "Vid."CVRA.

'''CVROTROPHIVM''', i. n. [κουροτρόφειον] "Domus alendis pueris destinata." [...]

'''CVRRO''', cucurri, (Cecurri "pro" cucurri "ap." Gell. 7, 9) cursum, ere. [...]

'''CVRRENS''', entis. Partic. [τρέχων] Ter. in prol. Eun. 36 [...]

'''CVRRAX''', acis. δρόμαξ Vet. Gloss.] Gratius Cynegetico v. 89 Nam fuit et laqueis aliquis curracibus vsus. ''Vid. ibi Barth. it. Iuret. ad'' Symmach. 9, 23.

'''CVRSO''', are. Frequent. Cic. de Diuin. 1, 14 c. 8 [...]

'''CVRSITO''', are. Frequent. ''nouum a'' Curso, ''Frequentatiuo ipso.'' [...]

'''CVRSATIO''', onis. f. Donat. ad Ter. Hec. 3, 1, 35 Trepidatio ad vocem refertur loquentium, Cursatio ad sonum pedum.

'''CVRSITATIO''', onis. f. ''Idem.'' Solin. 54 Sollemni cursitatione lacum populus circuit.

'''CVRSVS''', ûs. m. [δρόμος, δρόμημα] ''Ipse currendi actus.'' Plin. 12, 19 s. 42 [...]

'''CVRSVRA''', ae. f. [δρόμημα] "Cursus." Plaut. Bacch. 1, 1, 34 [...]

'''CVRSOR''', oris. m. [δρομεὺς] "Cuius vel officium vel vitae genus est currere." [...]

'''CVRSORIVS''', a, um. Adi. [δρομικὸς] "Quod ad cursum pertinet: vt," Cursoria nauis Sidonius Ep. 1, 5. [...]

'''CVRSORIVM''', i. n. Qua limitum terminus incedit Rigalt. Gloss. Agrimens. p. 299.

'''CVRSVALIS''', e. Adi. Idem ac Cursorius Cod. Theod. 12, 11 Rheda cursualis.

'''CVRSILITAS''', atis. f. Fulgent. Mythol. 3,... Vagabunda cursilitas displicet.

'''CVRSIM''', Adu. [δρομάδην] "Currendo vel cursu." Cic. Philipp. 11, 4 [...]

'''CVRSIO''', onis. f. Varro de L. L. 4, 1 Corpus est, vt cursor: locus, stadium, qua currit: tempus, hora, qua currit: actio, cursio.

'''CVRRVS [1]''', ûs. m. [ἅρμα, ἅρμαξα, δίφρος] "Vehiculi genus, dictum quod eo veteres veherentur cursim." [...]

'''CVRRICVLVM''', "et" CVRRICVLVS, i. n. "et" m. [ἁρμάτιον, δίφρος] Dimin. "a Currus." [...]

'''CVRRICVLO''', "quod volunt esse Aduerbium." [δρομαίως] "Cursim." Plaut. Milit. 2, 6, 43 [...]

'''CVRRVCA''', ae. f. "Parua auis; quae alienos pullos proprios putans, nutrit, maxime cuculi." [...]

'''CVRRVS [2]''', CVRSIM, CVRSITO, CVRSOR, CVRSVRA, CVRSVS, "vid." CVRRO.

'''CVRTIS''', is. f. "Idem quod" Cors "vel" Cohors. Sequioribus "et" ICtis "quandoque pro curia vel regia dicitur. Vid." Iornand. de Reb. Get. c. 34. Barth. Adu. 46, 8.

'''CVRTIVS''', i. m. [Κούρτιος Μάρκος] "Nomen gentis Romanae, quam circa annum" V. C. 393 [...]

'''CVRTVS''', a, um. Adi. [κολοβὸς] "Paruus, deminutus." [...]

'''CVRTO''', are. [κολοβόω] "Deminuere." Hor. Scrm. 2, 3, 124 Quantulum enim summae curtabit quisque dierum "Sic" Rem curtare, "bona sua minuere" Pers. Sat. 6, 34.

'''CVRVAMEN [1]''', CVRVATIO, CVRVATVRA, "vid." CVRVVS.

'''CVRVLIS''', e. Adi. [ἁρμάτειος, ἀπὸ τῶν δίφρων] "A Curru licet deriuatum, vnico tamen" R "scribi debet, quod breuis sit prima, vt alia quoque primitiui quantitatem mutant, v. g." diserti "a" dissero, mamilla "a" mamma. [...]

'''CVRVVS''', a, um. Adi. [καμπύλος, ἐπικαμπὴς, ἀγκύλος] "Inflexum, ac contortum." [...]

'''CVRVO''', are. [καμπυλιάζω, κάμπτω, ἀγκυλόω] "Curuum facere," flectere. [...]

'''CVRVATVS''', a, um. Partic. Stat. Silu. 5, 4, 4 [...]

'''CVRVOR''', oris. m. Varr. de L. L. 6, 3 Cornua a curuore dicta, quod pleraque curuantur. "Add." 4, 21.

'''CVRVABILIS''', e. Adi. "Quod facile curuatur." Pallad. 12, 15 Vlmus et fraxinus curuabiles.

'''CVRVATIO''', onis. f. [καμπυλίασις] Plin. 17, 23 In curuatione materiae. "Et" Columel. 4, 12 Curuatio vitis.

'''CVRVATVRA''', ae. f. [κάμψις] Plin. 17, 19 [...]

'''CVRVAMEN [2]''', inis. n. [καμπυλίασμα] "Ipsa curuatio." Plin. Epist. 9, 7. [...]

'''CVRVITAS''', atis. f. "Idem." Macrob. in Somn. Scip. 1, 15 Aduersa Zodiaco curuitas obliquauit. "Et" Isidor. 20, 16 Camus dictus a curvitate.

'''CVRVESCO''', ere. [κυρτοῦμαι] Curuus fio. Auctor carminis de Laudibus Domini. "Vid."INCVRVESCO.

'''CVRVIFRONS''', ontis. Pacuu. "ap." Non. "de pecudibus."

'''CVRVIPES''', edis. [ἀγχιλόπους] "Qui curuos pedes habet." Onomast. Vet. Curuipes, [ἀγκυλόπους.

== CVS ==

'''CVSCVLIVM''', "vid." QVISQVILIVM.

'''CVSOR [2]''', oris. "vid." CVDO.

'''CVSPIS''', idis. f. [αἰχμὴ, ἐπιδορατὶς, ἀπωκὴ] "Acuta pars gladii, hastae, claui, et huiusmodi." [...]

'''CVSPIDO''', are. "Cuspide instruere" Plin. 11, 13.

'''CVSPIDATVS''', a, um. Partic. "Cuspidem habens" Plin. 18, 19.

'''CVSPIDATIM''', Adu. "h. e. in cuspidem, siue cuspidis formam." Plin. 17, 14 Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

'''CVSSILIRIS''', e. Adi. Cussilirem, pro Ignauo dicebant antiqui Festus. "Scal. quasi" cossim s. coxim lirans, "de ignaue incedente."

'''CVSTOS''', odis. c. [φύλαξ, φυλακτὴρ] "Qui aliquam rem tuetur et curat." Cic. Philipp. 2 c. 10 [...]

'''CVSTODIO''', ire. [φυλάττω, διαφυλάττω φρουρέω] "Seruare, obseruare, tum ne quid laedatur, tum ne laedat." [...]

'''CVSTODITVS''', a, um. Partic. Suet. Tiber. 7 [...]

'''CVSTODITE''', Adu. "vt," Ludere custodite, "i. inspectante custode" Plin. Epist. 5, 16. "Compar." Idem ibid. 9, 26 An illa custoditius pressiusque? "subint. dicta, i. cautius moderatiusque."

'''CVSTODITIO''', onis. f. [φύλαξις] "est" Opera ad aliquid custodiendum sumta. Festus. "Vid." Vulg. Interpr. Sapient. 6, 19.

'''CVSTODITIVVS''', a, um. Sarisb. Epist. 158 Aurum aliorum metallorum custoditiuum est.

'''CVSTODELA''', ae. f. A veteribus Custodia dicebatur Festus. Acrior custodela Apul. Met. 10 p. 245. Salutaris custodela Id. ibid. 9 "sub initium."

'''CVSTODIA''', ae. f. [φυλακὴ, φρουρὰ] "Custodiendi actus, vel modus." Canum custodia fida Cic. de Natur. Deor. 2, 158 c. 63. [...]

'''CVSTODIARIVS''', i. m. "Custos." Inscript. Gruter. p. 48, 1 SANCTISSIMO HERCVLI INVICTO CORPOR. CVSTODIAR. L. CVRTIVS ABASCANTIVS, "etc."

'''CVSTODIARIVM''', i. n. "Locus, vbi quid custoditur." Tertull. ad Martyres 2. "et" adu. Iudaeos 3.

== CVT ==

'''CVTILIA''', "Agri Reatini lacus est, in quo siluosa insula innatat, quae nunquam die et nocte eodem permanet loco." [...]

'''CVTIS''', is. f. [δέρμα, δορὰ, χρὼς] "Pellis siue corium." [...]

'''CVTICVLA''', ae. f. Dimin. [δερμάτιον] "Parua cutis." Pers. Sat. 4, 18 Assiduo curata cuticula sole. Nostra bibat vernum contracta cuticula solem Iuuen. Sat. 11, 203.

'''CVTICVLARIS''', e. Adi. Meatus Plinii "esse dicitur."

'''CVTALIS''', e. Adi. Causa forensis siue cutalis, "i. externa in cute baerens apud" Cael. Aurelian. Tard. 4, 1, 6 "legi vult Reines. Var. Lect. 3, 18 p." 670.

'''CVTIO''', onis. f. "Millepes, insecti genus." Marc. Empiric. c. 9. "Conf. Barth. Adu." 40, 4.

== CVV ==

'''CVVI''', "in heroo carmine apud Ausonium scriptum pro" Cui "vult Turn." 19, 12 [...]

== CYA ==

'''CYAMEA''', ae. f. κυάμεια] "Gemma, de qua" Plin. 37, 11 Cyamea nigra est; sed fracta, ex se fabae similitudinem parit. "Nempe" [κύαμος "faba est."

'''CYAMOS''', i. m. [κύαμος] "Graecis" Faba, "vt modo dictum." [...]

'''CYANEVS''', "prima prod. et" CYANVS, "prima corr." Adi. κυανὸς "et" [κυάνεος] "Coloris nomen, caeruleum s. aqueum significans, hinc rebus maritimis, vel colore illo insignibus, tribuitur, vt sequentia docebunt." [...]

'''CYATHVS''', i. m. [κύαθος] "Vasculum in quo bibebatur: et frequenter duodecima pars sextarii, qui" AS "est, respectu Cyathi, quae vncia." [...]

'''CYATHISSO''', are. [κυαθίζω] "est Cyatho vinum ministrare." Plaut. Men. 2, 2, 29 Non scis quis ego sim? qui tibi saepissime cyathisso, apud nos quando potas. "Ad cyathos tibi esse vel stare soleo."

'''CYATHISCVS''', i. m. "Concaua pars specilli." Cael. Aurel. Tard. 5, 2, 33 "vindicat Reines.-Var. L." 3, 16 "p." 673.

== CYB ==

'''CYBEA''', ae. f. "Genus nauis onerariae." Cic. Verr. 5, 44 c. 17 [...]

'''CYBEBE''', es. "vel" is. f. [Κυβήβη] "Eadem quae" Cybele. [...]

'''CYBELE''', es. f. Κυβέλη] Festus, Cybebe mater quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in surorem, quod Graeci [κύβηβον dicunt. [...]

'''CYBELEIVS''', a, um. Adi. "Vt," Cybeleius Attis Ouid. Met. 10, 104.

'''CYBIOSACTES [1]''', is. m. Sueton. in Vespas. c. 19 [...]

'''CYBIOTATES''', "legunt quidam apud Sueton. l. c. pro" Cybiosactes "de quo modo dictum."

'''CYBIRA''', ae. f. [Κύβιρα] "Oppidum Lycaoniae, non procul a Maeandro fluuio." Cic. Verr. 4, 30 Hosce opinor Cybirae, quum in suspicionem venissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis, "etc." [...]

'''CYBIRATES''', "vel" CYBIRATA, ae. m. "Nomen gentile." Cic. Verr. 4, 30 Eo quum venio, Praetor quiescebat, fratres illi Cybiratae inambulabant.

'''CYBIRATICVS''', a, um. Possess. Cic. Verr. 4, 47 [...]

'''CYBIVM''', i. n. Dictum, quia eius medium ("an idem quod" latus?) aeque patet in omnes partes, quod genus a Geometris κύβον dicitur. [...]

'''CYBICVS''', a, um. Adi. "Quadratus," vt, Cybica soliditas Mart. Capella 2 p. 25. "Vid." CVBVS, CVBICVS.

'''CYBIARIVS''', i. m. "Qui cybia vendit" Arnob. 2 p. 70 Cybiarii, salinatores, bolonae. "Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 174 ed. nou."

'''CYBIOSACTES [2]''', "paullo ante explicatum."

== CYC ==

'''CYCA''', ae. f. "Palmae genus." Plin. 13, 4.

'''CYCEON''', onis. m. [κυκεὼν] "Genus potionis ex multis liquoribus confectum." Arnob. 5 p. 175 Ebibi cyceonem. Perducit totum cyceonis laeta liquorem Idem "ex Orphicis."

'''CYCHRAMVS''', i. m. "Auis, quae coturnicihus trans mare redeuntibus comitatum praestat." [...]

'''CYCLADES''', um. f. [Κυκλάδες] "Insulae sic dictae, vt ait" Plin. 4, 12 s. 22 [...]

'''CYCLAMINVS''', i. f. [κυκλάμινος] "Herba, quam ita describit" Plin. 25, 9 s. 67 [...]

'''CYCLAS''', adis. f. [κύκλας] "Vestis feminea, in qua rotundum aliquid fuisse, nomen innuit." [...]

'''CYCLADATVS''', a, um. Adi. "Cyclade indutus." Suet. Calig. c. 52 Saepe depictas gemmatasque indutus penulas, manuleatus et armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, et cycladatus.

'''CYCLVS''', i. m. [κύκλος] "Orbis, s. circulus." [...]

'''CYCLICVS''', a, um. Adi. Horat. de Arte Poet. 136 [...]

'''CYCLOEIDES''', is. Adi. [κυκλοειδὴς] "Rotundus, orbis instar habens." Plin. 37, 12 s. 75 [...]

'''CYCLOPS''', opis. m. [Κύκλωψ] "Quasi tu" circuloculum "dicas, qui vnum" luminis orbem "in media fronte gerat." [...]

'''CYCLOPEVS''', "et" CYCLOPIVS, a, um. Adi. [Κυκλώπειος] "Vt," Tela Cyclopia, "i. fulmina" Claudian. [...]

'''CYCLOTES''', ae. m. [κυκλωτὴς] Machina tractoria rotunda Vitruu. 10, 8.

'''CYCNVS''', "vid." CYGNVS.

== CYD ==

'''CYDARVM''', i. n. "Genus nauigii" Gell. 10, 25.

'''CYDIPPE''', es. f. "Puella ab Acontio adamata." [...]

'''CYDNVS''', i. m. [Κύδνος] Ciliciae fluuius non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. [...]

'''CYDON''', onis. m. [Κυδωνία] "Cretae insulae vrbs, vel potius" CYDONIA, ae. "Vt vult Salmasius ad" Flor. 3, 7, 4 [...]

'''CYDONES''', um. m. "Populi, apud" Lucan. 7, 229.

'''CYDONEVS''', a, um. Adi. "Vt," Sil. 10, 261 Ecce, Cydonea violatus arundine plantam, "i. sagitta Cretensi." Sagittae Cydoneae Stat. Theb. 7, 339.

'''CYDONIVS''', a, um. "Idem ac Cretensis." [...]

'''CYDONEVM''', i. n. "Potio ex pomis cotoneis." Vlpian. l. 9 ff. de trit. vin. ol.

'''CYDONITES''', ae. m. Vinum ex malis cydoniis seu cotoneis factum, de quo Dioscorid. [...]

'''CYDONIA''', ae. f. Insula Asiae ante Lesbon, in qua fons est calidus, qui vere tantum fluit Plin. 2, 103. "Vid. et" 5, 31.

== CYG ==

'''CYGNVS [1]''', "s." CYCNVS, i. m. [Κύκνος] "Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congressus, quum frustra eum iaculis appetisset, tandem re intellecta humi eum prostravit, genibusque collo innixus animam eripuit, quumque cadauer spoliare vellet, arma vacua inuenit, Cygnumque in auem sui nominis vidit commutatum, vt suo more, i. iucundissime, enarrat" Ouid. Met. 12, 72 [...]

'''CYGNVS [2]''', "vel" CYCNVS, i. m. [κύκνος] "Latine" Olor, "auis candida, ansere maior, quae quum moritur, suauissimum cantum emittere dicitur: quod falsum iam pronunciauit" Plin. 10, 23. [...]

'''CYGNEVS''', a, um. Adi. [κύκνεος] Cygnea vox, "vel" cantio; "Prouerhium quod conuenit in eos, qui supremo vitae tempore facunde disserunt, aut extrema senecta suauiloquentius scribunt." [...]

'''CYGNEIVS''', a, um. Adi. "Vt," Cygneia Tempe Ouid. Met. 7, 371 "vbi cygni morari solent."

== CYL ==

'''CYLIBATHVM''', "quid fuerit, declaramus verbis" Varronis de L. L. 4, 26 p. 30 [...]

'''CYLINDRVS''', i. m. [κύλινδρος] "Est Corpus a subiecta basi circulari ad aequalem et parallelam aequaliter erectum: qualis est columna lapidea rotatilis, qua rei rusticae scriptores aream aequari iubent." [...]

'''CYLINDRACEVS''', a, um. Adi. [κυλινδροειδὴς] "Quod factum est ad similitudinem cylindri." Plin. 18, 12 Siliquas piso, quod genus leguminis est, cylindraceas "esse scribit."

'''CYLLABARVS''', "hic breuiter indicandus ex" Seruio "ad" Aen. 8, 9 [...]

'''CYLLARVS''', i. m. [Κύλλαρος] "Pollucis equus" Virgilio Georg. 3, 89 [...]

'''CYLLENE''', es. f. [Κυλλήνη] Pomponius Mela 2, 3 [...]

'''CYLLENIVS''', a, um. Adi. Cyllenius Mercurius dictus, "auctore" Festo, quod omnem rem sine manibus sermo conficiat, quibus partibus corporis, qui carent κύλλοι vocantur, ideoque quadratum illum fingunt. [...]

'''CYLLENEVS''', a, um. Adi. "Vt," Fides Cyllenea, "i. lyra, cuius auctor fertur Mercurius" Hor. Epod. 13, 13.

'''CYLLENIS''', idis. f. "Mercurialis." Sil. 16, 500 Credas Cyllenida plantam Aethereo nexis cursu talaribus ire, "i. pedes Mercurii. Vid." Ouid. Met. 5, 176.

'''CYLLO''', "vid." CILO.

'''CYLON''', "Vox semibarbara, certe quae primum legatur apud" Veget. [...]

== CYM ==

'''CYMA''', ae. f. "et" CYMA, atis. n. [κῦμα] "Quid sit, declarat his verbis" Plin. 19, 8 [...]

'''CYMATILIS''', "vid." CVMATILIS.

'''CYMOSVS''', a, um. Adi. "Brassicae epitheton, in quantum" cymas "s." cymata "profert." Columel. 10, 137 Quae duri praebent cymosa stirpe Sabelli.

'''CYMATIVM''', i. n. [κυμάτιον] "Vndula, siue paruum membrum ornatus causa additum in architectura." [...]

'''CYMBA''', ae. f. [κύμβη] "Parua nauicula."

'''CYMBVLA''', ae. f. Dimin. [κυμβήδιον] Plin. Epist. 8, 20 Saepe minores maioribus, velut cymbulae onerariis, adhaerescunt.

'''CYMBALVM''', i. n. [κύμβαλον] "Instrumentum musicum, quod in sacris Matris deûm cum tympanis adhibebatur." [...]

'''CYMBALISSO''', are. [κυμβαλίζω] "Cymbala quatere." Cassius Hemina lib. 4 Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbalissabat Nonius 2, 169.

'''CYMBALISTA''', ae. [κυμβαλιστὴς] "Qui pulsat cymbala." Apul. de Deo Socratis p. 49, 18 Barbaro autem numina gaudent strepitu cymbalistarum, et tympanistarum, et choraularum.

'''CYMBALISTRIA''', ae. f. Petron. 22 Intrans cymbalistria, et concrepans aera, omnes excitauit.

'''CYMBALICVS''', a, um. Adi. "Vt," Voces Cymbalicae, Fortunat. Venant. Carm. 2, 10.

'''CYMBALARIS''', e. "Herba." Apul. de Herb. cap. 43.

'''CYMBALITIS''', idis. f. "Eadem." Marc. Empir. cap. 14.

'''CYMBIVM''', i. n. [κύμβιον] Genus poculi ad cymbae similitudinem facti, "inquit" Seruius "ad" Virgil. Aen. 3, 66 [...]

'''CYME''', es. f. "Cuma." Sil. 13, 494 Cymes anus, "i. Sibylla Cumana."

'''CYMAEVS''', a, um. "Cumanus." Adi. "Vt," Silius 13, 498 Cymaeo populis vox nostra sonabat in antro. "Verba Sibyllae."

'''CYMINDIS''', is. f. [κύμινδις] Accipitris genus, noctu tantum volans, rarum etiam in siluis, interdiu minus cernens. [...]

'''CYMINVM''', "vid." CVMINVM, "pro quo saepe" Cyminum "legitur. Vid." Pallad. Mart. 9, 17 "etc."

'''CYMINATVS''', a, um. Adi. "pro" Cuminatus, "vt," Acetum cyminatum. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem.

'''CYMININVS''', a, um. Adi. "Vt," Oleum cymininum Apul. de Herb. 74, 2.

'''CYMINALIS''', e. f. Herba Gentiana Apul. de Herb. cap. 16.

'''CYMINVS''', "melius" CIMINVS, i. m. "Hetruriae lacus est montr suppositus." [...]

'''CYMINIVS''', a, um. Adi. "Melius ipsum quoque sine Graeca litera scribitur, vt" κιμινία λίμνη "Straboni." [...]

'''CYMODOCE''', es; "vel" CYMODOCEA, ae. f. [Κυμοδόκη] "Nympha marina Nerei et Doridis filia, teste Hesiodo in Theogonia" Virg. Aen. 10, 225 [...]

'''CYMOTHOE''', es. f. [Κυμοθοὴ] "Nerei filia, et vxor Neptuni, de qua" Virgil. Aen. 1, 148 [...]

== CYN ==

'''CYNA''', ae. f. [κύνα] Arbor Arabica. Plin. 12, 11.

'''CYNAEGIRVS''', [Κυναίγειρος] "Atheniensis in pugna Marathonia nobilitatus, de quo" Iustin. 2, 9 [...]

'''CYNAMOLGVS''', i. m. Auis est Arabiae peculiaris, ex cinnami surculis nidum construens, quem deinde accolae plumbatis sagittis deiiciunt Plin. 10, 33. [...]

'''CYNANCHE''', es. f. [κυνάγχη] "Morbus faucium, a canibus dictus, quos infestat."

'''CYNARA''', "et" CYNARVS; "item," CYNARIS, "vide in" CINARA.

'''CYNEAS''', ae. m. [Κύνεας] "Thessalus, Pyrrhi regis legatus, cuius memoriam commendat" Cic. in Tusc. Quaest. 1, 59.

'''CYNEGETICA''', orum. n. pl. [κυνηγετικὰ] "dicuntur Volumina de venatione conscripta, quo nomine habemus elegans poema" Gratii, "quod incipit" Dona cano diuûm, laetas venantibus artes, "etc. itemque alterum" Nemesiani, "cuius principium," Venandi cano mille vias. [...]

'''CYNEGIRVS''', "vid." CYNAEGIRVS.

'''CYNICI''', orum. m. [κυνικοὶ] "Sectae eius Philosophi, cuius principes Antisthenes, et Diogenes." [...]

'''CYNICE [1]''', es. f. [Κυνικὴ] "pro Cynicorum philosophorum secta." [...]

'''CYNICVS''', a, um. Adi. "Vt," Gens cynica Plaut. Pers. 1, 3, 43 [...]

'''CYNICE [2]''', Adu. Plaut. Stich. 5, 4, 2 Potius in subsellio cynice accipiemur, quam in lectis.

'''CYNIPHVS''', "vid." CINYPHVS.

'''CYNIPS''', "vid." CINIPS.

'''CYNOCARDAMON''', i. n. Nasturtium caninum Apuleius de Herb. c. 20.

'''CYNOCAVMA''', atis. n. [κυνόκαυμα] "Calor a Sirio excitatus" Chrysolog. Serm. 51 "pr. Conf." Barth. "ad" Stat. Silu. 1, 2, 156.

'''CYNOCEPHALVS''', i. m. Cynocephali, [Κυνοκέφαλοι] "vt scribit" Plin. 7, 2 [...]

'''CYNOCEPHALIA''', "vel" CYNOCEPHALEA, ae. f. "siue" CYNOCEPHALION, i. n. Herba canino capiti similis Plin. 30, 2. Apul. de Herb. c. 87.

'''CYNOCHALE''', es. f. "Alias" Polygonon Apul. de Herb. 18.

'''CYNOCRAMBE''', es. f. κυνοκράμβη Dioscoridi] "Herbae nomen."

'''CYNODONTES''', ium. m. [κυνόδοντες] "Graecis sunt dentes, qui a nostris" Canini "appellantur, quod acuminati sint in formam dentium canis." [...]

'''CYNOGLOSSOS''', i, "vel" CYNOGLOSSA, ae. f. [κυνόγλωσσος] "Herba, sic dicta, quod folia" caninae linguae similia "habeat." [...]

'''CYNOIDES''', "vid." PSYLLION.

'''CYNOMAZON''', i. n. [κυνόμαζον] "Herba sic dicta," quod in offa, vel in pulte data canes enecet Apul. de Herb. c. 109.

'''CYNOMORION''', i. n. Plin. 22, 25 Orobanchen appellauimus necantem eruum et legumina, alii cynomorion eam appellant, a similitudine canini genitalis: cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens.

'''CYNOMYIA''', ae. f. [κυνομυῖα] "Musca canina." [...]

'''CYNOPS''', opis. f. Herbae genus spicatum Plin. 21, 17.

'''CYNOPVS''', i. m. "Piscis marinus, dicente Plinio, vbi de Conchis loquitur:" Extra has sunt rotundae in oleario vsu cochleae, Cucumis, Cynopus, Cammarus, Cynosdexia, Draco. "Haec" Plin. 32 vlt.

'''CYNORRHODON''', i. n. Florem lilii nascentis in Italia cynorrhodon "vocari" Plinius "est auctor," quod et Hippocrates accepit, quum rubentia cynorrhoda feminarum purgationibus commendat in vino Plin. 25, 2. [...]

'''CYNOSARGES''', is. f. [Κυνόσαργες] "Gymnasium in Attica Herculi saerum, sic dictum a cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit." [...]

'''CYNOSBATVS''', i. [κυνόσβατος] Alii Cynospaston vocant, "vt ait" Plin. 24, 14 Genus rubi. "Add." 13, 23.

'''CYNOSDEXIA''', Piscis, "vid." CYNOPVS.

'''CYNOSORCHIS''', i. f. [κυνὸς ὄρχις, "canis testiculus a figura." [...]

'''CYNOSPASTOS''', "vid." CYNOSBATVS.

'''CYNOSPRASION''', i. n. "Idem, quod" Marrubium Apuleius de Herb. 45.

'''CYNOSSEMA''', atis. n. [Κυνόσσημα] "Locus est Troadis ad Hellespontum, Hecubae sepulcro nobilitatus." [...]

'''CYNOSVRA''', ae. f. [Κυνόσουρα] Canis cauda "ad verbum, sidus, quod" vrsa "dicitur: de qua" Cic. de Natur. Deor. 2, 106 c. 41 [...]

'''CYNOSVRVS''', a, um. Adi. Cynosura oua, "quae dicantur, vid." VRINVM ouum, "ex" Plin. 10, 60 s. 80.

'''CYNOSVRIS''', idis. f. "Eadem ac" Cynosura Ouid. Trist. 5, 3, 7 Stellis Cynosuridos Vrsae.

'''CYNOZOLON''', i. n. [κυνόζολον] "q. d. Canem olens: Herbae chamaeleonis genus." [...]

'''CYNTHVS''', i. m. [Κύνθος] "Deli insulae mons est, in quo natus est Apollo et Diana." Virgil. Aen. 1, 502 Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. "Vnde"

'''CYNTHIVS''', a, um. Adi. "Apollinis et Dianae patronymica." [...]

== CYP ==

'''CYPAPHAPI''', orum. m. "Molles, cinaedi, impudici." [...]

'''CYPARISSIAE''', arum. f. "Vt ait" Festus, dicuntur Ignes prodigiosi, a similitudine cypressorum.

'''CYPARISSVS''', i. m. [Κυπάρισσος] Telephi filius, a Siluano dilectus, qui quum ceruum, quem puer amabat, imprudens occidisset, ille nimio dolore mutatus est in cupressum sui nominis arborem. [...]

'''CYPARISSIAS''', ae. f. "Genus titbymali." Plin. 26, 8 [...]

'''CYPARISSIFER''', a, um. Adi. "Vt," Cyparissifer Lycaeus Sidon. Carm. 23, 417.

'''CYPERIS''', idis. f. Herba Indica Plin. 21, 18. Apic. 7, 4. "Eadem"

'''CYPERVS''', "s." CYPIRVS, i. m. "et" f. [κύπειρυς] "Iunci genus." [...]

'''CYPHI''', is. n. [κύφι] "Thymiamatis compositio est dicata diis, qua abunde Aegyptii sacerdotes vtuntur." [...]

'''CYPIRVS''', "vid." CYPERVS.

'''CYPRESSVS''', "vid." CVPRESSVS.

'''CYPRINVS''', i. m. "Piscis genus," ex congrorum genere, "de quo" Plin. 32, 11. "Quidam" Cyprinem "piscem eum esse volunt, quem nos" Carpionem "appellamus vulgo."

'''CYPRINVM''', i. n. "Oleum vid." CYPROS Arbor.

'''CYPROS''', i. m. [κύπρος] Plin. 12, 24 s. 51 [...]

'''CYPRVS''', i. f. [Κύπρος] "Insula, olim et" Macaria "dicta (i. beata, nam mire fertilis est) in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciam dicitur, ad Ortum Occasumque Ciliciae, ac Syriae obiecta est:" nouem aliquando regnorum sedes, "vt" Plin. 5, 31 [...]

'''CYPRIVS''', a, um. Adi. [Κύπριος] "Vt" Cyprius rex Cic. pro Domo 52 "et" 53 c. 20. [...]

'''CYPRIOS''', "pes Poeticus" ex breui et longa, et duabus breuibus et longa, temporum septem. "Sic" Diomedes l. 3 p. 479.

'''CYPRICVS''', a, um. Adi. "Idem. Vt," Laurus Cyprica Cato de R. R. 8, 2.

'''CYPRIS''', idos. [κύπρις] "Veneris Patronymicum." [...]

'''CYPSELVS''', i. m. "Tyranni nomen apud Corinthum, cuius meminit" Cic. Tusc. 5, 109 [...]

'''CYPSELIDES''', ae. m. Patronym. Virg. in Ciri v. 464 Cypselidae magni florentia regna Corinthi.

== CYR ==

'''CYRENE''', es "vel" ae. f. "Nympha Penei Thessaliae fluuii filia, ex Apolline mater Aristaei." [...]

'''CYRENAEVS''', a, um. Adi. [Κυρηναῖος] Cic. Acad. 4, 76 Quid Cyrenaei? "(Philosophi)" Videntur mihi minime contemti Philosophi. "Vsitatius est"

'''CYRENAICVS''', a, um. Cyrenaica lacrima Scribon. 167. [...]

'''CYRENENSIS''', e. Gentile. Plaut. Rud. 3, 2 "pr." Proh! Cyrenenses populares. "Vid." Tacit. Ann. 3, 70.

'''CYRNEA''', ae. f. [κύρνεια] Vasis vinarii genus, "teste" Nonio 15, 29. [...]

'''CYRNEARIVS''', "artifex s. mercator" Grut. Inscript. p. 643, 2. "Apud" Plautum "legitur hodie" HIRNEA "v. v."

'''CYRNI''', orum. m. Indorum populi, "quos" Isigonus scribit annis centenis quadragenis viuere Plin. 7, 2.

'''CYRNOS''', i. f. [Κύρνος] "Insula est" Corsica. "Vnde"

'''CYRNII''', "Populi huius insulae," qui longissimo aeuo vtuntur Plin. 7, 2.

'''CYRNAEVS''', a, um. Adi. Virg. Ecl. 9, 30 Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos. "Nempe" mel Corsicum "infame, vid."CORSICA.

'''CYRRHA''', "vid." CIRRHA.

'''CYRRHVS''', i. m. Κύῤῥος "Stephano"] "Syriae oppidum, cuius" incolae CYRRHESTAE "dicuntur, et tota regio" CYRRHESTICE. [...]

'''CYRSILVS''', i. m. [Κύρσιλος] Atheniensis, lapidibus obrutus, quod inhonesta suaderet, Cicerone "auctore" Off. 3, 48.

'''CYRVS''', i. m. [Κύρος] "Cambysis et Mandanes filius, Astyagis nepos: conditor imperii Persarum." Horat. Od. 2, 2, 17 Redditum Cyri solio Phraatem. "i. in Parthorum regnum restitutum."

'''CYREVS''', a, um. Adi. "Quod est Cyri." Cic. Att. 4, 10 [...]

== CYS ==

'''CYSTHOS''', i. m. [κύσθος] "Pudendum muliebre. Certe" Auson. Epigr. 123, 5 "legendum," Dum cysthon costonque putas communis odoris.

== CYT ==

'''CYTA''', ae. "et" CYTE, es. f. [Κύτα] "Oppidum regionis Colchicae, et patria Medeae. Stephan. Hinc"

'''CYTAEVS''', a, um. Adi. [Κυταῖος] "Vt," Virgo Cytaea, "i. Medea" Valer. Argon. 6, 156. Cytaei, "populi qui et Colchici" Valer. Argon. 6, 426. Terrae Cytaeae, "Colchis" Val. Argon. 6, 693.

'''CYTEINVS''', a, um. "Aliud" Adi. [Κυταιεὺς] "Vt," Carmina Cyteina, "i. Medeae Colchicae" Propert. 1, 1, 24. [...]

'''CYTAEIS''', idis. f. Propert. 2, 1, 73 "Medea est," Non hic herba valet, non hic nocturna Cytaeis.

'''CYTHARVS''', i. m. "Piscis ap." Plin. 32, 11.

'''CYTHERA''', ae. f. "vel" CYTHERA, orum. n. [Κυθήρα] "Insula et vrbs, de qua" Plin. 4, 12 [...]

'''CYTHERE''', es. f. "Venus." Ausonius in Epigram. Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.

'''CYTHEREA''', ae. f. [Κυθέρεια] "Venus." Virg. Aen. 1, 262 [...]

'''CYTHEREIS''', idis "vel" idos. f. [Κυθερηΐ̀ς] "Venus." Ouid. Met. 4, 288 Mercurio puerum diua Cythereide natum.

'''CYTHERIACVS''', a, um. Adi. "Venerius." [...]

'''CYTHEREIVS''', a, um. Adi. "Vt," Cypros Cythereia Martial. 8, 45. [...]

'''CYTHEREIAS''', adis. f. "Veneria, Veneri sacra, columbarum epitheton." Ouid. Met. 15, 386 Armigerumque Iouis, Cythereiadasque columbas.

'''CYTHERIS''', idis. f. "Puella a Cornelio Gallo Poeta adamata, quae alio nomine" Lycoris "dicitur." [...]

'''CYTHAERON''', "vid." CITHAERON.

'''CYTHION''', i. n. "Collyrium ap." Cels. 6, 6.

'''CYTHNOS''', i. f. [Κύθνος] "Insula vna Cycladum." Ouid. Met. 5, 253 -- Inde caua circumdata naue Seriphon Deserit, a dextra Cythno, Gyaroque relictis.

'''CYTINVS''', i. m. [κύτινος] "Flos satiuae punicae." [...]

'''CYTISVS''', i. m. [κύτισος] "Genus fruticis." [...]

'''CYTONIVM''', "malum." Macrob. Sat. 7, 21 Mala seu simplicia, seu granata, vel Cytonia, quae Cotonia vocat Cato.

'''CYTORVS''', i. m. [Κύτωρος] "Paphlagoniae mons buxo abundans, quem Macedoniae esse, magno errore credidit Seruius." [...]

'''CYTORIACVS''', "et" CYTORIVS, a, um. Adi. [Κυτώριος] "Vt," Iugum Cytorium Catul. 4, 12. [...]

== CYZ ==

'''CYZICVS''', i. m. [Κύζικος] "Insula in Propontide, duobus pontibus iuncta Continenti, habens vrbem eiusdem nominis, moenibus, arce, et turribus marmoreis: cui nomen indidit" Cyzicus "rex, quem Iason per imprudentiam interemit." [...]

'''CYZICENI''', orum. m. pl. "Incolae." Cic. pro Lege Manil. 20 Vrbs Cyzicenorum.

'''CYZICENVS''', a, um. Adi. "Vt," Regio Cyzicena Plin. 35, 13. Stater Cyzicenus viginti octo drachmas valebat Vitruu. 6, 6. "et" Plin. 32, 6.